www.e-rara.ch

Omnes quae extant D. Hieronymi Stridonensis lucubrationes

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Basileae, [1536-1538]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: FM1 II 1-6

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-62470

[Commentariorum Hieronymi in Ezechielem prophetam, liber primus - XIV.]

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN PRIMVM COMMENTARIORVM EZECHIELIS AD Eustochium proœmium.



Initis in Esaiam decem & octo explanationum uoluminibus, ad Ezechiel, quod tibi & sanctę memorię matri tuæ Paulæ ò uirgo Christi Eustochium sæpe pollicitus sum, transire cupiebam: & extremā, ut dicitur, manum operi imponere prophetali: & ecce subito mors mihi Pammachĳ atq; Marcellæ, Romanæ urbis obsidio, multorumq; fratrum & sororum dormitio nunciata est. Atq; ita consternatus obstupui: ut nihil aliud diebus ac noctibus nisi de salute omnium cogitarem: meq; in captiuitate sanctorum putarem esse captiuum, nec possem prius ora reserare, nisi aliquid certius discerem, dum inter spem & desperationē sollicitus pendeo, aliorumq; malis me crucio. Postquā uero clarissimum terrarum omnium lumen extinctum est: imò Romani imperĳ truncatū caput, & ut uerius dicā, in una urbe totus orbis interĳt: obmutui & humiliatus sum, & silui de bonis, & dolor meꝰ renouatꝰ est: cōcaluit cor meū intra me, & in meditatiōe mea exarsit ignis: nec putaui illā sententiā negligendā: musica in luctu importuna narratio. Verum quia & tu indesinēter hoc flagitas, & magno uulneri cicatrix paulatim obducit, scorpiusq; inter Enceladū & Porphyriū Trinacriæ humo premit, & Hydra multorū capitū contra nos aliqñ sibilare cessauit: datūq; tēpus quo non hæreticorū respondere insidĳs, sed scripturarū expositioni incūbere debeamus: aggrediar Ezechiel prophetā, cuius difficultatē Hebręorū probat traditio. Nam nisi quis apud eos ætatē sacerdotalis ministerĳ, id est, tricesimū annū impleuerit: nec principia geneseos, nec canticū canticorū, nec huius uoluminis exordiū, & finē legere permittitur: ut ad perfectam scientiā & mysticos intellectus, plenū humanę naturæ tēpus accedat. Quod opus D
B si per domini misericordiam ad calcem usq; perduxero, transibo ad Hieremiā qui in lamentationibus suis sub typo Hierusalem quatuor plagas mundi, quadruplici plangit alphabeto.

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam, liber primus.



T factum &c.] Tricesimus annus non ut plerique existimāt ætatis ꝓphetæ dicit, nec iubilei qui est annus remissionis, sed à duodeuicesimo anno Iosiæ regis Iuda: qñ inuētus est liber Deuteronomĳ in templo dei, usque ad quintū captiuitatis annū Ioachin cognomento Iechoniæ, qui cū matre ductus est in Babylonē, & cum Daniele tribusq; pueris, & Ezechiel, quæ est tribus Iudæ prima captiuitas, qñ stillauit ira dei super Hierusalē. Secundū Anagogen uero præfiguratur dñs atq; saluator, qui triginta annos natus uenit ad baptismū, quæ in homine perfecta ætas est. Vnde & in numerorū uolumine iuxta Hebræos, non ut in Lxx. continet, à uicesimo quinto ætatis anno, sed à tricesimo incipiunt sacerdotes in tabernaculo ministrare. In quod signū præcesserit & Ioseph qñ in Aegypto esurienti populo frumenta largitus est, & Ioannes baptista uenit ad fluēta Iordanis, prædicauitq; baptismū pœnitentiæ. Qdq; scriptū est, in quarto, pendente scientia subaudiē, mēse. statim em̄ sequit, in quinta mēsis. Quod ut manifestius fieret: supra addidere Lxx. b ¶ Cum essem &c.] Captiuum sedisse populum super flumina Babylonis: Dauid prophetat in spiritu: Super flumina Babylonis ibi sedimus & fleuimꝰ. Chobar autē, aut nomē est fluminis: aut certe iuxta interpretationē suā, qua in graue uertit: Tygrim significat & Eufratē, & oĩa magna & grauissima flumina quæ in terra Chaldæorū esse perhibent. Apertosq; cœlos nō diuisione firmamenti, sed fide credentis intellige, eo ꝙd cœlestia sint illi reserata mysteria. Vnde & in baptismate saluatoris, qñ spiritus sanctꝰ in specie colūbæ descendit super eū: apertos cœlos legimus, quibus reseratis pādun-

Psal.136.a

Matth.3.d

EZECHIEL



T FACTVM est in tricesimo anno, in quarto in quinta mensis: Cūm essem in medio captiuorū iuxta fluuiū Chobar, aperti sunt cœli & uidi uisiones dei in quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachin. Factum ĕst uerbum domini ad Ezechiel filium Buzi sacerdotem in terra Chaldæorum, secus flumen Chobar. Et fa-

4.Reg.22.b
2.Par.34.c
4.Reg.24.d
Lu.3.e
Num.4
Gen.41.f
Lu.3.e

tur uisiones dei, non una uisio sed plures: dicente dño per prophetā: Ego uisiones multiplicabo, & in manibus prophetarū assimilatus sum. Istæ sunt uisiones quas oīs Ezechielis prophetia contexuit. Significantiusq; iuxta Hebræos et cæteros interpretes trāsmigratio dicitur Ioachin, & non captiuitas: quod Lxx. transtulerunt. Non em̄ captus urbe superata, sed uolūtate se tradēs, ductus est in Babylonē. Igitur Ioachin, id est, Iechoniæ dicatur prima transmigratio: Sedechiæ aūt secūda, uel extrema captiuitas. c ¶ Factum est &c.] Et Danieli & Ezechieli qui in Babylone erāt, iuxta flumina futurorū sacramē

Oseæ.12.c

A ta panduntur ſuper aquas,imò in aquis puriſsimis: ut baptiſmatis potentia mõſtraret. Alioquin & Apoſtolus Paulus qñ ab Anania lotus in dño eſt,tegentibus prius
Actо.9.c oculos eiº ſquamis,caruit cæcitate. Et in Geneſi, prima quæ uiuerent,de aquis egreſſa ſunt. Illud quoq; intelligendũ,quod in trice ſimo ſuæ ætatis anno dñs ad baptiſma uenerit: in quarto menſe,q̃ apud nos uocat Ianuarius,& eſt in anni primus exordio, præter niſam mẽſem nouorũ, in q̃ paſcha celebrat. Apud orientales enim populos, poſt collectionẽ frugũ & torcularia: qñ decimæ deferebãtur in templũ, October erat primus menſis, & Ianuariº quartus. Quintam autem diẽ menſis adiungit,ut ſignificet baptiſma,in q̃ aperti ſunt Chriſto cœli,& epiphaniorũ dies hucuſque uenerabilis eſt,non ut quidam putant natalis in carne, tunc enim abſconditus eſt & non apparuit: Quod huic tempori cõ
Matth.3.d gruit, qñ dictum eſt hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui. Porrò Buzi in linguam noſtram uertitur ſpretus atq; contemptus: Ezechiel roboratus à deo. Quod ſic domino coaptabitur: ut dicamus creatorem mundi qui pater eſt ſaluatoris,ab oñibus hæreticis ſperni atq; contemni,qui uetus non recipiunt teſtamẽtum.
1.Cor.1.d Nec mirũ robuſtum dei eſſe dñm, cũ ipſe dei ſit uirtus, deiq; ſapientia. a ¶ Et facta eſt ſuper &c.] Vt cernere uiſiones dei & intelligere poſsimº: manu & fortitudine dei ſuper nos opus eſt. In qua manu & brachio,eductus
B eſt populus Iſrael de Aegypto,cuius fortitudinis partẽ
Exo.8.e etiam magi intellexerunt, dicẽtes: Digitus dei eſt. Et ſal-
Lu.11.c uator in euangelio: Si ego in digito dei eĳcio dæmonia.
Matth.12.c Pro quo in altero euangelio ſcriptum eſt: Si ego in ſpiritu dei eĳcio dæmonia. b ¶ Et uidi & ecce uen. &c.] In conſolationem populi tranſmigrantis & reuelationẽ ſententiæ dei: propheta uidet maximã uiſionẽ. In cuius interpretatione omnes ſynagogæ Iudæorum mutæ ſunt, ultra hominem eſſe dicentium,& de hac & de ædificatione templi quod in ultimo huius prophetiæ ſcribitur,aliquid uelle conari. Nos autem quæ à maioribus accepimus,& iuxta modum ingenioli noſtri, ſpiritualibus ſpiritualia cõparantes, ſuſpicari magis poſſumus q̃m explanare: Beniuolis credimus fidiſq; lectoribus ueniam deprecantes: ut temeritati imò fidei neſcienti menſuram ſuam, faueant magis q̃m iraſcantur. At primum ſciendũ, ſpiritum auferentem ſiue attollentem,quẽ nos iuxta Aquilã interpretati ſumus,uentũ turbinis,& iuxta Symmachum & Theodotionem flatum ac ſpiritum tẽpeſtatis,ab alĳs in bonã, ab alĳs in contrariã partem accipi. Verbum enim Hebraicum רוּחַ pro locorum qulitate:
Pſal.103.d uel ſpiritus,uel anima,uel uentus accipitur. Spiritus, ut ibi: Emitte ſpiritum tuũ & creabuntur. Anima: Egredietur ſpiritus eius & reuertetur in terrã ſuam. Ventus: In ſpiritu uiolento conteres naues Tharſis. Et alibi: Ignis & ſulphur & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. Qui uentum & flatum tempeſtatis legunt, hoc ſentiunt, iram & furorem dei uenire ab aquilone,hoc eſt, Nabuchodonoſor,& Hieruſalem poſt ſex annos huius uiſionis eſſe capiendam. Cernitur enim uiſio quinto anno tranſmigrationis regis Ioachin,qui & Sedechiæ regnãti in Hieruſalem quintus erat,quem legimus poſt ſex ſimiliter annos,id eſt, anno undecimo imperĳ ſui: urbe capta ductum in Babylonem. His ergo qui habitabant iuxta flumen Chobar,& ſponte ſe regi tradiderant, re-

HEB. Et factã eſt ſuper eũ ibi manus domini. Et uidi, & ecce uentus turbinis ueniebat ab aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens,& ſplendor in circuitu eius. Et de medio eius quaſi ſpecies electri: id eſt, de medio ignis. Et in mediõ eius ſimilitudo quatuor animalium, & hic aſpectus eorum, ſimilitudo hominis in eis.

SEP. Et facta eſt ſuper me manus dñi. Et uidi,& ecce ſpũs auferẽs (ſiue attollẽs) ueniebat ab aqlone, & nubes magna in eo, & ignis micãs et ſplẽdor in circuitu eius. Et in mẽdio eiº quaſi uiſio electri in medio ignis ÷ & ſplendor in eo •• Et in mediõ eius ſimilitudo quatuor animalium, & hic aſpectus eorum, ſimilitudo hominis in eis.

uelatur quod benefecerint obedire ſententiæ dei. In breui enim & Iudæam prouinciam, & urbem Hieruſalem eſſe capiendam. Quodq; nubes magna deſcribitur, intelligimus eam imbres euerſionum ſuper Iudæam pluuiasq; alliſionum portare. Et inuolutus ignis, monſtrat uentura ſupplicia, & captiuitatis mala. Splendorq; in circuitu eius: ſignificat dei aperta iudicia. Qui autem in contrariam partem ſentiunt, hoc eſt,bonam: ſpiritum auferentem ſiue extollentem, ſpiritum ſanctum intelligunt: qui auferat ab hominibus uitia atq; peccata,ſiue iacentes attollat ad ſublimia,faciat recedere ab aqui
Eccle.43.b lone uento frigidiſsimo, à quo exarde-
Hier.1.c ſcunt mala ſuper omnem terram: Et in Hieremia,olla illa terribilis à facie aquilonis accẽditur. Nubem quoq; magnam ad perſonam Chriſti referunt,qui uenit in Aegyptum huius ſeculi ſuper nubem leuem, magnamq; proprie dici ad comparationem minorum, prophetarũ uidelicet & apoſtolorum omniumq; ſanctorum,de quibus ſcriptum eſt: Et ueritas tua uſq; ad nubes. Et: Mandabo nubibus ne pluant ſuper Iſrael imbrem. Et alibi:
Eſa.5.b Nubes puluis pedum eius. Et iterum: Nubes & caligo
Naum.1.a in circuitu illius. Ignem quoq; micantem & ſplẽdorem
Pſal.96.a in circuitu eius: iuxta illud accipi quod ſcriptum eſt:
Deu.4.d Deus ignis conſumens eſt. Ad quem mittendum ſuper
Lu.12.f terrã ſaluator ueniſſe ſe dicit,& in nobis omnibusq; cre-
D dentibus ardere deſideret,qui cum terrorem peccatoribus inferat atq; ſupplicia,tamen ſplendore rutilet,& lumine ac fulgore ſit plenus. Idcirco nos excoquẽs,ut puris atq; purgatis tribuat lætiora. c ¶ Et in medio eius quaſi uiſio electri in medio ignis.] Quodq; ſequitur: Et ſplendor in eo,obelo prænotandum eſt. Niſi addidiſſet ſcriptura dicens,id eſt,de medio ignis: propter ambiguitatem uerbi errare poteramus: ut putaremus ſpeciẽ uel uiſionem electri eſſe in medio uenti uel ſpiritus. Ergo hoc ſentiendum, quod in medio ignis & tormentorum dei,electri ſimilitudo ſit, quod eſt auro argentoq; precioſius: ut poſt iudicium atq; tormenta,quæ patientibus triſtia uidentur & dura,precioſius electri fulgor appareat,dum prouidentia dei omnia gubernãtur, & quæ putatur pœna medicina eſt. d ¶ Et in medio eius ſimilitudo quatuor animalium,& hic aſpectus &c.] In medio eius ſubauditur quidem,electri: Sed melius ut ignẽ intelligamus,qui credentibus lumen,incredulis ſupplicium eſt. In huius ergo ignis medio erat ſimilitudo quatuor animalium,ſimilitudo non natura,quatuorq; animalium,quæ poſtea dicuntur quadriformia, una ſimilitudo eſt hominis ut omnia in mundo rationabilia demõſtrentur. Faciamus, enim, inquit, hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Imago autem & ſimilitudo dei,non eſt corporis forma ſed mentis, deſcripta ad ſimilitudinem ueræ imaginis Chriſti qui eſt imago dei inuiſibilis. Hæ rationales creaturæ in quatuor uerſantur locis: ſiue propter quatuor cardines mundi quibus orbis includitur, ſiue propter quatuor loca, cœleſtium,terreſtrium,& infernorum,& ſupercœleſtium: de
Philip.2.b quibus & Paulus Apoſtolus loquitur: Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur,cœleſtium,terreſtrium, & infer-
Pſal.148.a norum. De tribus Pauli teſtimonium eſt. Videamus & quartum. Laudate dominum cœli cœlorum, & aqua
1.Cor.15.c quæ ſuper cœlos eſt, laudet nomen domini. Rurſumq; ab Apoſtolo dicuntur cœleſtia, & alia ſupercœleſtia.

Quatuor

A a ¶ Quatuor facies uni,& quatuor pēnæ &c.] De quatuor animalibus,quorū aſpectus erat ſimilitudo hominis:ita dūtaxat ut ſingula haberent quaternas facies, & quaternas alas,pedesq; rectos, & plantam pedis, quaſi ueſtigiū pedis uituli,ſiue ut interpretatus eſt Aquila,rotundā,quod Lxx. penitꝰ omiſerūt: de ſcintillis quoq; æris ſplēdore rutilātibus:& de leuibus pennis eorū, quod in Hebraico nō habeť,de manu quoque hominis ſub alis eorū in quatuor partes:& reliquis quæ,pheticꝰ ſermo deſcribit: conabimur quid nobis uideať dicere, cum opiniones ſingulorū breuiter ſtrinxerimus. Quidam quatuor euangelia,quos nos quoque in proœmio commentariorum Matthæi ſecuti ſumus : horum animaliū putāt nominib.deſignari:Matthæi,quod quaſi hominē deſcripſerit: Liber generationis Ieſu Chriſti,filij Dauid, filij Abrahā. Leonis,ad Marcum referūt: Initium euangelij Ieſu Chriſti filij dei,ſicut ſcriptū eſt in
Eſa.40.a Eſaia propheta: Vox clamātis in deſerto,parate uiā dñi, rectas facite ſemitas eius. Vituli, ad Lucæ euangelium, quod à Zachariæ incipit ſacerdotio. Aquilæ, ad Ioānis exordium,qui ad excelſum euolans cœpit: In principio erat uerbum,& uerbum erat apud deū,& deus erat uerbum : Super quo quid nobis uideretur, in ſupra dicto opere diximus: pleniusq; in Apocalypſi Ioānis horum
Apoc.4 animantium ſpecies ac nomina referuntur ad quatuor
B euangelia. Quibus quomodo poſsit omnium animalium deſcriptio coaptari, tentabimus ſuo loco dicere. Alij uero qui philoſophorum ſtultam ſequuntur ſapientiam, duo hemiſphæria in duobus templi Cherubim, nos & Antipodas quaſi ſupinos & cadentes homines ſuſpicantur. Plerique iuxta Platonem, rationale animæ & iraſcitiuum & concupiſcitiuum : quod ille λογικὸν & θυμικὸν & ἐπιθυμητικὸν uocat, ad hominem & leonem ac uitulum referunt: rationem & cognitionem & mentem, & conſilium,eandemq; uirtutem atque ſapientiam in cerebri arce ponentes : feritatem uero & iracundiam atque uiolentiam in leone,quæ conſiſtat in felle. Porrò libidinem,luxuriam & omnium uoluptatum cupidinē in iecore: id eſt, in uitulo qui terræ operibus hæreat. Quartamq; ponūt quæ ſuper hæc & extra hæc tria eſt, quam Græci uocāt συντήρησιν, quæ ſcintilla cōſcientiæ in Cain quoque pectore poſtquām eiectus eſt de paradiſo non extinguitur: & qua uicti uoluptatibus uel furore ipſaq; interdum rationis decepti ſimilitudine,nos peccare ſentimus.Quam proprie aquilæ deputant,non ſe miſcentē tribus,ſed tria errantia corrigentem quam in ſcripturis interdum uocari legimus ſpiritum, qui interpellat pro nobis gemitib.inenarrabilibus: Nemo enim ſcit ea quæ hominis ſunt,niſi ſpiritus qui in eo eſt. Quem & Paulus
1.Theſſ.5.d ad Theſſalonicenſes ſcribens:cum anima & corpore ſeruari integrum deprecatur. Et tamē hanc quoque ipſam
Prouer.18.a conſcientiam, iuxta illud quod in Prouerbijs ſcriptum eſt:Impius cum uenerit in profundum peccatorum contemnit,cernimus præcipitari apud quoſdam & ſuum locum amittere:qui ne pudorem quidem & uerecundiam
Hier.3.b habent in delictis,& merentur audire:Facies meretricis facta eſt tibi,noluiſti erubeſcere. Hāc igitur quadrigam in aurigæ modum deus regit, & incompoſitis currētem gradibus refrenat,docilēq; facit, & ſuo parere cogit imperio. Quam diſputationem partium animæ: id eſt, hominis qui minor mundus ab ijſdem philoſophis appellatur,etiā nos attingemus. Sunt qui ſimpliciter in quatuor animalibus iuxta Hippocratis ſentētiam, quatuor

HEBR. Quatūor facies uni , & quatuor pennæ uni,& pedes eorum pedes recti , & planta pedis eorum quaſi planta pedis uituli : & ſcintillæ quaſi aſpectus æris candentis. Et manus hominis ſub pēnis eorū in quatuor partibus. Et

SEPT. Et quatuor facies uni , & quatuor alæ uni,& crura eorum recta, & pennati pedes eorum. Et ſcintillæ quaſi fulgurans æramentum : & leues pennæ eorum:& manus homi nis ſub pennis eorum in quatuor partibus eorum.

arbitrantur elementa mundi monſtrari,de quibus conC ſtant omnia: ignem,aerem, aquam, terram. Quæ quomodo ſibi miſceantur,& cum ſingula ſint, ſibi iuncta uideantur inuicemq; ſe tangant,& in una perſona animātium quatuor ſpecies habeant ac figuras, non eſt propoſiti operis. Quatuor quoq; rotas de terrenis ad ſublimia conſurgentes, ſingulis & quadriformibus iunctas animalibus , uel eorundem elementorum commixtionem æſtimāt, uel quatuor temporū circulū, qui ternis cōficitur mēſibus, annūq; uertētē, q ab eo quod ſemper uertať & in ſe redeat, nomen acceperit. De quib.pulchre uno uerſiculo dictū eſt: Ver,æſtas,autumnus,hyems,& mēſis & annus. Quodq; dicitur,erat rota in rota, annum in anno ſignificari putant. De quo alius Poeta: Atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus. Firmamenti etiam ſimilitudinē Cryſtallo comparatā, cœlum hoc quod ſuſpicimus intelligi uolunt,ſub quo uoluūtur & tranſeūt quatuor animantia. Thronumq; coloris ſapphiri,& ſedentem deſuper hominem ſub humana ſimilitudine:imperium cuncta regentis omniaq; habētis ſub pedibus ſuis,omnipotentiæ dei deſcribi autumant, diciq; ad extremū: Hæc uiſio ſimilitudinis gloriæ dei, per quæ quaſi per picturam quandam & imaginem, prouidentiam demonſtrari. Quodq; pedes animātium recti eſſe dicantur,& planta pedis uituli ſeu rotunda: terrena quæq; ad cœleſtia ſubuolare,& omnibus angulis ampuD tatis,rotunditatem ſequi, quæ omnium figurarum pulcherrima eſt: Scintillas rutilantes,cuncta plena luminis indicare,& manus hominis ſub pēnis tam ipſius hominis q; leonis & uituli & aquilæ:ut ratio cuncta ſuſtentet, ac de humilitate terrena ad cœleſtia ſubleuet. Hæc & ad euangelia & ad cuncta quæ ſupra poſuimus referre poſſumus. Audiſſe me memini quatuor perturbationes, de quibus pleniſsime Cicero in Tuſculanis diſputat, gaudij,ægritudinis,cupidinis,& timoris: quorum duo præſentia,duo futura ſunt,per quatuor ſignificari animalia: de quibus & Vergilius breuiter: Hinc metuūt cupiūtq; dolent gaudentq; : quæ regi debeant ratione & potentia dei: quibusq; oppoſitæ ſint, imò impoſitæ uirtutes quatuor: prudentia, iuſtitia, fortitudo, temperantia , ut harum gubernentur arbitrio. Quæ quomō uultibus hominis,leonis,uituliq; & aquilæ coaptentur, omnino tacuerunt. Super quibus idem philoſophus & orator in tribus ad filium officiorū libris diſputat. Legi & cuiuſdam Catinæ quem Syrij λιπαρὸν, id eſt, acutum & ingenioſum uocant,breuem diſputatiunculam,putantis caſtrorum ordinem duodecim tribuum deſcribi in ſolitudine,ad orientem & occidentem,ſeptentrionem, & meridiem,quæ ſibi inuicem & charitate & conſanguinitate ſocientur : & hoc eſſe rotam in rota, quæ ducantur à ſpiritu, & nube protegantur in eremo,& columna ignis illuminentur in nocte , nec reuertantur in Aegyptum, ſed ſemper ad terram repromiſsionis ire feſtinent. Electri autem in medio ſimilitudinem, interpretatur ſancta ſanctorum , faciemq; hominis refert ad totum Iſrael , leonis ad regale ſceptrum Iudæ , uituli ad ſacerdotalem & leuiticam tribum : extra quæ ſit facies aquilæ , uindicta & ultio dei de cœlo cuncta proſpiciens : & quæ parata ſit laniare peccantem, de qua & in Oſeæ dicatur : Sicut aquila ſuper domum dei , id eſt , templum. Et in hoc eodem propheta : Aquilam magnam magnarum alarum & unguium, quæ habeat ductū intrādi in Libanum: Nabuchodonoſor intelligi, quem &

Oſee.8.a *Infra.17.a*

A nunc significet esse uenturum, ac super huiuscemodi quadrigam instar aurigæ sedere deũ, & faciẽda uel non faciẽda præcipere. Hoc autẽ, inquit, populo dicitur, qui in Babylone uersatur: quod si deo colla subiecerit, ipsi, usq; paruerit retinaculis: rursum eius mereatur auxiliũ, & terram quam amiserat recipiat. a ¶ Et facies & pennas per quatuor partes habebant &c.] Iuncta sibi sunt euãgelia hærẽtq; mutuo: & in toto orbe uolitantia huc illucq; discurrunt, nec habent finẽ uolatus: nec aliquãdo superãtur & recedũt, sed sẽper ad ulteriora procedunt. Vnde & Paulus dicit: Præteritorũ obliuiscens, & in futurum me extendens. Hoc idem & de uirtutibus animi possum⁹ dicere, & de uolatu temporũ commixtione q; elementorum: quod præterita relinquentes, semper ad priora festinẽt. Quod autẽ tempora labant & fugiant, breui uersiculo demonstrat: Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. B Et in carmine lyrico. Heu heu fugaces post hume posthume labũtur anni. b ¶ Similitudo autẽ uultus eorũ, facies hominis &c.] Facies principia dicit euangeliorũ, è quibus homo & leo: hoc est, natiuitas Christi & prophetæ uox tonantis in eremo dextras partes tenent. Vituli autem: id est, uictimarum & sacerdotij Iudæorum, in sinistris est: quod abolitum trãsiuit ad sacerdotiũ spirituale, de quo dictum est: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedek: ita duntaxat, ut omnia sibi hæreant uno quoq; corpore censeãtur. Aquila autẽ, quæ & super natiuitatem & super prophetiam est, quæ domini expletur aduentu, & super sacerdotium quod præterijt, & extra hæc omnia est, de natiuitate referens spirituali: quomodo pater in filio, & filius in patre sit. De qua rectissime dicitur: Generationem eius quis enarrabit? Ista sunt iuxta Apocalypsim, ut ante iam diximus, quatuor animalia plena oculis ante & retro: quorum unum animal simile leoni, & secundum simile uitulo, & tertium habere faciem quasi hominis, & quartum simile aquilæ uolãtis. Ibiq; dicũtur in modũ Seraphim senas habere alas: duabus faciem, & duabus pedes operiẽtia: duabus autẽ uolantia, & nec in die, nec in nocte cessantia atq; dicẽtia: Sanctus, sanctus, sanctus dñs deus omnipotẽs, qui erat, & qui est, & qui uenturus est. c ¶ Et facies eorũ & pennæ eorum extentæ desuper, duæ pẽnæ singulorum iungebantur &c.] Et supra diximus iuncta sibi esse euangelia & tempora, & omnes rationales creaturas quatuorq; uirtutes: ita ut qui una caruerit, omnib⁹ careat. Quodq; duæ extentæ sunt, & in altũ se eleuant, prædicationẽ cœlestem significat, & omnia ad dei tendere maiestatem. Duæ autem quibus teguntur corpora, humana excluditur scientia, nec perfectus præbetur intuitus, dicente Apostolo: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem uenerit quod perfectũ est, destruentur ea quæ ex parte sunt. d ¶ Et unumquodque coram facie sua gradiebatur. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebãtur, &c.] Qui aratri stiuam tenet, non debet respicere post tergum, nec imitari uxorem Lot: ne incidat in plagam Deuteronomij: & pereat ὀστοτόνῳ insanabili, quo cecidit & Heli, quia uitio filiorum offenderat deũ: quanto magis quatuor animalia quæ plena erant lumine atque pẽnata: quæ sequũtur spiritum sanctum præcedentem: quæ ita per orbẽ uolitant & se ad excelsa sustollũt, ut corpora sua protegant pennis historiæ, nec nobis aspectum tribuãt plenioremꝰ Quod autem secundo dicitur: Non reuertebantur cum incederent, utrique usque instrumẽti indicat sacramentum, quod in quatuor istis animantibus & lex & euangelium ad futura festinent: & nunquam retro motum accipiant. e ¶ Et in medio animalium uisio, sicut carbonũ ignis ardẽ. &c. & splẽdor ignis & ex igne egrediebatur quasi fulgur &c.] Quodq; sequitur: Et animalia currebant & reuertebantur quasi species zebek: de æditione Theodotionis in Septuaginta additum est. Qui, ne contra priores duas sententias prophetа dicere uideretur: hoc quod putabant esse cõtrarium, id est, & animalia currebant & reuertebantur, silendum putauerunt, ne legenti scandalũ facerent. Melius est autem in diuinis libris transferre quod dictũ est: licet non intelligas quare dictum sit, quàm auferre quod nescias. Alioquin & multa alia quæ ineffabilia sunt, & humanus animus capere non potest, hac licentia delebuntur. Nos autem hoc dicimus, quod quomodo in Proverbijs in eodem loco scriptum est: Ne respondeas stulto secundum stultitiam suam: ne similis ei fias. Et rursum ponitur quod nobis uidetur esse contrarium: Respondе stulto secundum stultitiam suam, ne sibi sapiens esse uideatur: & utrunque pro temporum & personarum diuersitate concordat, dum & stultus contemnitur, quia non recipit sapientiam, & stulta superbia alia decutitur stultitia, iuxta quod & Apostolus dicit: Factus sum insipiens, uos me coegistis: Ita & in hoc loco debere nos quærere quare supra secundo dictum sit: Non reuertebantur animalia cum incederent: & nunc semel, animalia currebant & reuertebantur. Esset que quæstio nisi sequeretur, in similitudinem fulguris coruscantis, quod Hebraico sermone dicitur בָּזָק & interpretatus est Symmachus quasi species radij fulguris. Quomodo igitur crebris micat ignibus æther, & in ictu oculi atque momento discurrunt fulgura & reuertuntur, non amittentia matricem: & ut ita dicam, fontem ignis atque materiam: ita & hæc animalia cum inoffenso pergant pede ad priora festinãt. Sin autem conatui suo aliquid obstitũ uiderint, non tam reuertuntur quam contrahunt se: extendenda rursum & præbitura lumen quod parumper absconderant, ut dent seruis cibaria in tempore suo, nec tribuant sanctum canibus, nec mittant margaritas ante porcos

Et facies & pennas per quatuor partes habebant: iuncta; erant pennæ eius alterius ad alterũ. Non reuertebantur cum incederẽt: sed unumquodq; ante faciẽ suã gradiebatur. Similitudo autem uultus eorum, facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bouis à sinistris ipsorũ quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Et facies eorum & pennæ eorum extentæ desuper, duæ pennæ singulorũ iungebantur, & duæ tegebãt corpora eorum. Et unũquodquè coram facie suã gradiebatur. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent.

HEB. Et similitudo animaliũ & aspectus eorũ quasi carbonũ ignis ardentiũ, & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat uisio discurrens in medio animalium: splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et aialia ibãt & reuertebant ī similitudinẽ fulguris coruscãtis.

SETVAGINTA. Et in mediõ animalium uisio, sicut carbonum ignis ardentium, sicut facies lampadarum discurrẽtium in medio animalium: & splẽdor ignis, & ex igne egrediebatur, quasi fulgur, & animalia currebant & reuertebãtur quasi species ζεβέκ. Et uidi

Cumq;

Philip.3.c

Psal.109

Esa.53.c

Apoca.4.c

1.Cor.13.c

Luc.9.g

Gene.19.f

1.Reg.4.d

Prouer.26.d

2.Cor.11.d

A porcos. Vnde & Paulus dicit. Lac uobis potum dedi nō
1.Cor.3.d escam, nec dū enim capere poteratis. Electioq; Iudæ &
Saulis unctio non arguūt deum ignorātiæ futurorū, sed
præsentium monstrant esse iudicem. Vnde & Apostolis
Matth.10.b præcipitur, ut si indignam domū salutatione perspexe-
rint, excutiant prius
pedes, & pax quā do
mui dederant reuer-
tatur ad eos. Carbo-
nes autē ignis arden-
tis & lāpades in me-
dio animaliū discur-
rētes, de illo loco iter-
pretandæ sunt Esaiæ:
Esa.47.f Et comedet ignis si-
cut fœnum materiā,
& sanctificabo eos in
igne ardēte. De qbus
Psal.139.c & alibi scriptū est: Ca
dent super eos carbo
nes ignis. Et cōtra la-
bia dolosa, ī alio psal-
101.119.d mo dicit: Quid detur
tibi aut quid appona
tur tibi ad linguā do-
losam? Sagittæ poten
tis acutæ, cū carboni-
bus desolatorijs, Et in
Esa.47.d alio loco: Habes car-
bones ignis, sedebis
supra eos: hi erunt ti-
bi in adiutoriū. Quā-
cunq; creaturā aspe-
xerim⁹, fulgurat dei
notitiā, dum ex crea-
B turis creator agnosci-
tur. De medioq; ani-
mantiū splēdor ignis
& fulgur egredit. Si
eīm euāgelia sibi colli
seris, in medio literæ
uilisq; historiæ spiri-
tus sancti sacramēta reperies. d ¶ Cumq; aspicerē animalia, &c.] Hucusq; quatuor animantiū quæ quaternas habebant facies, pictura describitur, sequentiū spiritum & nubē quæ erat in medio spiritus: nunc per singula animalia singulæ ponūtur rotæ, quæ non erant iunctæ animantibus, sed sequebātur ea. Siue una rota apparuit super terram, quæ diuisa per quatuor, tot habebat facies, quot animalia sequebatur. Tantaq; similitudo erat rotarum quatuor sequētiū animalia quatuor, ut una rota uerisime crederetur. Opusq; earū erat atq; factura, quasi uisio Tharsis, quam nos in mare uertimus. Aquila hyacinthū posuit, qui lapis cœli habet similitudinem. Aspectusq; earum erat quasi rota in rota: ut nō unam rotam crederes, sed alteram alteri copulatam. Per quatuor partes ibant, & non trahebantur, nec reuertebantur retrorsum. Qui enim fieri poterat ut reuerterentur, cum sequerentur animalia quæ semper ad priora se tenderēt? Statura quoq; rotarum & altitudo tanta erat: ut miraculum uidentibus faceret. Totumq; corpus & dorsa erant plena lucis in circuitu: ut nullū membrorū aspiceres quod oculos luminis non haberet: Qualemq; describūt fabulæ poetarū Argum fuisse centoculū siue multorum oculorum, quem Iuno in pauū uertit ob negligentem custodiam: ut quod miraculū est cōditoris dei, hoc cōdēnatio esset inulti adulterij. Oīa cœlestia & terrestria: & quicquid sub humanā cadit intelligētiā, solis rotis uoluitur. Solis annuum circulū, per singulos menses luna decurrit. Lucifer qui ipse uesper est, dum ad orientē & ad occidentē rutilus micat, & noctis tenebras paruo temperat lumine: duobus annis eundē cōficit cursum, aliaq; astra quatuor quæ uocātur errantia: & quicquid fulget in cœ C
lo, segetū quoq; & arborū herbarūq; uarietates per quatuor tēpora suis currūt rotis: nihilq; aspicimus quod ante nō fuerit. Gyrans gyrādo uadit spiritus, & in circulos suos reuertit. Omnes torrētes uadūt in mare, & mare nō adimplet. Quare? qa ad fontes suos de matrice abyssō reuertuntur. Euāgeliorū aut̄, id est, quatuor animaliū quæ spirāt, uiuūt, intelligūt: si quis rotā cursumq; consideret: in breui tēpore uidebit mundū esse completū sermone Apostolico. Rota quoq; in rota, uel duorū iūctura testamētorum est, quod indicat scala Iacob & forceps Esaiæ, Gene.28.c Esa.6.b
& gladius bis acutus: uel euangelia sibi cohærentia, quorū cursus & statura tēdit ad cœlū: paululūq; quid attingit ī terra: & semper properās, ad excelsa festinat. De qb⁹ & alibi dicitur: Lapides sancti uoluuntur Apoca.1.b
super terrā: ex quib⁹ ædificat cœlestis Hierusalē. Hoc ipsū puto significare et illud qd' in psalmo canit: Vox D
tonitrui tui in rota. Et Psal.76.d
alibi: Quæ inflāmat rotā natiuitatis. Quæ testimonia, quem sensum in suis locis habeāt: nō huius est tēporis. Totū autem corpus & dorsa plena oculis approbāt, qui uiderit nihil esse in euāgelijs quod non luceat, & splēdore suo mundū illuminet: ut etiā quæ parua putantur ēquilia, spiritus sancti fulgeāt maiestate. b ¶ Cumq; ambularēt, &c.] Quatuor animalia spiritū sequebātur, & nubē quæ erat in spiritu. Rursumq; rotæ cum animalia sequerētur eleuantia se de terra: nequaquā animalia, sed spiritū sequebātur: ut ostenderent propriā uolūtatē: qa spiritus uitæ erat in rotis. Tria aūt & in animalib. & in rotis pariter indicātur: cū starēt, cū ambularēt, cū eleuarent, quæ & animalia & rotæ in cōmune faciebant. Neq; enim stātibus animalib. rotæ poterāt ambulare, nec ambulātib. sup terrā animalibus, eleuare se rotæ, sed quorū una erat actio, una erat & reqes, & cursus, & eleuatio. Secūdoq; dicit quia spiritus uitæ erat in rotis: ut nequaq; uas aliquod arbitremur rotarū q̄si in carpētis plaustrorū, rhedarūq; & curruū aspicimus, sed animātia imò su
1.Cor.2.d
per animātia. Animalis eīm homo nō percipit ea quæ spi
tus sunt. Istæ ergo rotæ in qb⁹ erat spiritus uitæ, oīa ordine faciūt atq; mēsura: habētq; cū animalib. concordiā sequentes ea, & per ea spiritū sanctū, imò medijs prætermissis sācti spūs societate gaudētes. Quæ oia iuxta priorē intelligētiā, uariæ interpretationi prudēs lector poterit coaptare. c ¶ Et similitudo su. &c.] Vbi nos posuimus, pennæ eorū rectæ: & quasi sonū uel uocē sublimis dei, Lxx. transtulerunt, alæ eorum extentæ & uolantes, & quasi uocem fortis: quod in Hebraico dicitur שַׁדַּי Multaq; & in hoc & in alijs capitulis ab eis prætermissa sunt, quæ ob longitudinem ponere supersedi. Quod autem nos manifestius interpretati sumus, alterius ad alterū

HEB. Cūq; aspicerē animalia: apparuit rota una sup terrā iuxta animalia habētia quatuor facies. Et aspectus rotarū & opus earū, quasi uisio maris: & una similitudo ipsarū quatuor, & aspectus earū & opera, quasi sit rota ī medio rotæ. Per quatuor partes earum euntes ibāt, & non reuertebātur cū ambularēt. Statura quoq; erat rotis & altitudo & horribilis aspectus: & totū corp⁹ plenū oculis in circuitu ipsarū quatuor. Cumq; ambularēnt animalia, ambulabāt pariter & rotæ iuxta ea. Et cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ. Quocunque ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter leuabantur, sequētes eum: spiritus enim uitæ erat in rotis. Cum euntibus ibant, & cum stantibus stabāt, & cum eleuatis à terra, pariter eleuabantur & rotæ sequentes ea: quia spiritus uitæ erat in rotis. Et similitudo supér caput animalium firmamenti quasi

SEP. Et uidi: & ecce rota una super terram sequens animalia quatuor. Et aspectus rotarum & factura earum, quasi species Tharsis. Et similitudo in quatuor: & opus earum erat sicut solet esse rota in rota. In quatuor partes earum ambulabant, & non reuertebantur cum ambularent. Et dorsa earum & altitudo erat eis. Et uidi eas, & dorsa earum plena oculis, in circuitu ipsarum quatuor.

A alterũ,unumquodq; duabus alis uelabat corpus ſuum, & alterum ſimiliter uelabatur: pro quo in Hebræo ſcriptum eſt, mulieris ad ſororẽ ſuam,uir duabus alis uelabat corpus ſuũ,& uir uelabatur ſimiliter: Ideo poſt mulierem uirum poſuit in perſona eadem:ne ſexum in coæleſtibus putaremus: cum in uno atq; eodẽ iuxta proprietatẽ Hebraicam, idem & uir & mulier appellatur. Videtur autem ſuper quatuor animalia & rotas totidẽ,ſimilitudo firmamenti,quod nos appellamus cœlum:habens ſpeciem cryſtalli, quod eſt puriſsimum,& ex aquis mundis atq; lucentibus,nimio frigore cõ creſcere dicitur: intãtum ut etiam gelu cõ ſtricta aqua, Græco ſermone κρύσταλλος nominetur. Decebat autem in ſuperioribus eſſe eximiã puritatẽ: quæ cũcta protegat, id eſt rationales ſapiẽtesq; uirtutes & quatuor tẽporũ curſum, & mũdi plagas,& rerum omniũ ordinẽ, & euãgelicam prædicationẽ, quæ ex parte intelligiẽ, & ex parte uelatur. Voxq; auditur alarũ uolãtiũ,quaſi uox aquarum multarũ, quæ iuxta Apocalypſim Ioãnis populos ſignificãt: paulatimq; proficiẽs dicitur quaſi uox caſtrorum,& quaſi uox ſublimis dei:quod Hebraice appellatur שַׁדַּי & iuxta Lxx. φωνὴ τοῦ λόγου, id eſt, uox uerbi: ut uniuerſa quæ prædicantur in mũdo, uocẽ filij dei eſſe credamus. Stantibus autem animalibus, demittebãtur alæ eorum. Vocem enim dei omnipotẽtis reſonãtem in cœleſtibus ferre non poterant, ſed ſtabãt & mirabãtur: & ſilentio ſuo,dei potentiã demonſtrabant, qui ſedebat ſuper firmamentũ. Quod firmamentũ his qui deorſum erant,habebat ſimilitudinẽ cryſtalli: his autẽ qui ſupra, inſtar lapidis ſapphiri uidebaẽ. Quæ ſimilitudo ſapphiri,thronus erat eius qui ſedebat in ſimilitudinem hominis. Ex quo intelligimus, & firmamentũ, & cryſtallũ, & ſapphirũ,& hominẽ,in ſimilitudine, nõ in ueritate monſtrari. Hominẽ autem deum patrẽ debere intelligi,multa docẽt teſtimonia. E quibusillud eſt in euãgelio:Homo quidam plantauit uineã & locauit eam agricolis. Et poſt paululũ:Miſit ſeruos,& ſuper oẽs filiũ ſuũ. Rurſumq;: Homo quidam fecit nuptias filio ſuo. Non quod filius excludatur à regno,de quo ſcripſit Eſaias: Vidi dñm ſedentẽ ſuper thronum excelſum & eleuatum. Et Ioãnes: Hæc autem,inquit,dixit Eſaias: quãdo uidit gloriam filij dei:ſed quod in patre regnet & filius. Omnia enim filij patris ſunt, qui eſt imago dei patris inuiſibilis. Nam & in Daniele deus pater ſedens inducitur, & offertur ei filius hominis,ut accipiat regnum. Et in Apocalypſi Ioannis,eadem de filio ſcribũtur. Et ad pugnã primi martyris Stephani,ſtans ad dexterã patris. De quo canitur in pſalmo: Dixit dominus domino meo,ſede ad dexteram meam: Donec ponam inimicos tuos,ſcabellum pedum tuorum. Sicut autem cryſtallo puriſsima quæque atq; lucentia in cœleſtibus demonſtrãtur,quæ noſtrum oculatũ corpus illuminant:ſic in ſapphiro,id eſt,in throno dei,& ſuper firmamentum quod cœlum accipimus: abſcondita atq; ſecreta & incomprehenſibilia dei ſacramenta monſtrãtur: Qui poſuit tenebras latibulũ ſuum, & in nube uidetur & in caligine. Vnde & in Exodo ſcribitur:Et ſub pedib⁹ dei erat quaſi opus lateris ſapphiri, & ſicut ſpecies firmamẽti cœli munditsimi. Vnde & ſpõſa pulchritudinẽ ſpõſi deſcribit in Cantico: Venter eius quaſi tabula eburnea ſuper lapidem ſapphirum. Et in Ioãnis Apocalypſi primũ fundamentum iaſpidis:ſecũdũ, ſapphiri ſcribitur. Et in rationali põtificis, in uerſu & ordine lapidum ſingulorũ: ſecundus ordo carbunculũ habet, & ſapphirum,& iaſpidem. De quibus ex parte lapidibus,in Eſaiæ explanationibus diximus.

quaſi aſpectus cryſtalli horribilis & extenti ſuper capita eorum deſuper. Sub firmamento autem pennæ eorũ rectæ alterius ad alterum. Vnumquodq; duabus alis uelabat corpus ſuum,& alterum ſimiliter uelabatur. Et audiebam ſonum alarum,quaſi ſonum aquarum multarum, quaſi ſonum ſublimis dei. Cum ambularent, quaſi ſonus erat multitudinis,ut ſonus caſtrorum:cumq; ſtarent, demittebantur pennæ eorum. Nam cum fieret uox ſupra firmamentum quod erat ſuper caput eorum, ſtabant & ſubmittebant alas ſuas. Et ſuper firmamentum quod erat imminens capiti eorum, quaſi aſpectus lapidis ſapphiri, ſimilitudo throni, & ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper. Et uidi quaſi ſpeciem electri, uelut aſpectum ignis intrinſecus eius per circuitum à lumbis eius & deſuper.Et à lumbis eius uſque deorſum, uidi quaſi ſpeciem ignis ſplendẽtis in circuitu: uelut aſpectum arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ. Hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum. Hæc uiſio ſimilitudinis gloriæ domini.

Cap. II

Et ¶ Et uidi quaſi ſpeciẽ electri, &c. Hæc uiſio ſimilitudinis gloriæ domini.] Similitudo hominis qui ſedebat ſuper ſimilitudinem throni, q; thronus habebat ſimilitudinem lapidis ſapphiri,à lumbis & deſup, electro comparatur. Quod electrum & intrinſecus & extrinſecus habebat quaſi ignis aſpectũ. A lumbis uero & deorſum ignis erat reſplendens in circuitu: ut oſtenderet ea quæ ſupra lumbos ſunt,ubi ſenſus uerſatur & ratio, nõ indigere igne nec flammis, ſed precioſiſsimo metallo & puriſsimo. Ea uero quæ à lũbis deorſum,ubi coitus,ubi generatio,ubi incentiua uitiorum, purgatione indigere flãmarum:ut cum purgata fuerint,habeãt ſicut arcus ſimilitudinẽ,quæ uulgo iris dicit̃:cũ fuerit in nube in die pluuiæ. Iris enim quæ in ſancta ſcriptura uocatur arcus: & in Apocalypſi Ioãnis eodẽ nomine iris dicitur:niſi in pluuia & in aquoſa nube nõ poteſt apparere, diuerſorũ colorum & pulcherrimorũ & ſenſim in alios trãſeuntiũ. Vnde & Poeta: Mille rapit uarios aduerſa luce colores. Sed & morẽ uulgi ſequens idem Poeta: Cum bibit, inquit,arcus. Ex quo ſignificat nunq; arcũ apparere, niſi in nube & in aquis. Hic arcus ſignum eſt clemẽtiæ & teſtamenti dei quod fecit cum hominibus:ut quando apparuerit in nube,ſciamus nos ſecundũ antiquitatis exẽplum nequaquã perituros eſſe diluuio. Ex quo oſtendit̃ poſt pœnas atq; ſupplicia, & purgationem peccatorum futuram miſericordiam: duntaxat in his qui deum meruerint uidere regnantem. Vnde dicitur: Hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum: Per gyrum dei, uel throni, uel omnium quæ perſpecta ſunt. Et hæc uiſio gloriæ ſimilitudinis dei: non quo gloriam domini uiderit, ſed ſimilitudinem gloriæ eius. Viſio autem omnis hæc eſt: Spiritus eleuans & nubes magna: & quatuor animalia, & rotæ totidem ſequentes animalia & ſpiritum, quæ ſub firmamento dei eſſe meruerunt. Quæ poſtquam eleuata ſunt,& audierunt uocem quaſi aquarum multarum, & quaſi uerbi ſublimis dei,uocemq; caſtrorum & exercitus,demiſerunt alas, & ſtuporem ſilentio demonſtrarunt: apparuit que ſedens ſuper ſimilitudinem ſapphiri quaſi ſimilitudo hominis, qui à lumbis ſupra habebat ſpeciem electri: & à lumbis deorſum ſpeciem ignis in circuitu. Poſt quem terrorem datur

ſignum

Matth.21.d
Ibi.22.a
Eſa.6.a
Ioan.12.f
Coloſ.1.b
Dan.7
Apoc.5.d
Act.7.g
Pſal.109
Apoc.17.d
Exo.24.c
Cant.5.d
Apoc.21
Exod.28.c
Apoc.4.d
Gene.9.b

A signum misericordiæ: uelut aspectus arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ. De hac uisione prolixius diximus: quia & obscura est, & à multis uarie exponitur. In reliqs quantū fieri potest absq; dāno sensuū, propter magnitudinē uoluminis breuitati studebimus.

Cap. II

ET uidi & cecidi in faciem meā &c.] Non est elatus uisionū magnitudine, sed cōscientia fragilitatis humanæ procidit in faciem suam. Vnde & 1.Cor.12.b apostolus Paulꝰ post ascensionē cœli & paradisi, & auditionem uerborū ineffabiliū, datum sibi dicit angelum satanæ, qui se colaphizaret, ne extolleretur. Et Abrahā cecidit in faciem, postq; Gene.17 audiuit sermōes dei. Et tamē quia nō peccato, sed humilitate corruerat à domino subleuatur, & uerba eius iubetur audire. Sciendū quoq; quod aliud sit in faciē cadere, aliud retrorsum. Abrahā postq; audiuit de natiuitate Isaac, cecidit in faciem & risit. Heli autē qui 1.Reg.4.c peccauerat, retrorsū B cecidit. Et de Dan in Gene.49.c Genesi scriptum est: Fiat Dan coluber in semita, mordēs plantā eq, & cadet eques retrorsum, salutē expectans dei. Quia enim ad morsum colubri ceciderat ex equo, propterea saluatoris expectat Ioan.18.b aduentum. Et in euangelio secundum Ioannem, qui ad cōprehendendum uenerant dominū, postquā ille respōdit: Ego sum, ceciderunt retrorsum in terram. Sermonē Exo.3.d eius qui Moysi dixerat: Vade dic filijs Israel: qui est, misit me ad uos, minime sustinētes. Et dixit ad me. b ¶ Fili hominis, sta super pedes tuos & loquar tibi.] Iacens Ibi.34.d sermonem dei audire non poterat, sed audit cum Moyse: Tu uero hic sta mecum. Quod & Daniel accidisse sibi cōmemorat. c ¶ Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra &c.] Præcepe rat prophetæ sermo diuinus & iusserat: Sta supra pedes tuos, sed sine auxilio dei & aduentu spiritus sancti stare non poterat: propterea ingreditur in eum, siue assumit Psal.39.d & suscitat, ut firmo sit gradu, & possit dicere: Statuit supra petram pedes meos. Nullumq; peccatorem stātem Eph.6.c legimus, sed ad sanctos dicitur: State ergo succincti lum Deute.28 bos uestros. Peccator autem illud Deuteronomij meretur audire: Non erit stabile uestigium pedis tui. Crebro ad Ezechiel dicit: Fili hominis, & ad Daniel raro: Quo- Matth.8.c rum uterque in persona eius qui dixerat: Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet, captiuum populum consolatur, & retrahit ad pœnitentiam.

d ¶ Mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices quæ recesserunt à me, &c.] Nequaquam populum dei Israel, sed gentes apostatrices uocat eos qui à domino recesserunt: non solum patres, sed & filij. Ne peccato patrum filij uiderentur obnoxij, sed ut par, & patrum & filiorum esset impietas. Porrò quod Septuaginta transtulerunt, iritātes me, siue in amaritudinem conuertentes: illud significat, quod deus benignus & dulcis natura,

ET uidi, & cecidi in faciem meam, & audiui uocem loquentis, & dixit ad me: Fili hominis, sta super pedes tuos, & loquar tibi.

HEB. Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Et audiui loquentem ad me, dicentem: Fili hominis, Mitto ego te ad filios Israel, ad gētes apostatrices quæ recesserunt à me. Ipsi & patres eorum præuaricati sunt pactum meum, usq; ad diem hanc. Et filij dura faciē & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te. Et dicēs ad eos: Hæc dicit dominus deus: Si forte uel ipsi audiant, & si forte quiescant, quoniam domus exasperans est: & scient quia propheta fuerit in medio eorum.

HEBRAEI. Tū ergo fili hominis nō timeas eos, neque sermones eorū metuas: quoniam increduli & subuersores sunt tecum, & scorpionibus habitas. Verba eorū ne timeas, & uultus eorum ne formides: quia domus exasperans est.

SEP. Et uenit ad me spiritus, & assumpsit me: & eleuauit & statuit me super pedes meos: & audiui eum loquentem ad me & dixit mihi: Fili hominis, ad gētes apostatrices quæ recesserunt à me. Ipsi & patres eorum præuaricati sunt pactum meum, usq; ad diem hanc. Et filij dura facie & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Si forte uel ipsi audiant, & si forte quiescant, quoniam domus exasperans est: & scient quia propheta fuerit in medio eorum.

SEPTV. Et tu fili hominis non timeas eos: nec à facie eorū formides, quoniam insanient & cōgregabuntur cōtra te in circuitu. Et cum scorpionibus habitas. Verba eorū ne timeas, & uultus eorum ne formides: quia domus exasperans est. Et

forte quiescant.] Simile quid & in Hieremia scriptū est: Hiere.26.a Si forte audiant & agant pœnitentiam. Et in euangelio: Matth.21.d Forsitan filium meum uerebūtur. Loquitur autem hæc deus ambigentis affectu, ut liberum hominis monstret arbitrium: ne præscientia futurorum mali uel boni, immutabile faciat quod deus futurum nouerit. Non enim quia ille uētura cognoscit, necesse est nos facere quod ille præsciuit: sed quod nos propria uolūtate sumus facturi, ille nouit futurum quasi deus. g ¶ Tu ergo fili hominis non timeas eos, neq; sermones eorum metuas: quoniam increduli & subuersores sunt tecum.] Licet dura ceruice sint, & corde indomabili: tamen mea sunt fortiora præcepta. Nec te putes esse deceptū, si mittaris ad eos qui te loquentem non audiant. Ecce prædico tibi quod insaniant & congregentur aduersum te, & circundent te, nullum tibi effugium relinquentes. Hoc autem faciēt, quia increduli sunt, & dei imperia contemnētes. b ¶ Et cum scorpionibus habitas. Verba eorū ne timeas, & uultus &c.] Qui possint ferire, qui arcuato percutere uulnere, & aculeo fistulato: ut eadem plaga & cutem aperiat, & uenena diffundat. Vnusquisque pro moribus suis sortitur uocabulum. Scribis & pharisæis dicitur: Generatio Matth.23.d uiperarum. Et de Herode qui uersipellis erat: Ite & dici- Luc.13.g te uulpi huic. Et pseudoprophetæ in hoc eodem prophete uulpibus comparantur: Et nunc corde indomabili, scorpiones esse dicuntur. Vnde & in euangelio legimus: Ioan.10.b Omnes qui ante me uenerūt, fuerunt fures & latrones, & non audierunt eos oues. Et quomodo oues perditæ domus Israel audierunt aduersarios? Ex quo ostenditur, eos qui audierint fures & latrones, ouium uocabulum perdidisse & alia assumpsisse nomina: ut non quasi oues perierint, sed quasi uiperæ, uulpes, & scorpiones.

¶ Et

Et loquêris uerba mea ad eos: si forte audiant & timeât uel quiescant, quoniã irritatores sunt. Tu autẽ fili hominis audi quod ego loquor ad te: Noli ẽsse exasperãs, sicut domus exasperatrix est. Apêri os tuum & comede quę ego do tibi. Et uidi, & eccè manus missa est ad me. In qũa erat inuolutus liber: & expãdit illum corã me: & erat scriptus intus & foris, scriptæq; erãt in eo lamenta/ tiones, & carmen, & uæ. Et dixit ad me: Fili hominis quodcunq; inueneris, comede. Cap. III

COmede uolumen istud, & uade loquere filijs Israel. Et apêrui os meum, & cibauit me uolumine illo. Et dixit ad me: Fili hominis.

HEB. Vẽtêr tuus comedet: & uiscera tua cõplebũt uolumine illo qd ego do tibi. Et comẽdi illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ãd me: Fili hominis, uade & ingrede/ re ad domum Israel, & loqueris uerba mea ad eos. Nõn enim ad populum ptofundi sermonis & difficilis linguæ

SEP. Os tuum comedet: & uenter tuus implebitur capitulo isto tibi dato.

A a ¶ Et loqueris uerba mea ad eos, si forte audiant & ti/ meant uel quiescant: quoniã irritatores &c.] Nõ est ergo cessandum licet mali sint quibus loquimur, quin secun 2.Tim.4.a dum Apostolũ: Opportune importune uerbũ dei præ/ dicemus: quia potest fieri ut & durus corrigatur ad mol liciem, & qui obediẽs est, mutata uoluntate non audiat. b ¶ No li esse exasperãs, sicut domus, &c.] Semel diximus exasperatio nem siue iritationẽ, Lxx. amaritudinem ponere. Quod ergo dicit, hoc est: Non de/ bes eos imitari, ad ꝗs corrigẽdos mitteris: ne peccatum simile si milẽ mereatur & pœ/ nam. c ¶ Aperi os tuum & comede quæ ego &c.] Dignum te, inquit, præbe sermo/ nibus meis & cibum susci pe spirituale: ut Luc.8.a quomodo in euange/ lio dicitur: Qui habet aures audiẽdi audiat, & hic dicat: Qui ha/ bet apertum os ad co medẽdum, comedat. Vnde & psalmistæ do Psal.8.b minus loquitur: Aper ri os tuũ, & implebo illud. Et ille respõdit:

B Os meum aperui & attraxi spiritũ. Et apostolus Paulus, ꝗ habebat in se thesauros sapientiæ & scientiæ: & in quo 2.Cor.6.c Christus dñs loquebatur, scribit Corinthijs: Os meum Matth.5.a apertũ est ad uos ò Corinthij. Et de saluatore Matthæus refert: Aperiens os suũ, docebat discipulos. d ¶ Et ui/ di, & ecce manus missa ad me.] Pro manu missa, exten/ tam Lxx. transtulerũt. Quæ mittitur & extẽditur ad eos qui domini beneficia cõsequuntur. Contrahitur autem Esa.50.a ab his quibus loquitur per prophetam: Nũquid abbre/ Psal.73.c uiata & contracta est manus dñi? Et in psalmo: Vt quid auertis manũ tuam & dexterã tuã de medio sinu tuo in finem. Deniq; extẽdit in passione pẽnas suas, susceptiq; discipulos, & portauit illos in humeris suis, & locutꝰ est: Esa.65.a Tota die expandi manus meas ad populũ non creden/ tem, ut congregaret filios Israel, sicut gallina congregat pullos sub alas suas: & extẽsione manuũ Moysi, Israel su perarat Amalec. e ¶ In qua erat inuolutus &c.] Pro in/ uoluto libro, Lxx. capitulum libri transtulerunt: in ma/ nu dñi sedentis super thronũ, quæ missa est & extẽta. De quó & in psalmis dicitur: In capitulo libri scriptũ est de Psal.39.b me. Capitulũ intelligamus exordiũ. Iste liber inuolutus atq; signatus, scriptusq; intus & foris, uel ante & post, tã tæ difficultatis fuit, ut nullus potuerit neq; in cœlo, neq; in terra, neq; subtus terram aperire illum & legere: nisi solus leo de tribu Iuda, radix Dauid & Iesse, quem Ioan Apoca.5 nes in Apocalypsi deuorasse se dixit: non totũ, sed in ca/ pitulo, id est in principio. Neq; eñ fieri potest, ut huma/ na natura totos libri huius thesauros deuoret. Et expan dit illum coram propheta, & legendũ cognoscendumq; Esa.29.d prębuit: qui in Esaia populo non credẽti dicitur esse si/ gnatus. Vsque hodie enim uelamen Iudæis in ueteri po situm est testamento. Scriptusq; erat ante & retro, de fu turis & de præteritis. Vel certe foris in historiæ litera, in/ Psal.44.c tus intelligentia spirituali, de qua & Psalmista: Omnis, inquit, gloria filiæ regis ab intus. Scriptæq; erant in eo tam intus quàm foris lamentationes, & carmen, & uæ. Lamentationes, de his qui ad pœnitentiã prouocantur, sicut Samuel & apostolus Paulus plangebant atq; luge/ C bant Saul & Corinthios: quos saluare cupiebãt. Carmẽ, 1.Reg.16.a super his qui dei digni sunt testimonio. Et quib. psalmi/ 2.Cor.12.g sta præcipit: Cantate dño canticũ nouum. Porrò uæ su/ Psal.95.d 97 per illis qui penitus desperãtur: & cum uenerint in pro/ fundũ peccatorũ con Prouer.18.d temnunt. Ca. III

COmede uolumẽ istud &c.] Nisi an te comederimꝰ aper/ tum uolumẽ, docere non possumus filios Israel. Deniq; & Da/ uid postq; ipse miseri cordiã cõsecutus est: Docebo, inquit, ini/ Psal.50 quos uias tuas, & im/ pij ad te cõuertẽtur. g ¶ Et aperui os me/ um &c.] Ego, inquit, aperui os meũ: quia mihi dictũ est: Aperi os tuũ & comede. Et aperto ore dñs largi/ tus est cibos: ut initia uoluntatis in nobis sint, & perfectionem beatitudinis à domi/ no cõsequamur. Nõ est enim uolẽtis neq; currentis, sed miserẽ/ tis dei. Attamẽ & uel/ le & currere, nostri ar Rom.9.c bitrij est. Pro aperui, Lxx. trãstulerũt, ape/

D ruit: ut subaudiatur, deus: quia ipse & aperuit os prophe/ tæ, & cibauit eum. b ¶ Vẽter tuus &c.] Principia lectio nis, & simplicis historiæ, esus uoluminis est. Quãdo ue/ ro assidua meditatione in memoriæ thesauro librũ dñi cõdiderimus, implet spiritualiter uẽter noster, & saturã/ tur uiscera: ut habeamus cũ apostolo Paulo uiscera mise/ Col.3.b ricordiæ: & impleatur ille uẽter, de quo Hieremias loqui Hiere.4.c tur: Ventrẽ meũ, uentrẽ meũ ego doleo, & sensus cordis mei cõturbant me. i ¶ Et comedi &c.] Loquit & Da/ uid: Quàm dulcia gutturi meo eloquia tua, sup mel ori Psal.118.c meo. Et alibi: Iudicia dñi uera, desiderabilia super aurũ Ibi.18.c & lapidem preciosum multũ: & dulciora super mel & fa/ Iudic.14.b uum. Et Samson fauũ mellis in ore leonis inuenit: & dñs Luc.24.f post resurrectionẽ, partẽ assi piscis comedit & fauum. Et in Prouerbijs de ape dicitur, quanquã hoc Hebræa non Prouer.6.a habeant exẽplaria: Vade ad apem, & disce quomõ ope/ ratrix sit, & opus suum castũ faciat: cuius laboribꝰ reges & imperiti pro sanitate abutunt, quod operati sunt Moy ses & prophetæ, & euãgelistæ, & apostoli: ut quicũq; rex fieret, cuius cor in manu dei est, dulcibus fruatur cibis. Qui uero simplex & absque serpentis astutia habet inno centiam columbarũ, simplici fide credat atque saluetur: quia ubiq; insidiæ sunt: & sæpe diabolus transfigurat se 2.Cor.11.c in angelum lucis: melq; distillat de labijs mulieris mere Prouer.5.d tricis: dulcia repromittens, ut uenena interserat. k ¶ Et dixit ad me: Fili hominis, &c.] Cui dicitur: Vade & in/ gredere ad domum Israel, ostenditur non fuisse cum po pulo peccatore: licet in eisdem uideretur super flumen Chobar finibus commorari. Scriptum est enim: Et ego eram in medio transmigrationis iuxta flumen Chobar. Separata enim erat prophetæ cõuersatio, & iniquorum offendebatur aspectu. Hoc idẽ faciebat & Moyses, pro/ cul à castris multitudinis figens tabernaculum. Quod cum fuisset ingressus, descendebat columna nubis: & sta bat ante ostiũ tabernaculi. l ¶ Non enim ad populũ profundi sermonis &c.] Quoniã illi ad te nolũt uenire, tu perge ad eos. Non enim habẽt sani opus medico, sed male

linguæ tu mitteris ad domum Israel, neq; ad populos multos & ignoti sermonis, quorum non possis audire sermonem. Et si ad illos mitterem te, ipsi audirent te. Domus ãutem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Eccè dedi faciem tuam ualentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum. Vt adamãtem & ut silicem dedi faciem tuam. Ne timeas eos, neque metuas à facie eorum, quia domus exasperans est. Et dixit ad me: Fili hóminis, omnes sermones meos quos loquar ad te, assume in cor tuum, & auribus audi. Vadè ingredere ad trãsmigrationem, (siue captiuitatem) ad filios populi tui, & loqueris ad eos & dices eis: Hæc dicit dominus deus, si forte audiant & quiescãt. Et assũmpsit me spiritus, & audiui post me uocem commotionis magnæ: Benedicta gloria domini de loco suo. Et ũocem alarum animalium percutientium altera ad alteram: & uocem rotarum sequentium animalia, & uocem commotionis magnæ.

HEB. Spiritũs quoq; leuauit me & assumpsit me, & abij amarꝰ in indignatiõe spũs mei. Manus ẽnim dñi erat mecũ cõfortãs me. Et ueni

SEP. Et spiritus eleuauit me, & suscepit me: & abij sublimis in impetu spiritus mei. Et manus domini facta est super me fortis, et intraui

Amale habẽtes. Neq; potes dicere: Non possum loqui ad eos, quia linguæ alterius sunt: & inuicẽ nobis barbari sumus, nec mutuum possumus audire sermonẽ. Quid loquar de uno populo? Si ad diuersas te mitterem nationes, tamen autoritas & potẽtia mea omnem difficultatẽ uinceret. Atq; utinã tempus instaret, quo ad oẽs missurus sum nationes, quo & linguarum daturus sum gratias, ut prædicent apostoli mei: & totum mundum à diuersitate linguarum, una fide meo subdãt iugo, facilius illi audirent, qui profundi sunt alti; & sermonis, & nihil habent de leuitate Iudaica sed graui & soldo ingrediuntur pede: & cũ ignotæ sint linguæ, notæ fidei sunt. Vnde sequit: Et si ad illos mitterẽ te, ipsi audirẽt te. Denique postea misit, & omnes pariter crediderunt. Vnde Paulus & Act.13.g Barnabas loquũtur ad Iudæos: Vobis q̃dem oportuerat prædicari uerbũ dei: sed quia noluistis suscipere sermonem, ecce cõuertimur ad gẽtes. Et B de Centurione dicitur: Neq; in Israel tantam fidem inueni. Matth.8.b

a ¶ Domus autẽ Israel &c.] Ne cõtristeris, ait, si te audire noluerint. Idcirco te non audient, quia me audire contemhunt, iuxta quod & saluator aiebat: Qui uos nõ recipit, me non recipit. In quo aperte liberum monstratur arbitrium. Et duæ redduntur causæ quare non audiãt: Quia peruersæ, inquit, sunt uoluntatis, & attrita fronte: siue ut Lxx. uerterunt, contentiosi sunt: & subauditur, quod sæpe ad salutẽ prouocati, noluerunt audire. b ¶ Ecce dedi faciem tuam ualentiorem, &c.] Domus Israel attritæ frontis est, & procacis audaciæ, & duro sic corde, ut scorpionibus comparetur. Ideo dedi tibi uultum durissimũ & frontẽ quæ nullo pudore superetur. Ex quo discimus interdum gratiæ esse dei impudẽtiæ resistere, & cum res poposcerit, frontem fronte cõcutere. Hoc autem tribuitur, ne nostra uerecũdia & humanus pudor pertimescat insidias æmulorũ. c ¶ Fili hominis &c.] Iste est cibus uoluminis: & hæc sunt uerba quibus pro diuersitate audientium, uel lamẽta, uel carmen, uel uæ hominibus loquimur. Et tamen notãdum quod ante sermones dei in nostro corde cõdendi sunt, audiẽdiq; & intelligẽdi diligẽtius, & sic ad populum proferendi. d ¶ Vade ingredere &c.] Et dñs noster uenit ad populum Iudæorũ mittẽte patre, ut prædicaret captiuis remissionẽ: & implere- Psal.67.d tur in eo quod scriptũ est: Ascendẽs in altum, captiuã duxit captiuitatem, dedit donã hominibus. e ¶ Et assumpsit me, &c.] Deus de q̃ scriptũ est: Assumẽs mansuetos dñs, ipse assumpsit & prophetã, qui nõ erat in carne, sed in spiritu, & ambulans in spiritu, carnis opera nõ implebat: spiritus enim dei erat in eo. Quamobrem & terrena contemnẽs, rapitur à spiritu: & audit post se uocem commotionis magnæ, præteritorum obliuiscens, & in futurum se extendẽs, ut inimicorum insidias post tergum relinqueret. Tale quid & in Exodo legimus: quando Pharao & omnis exercitus eius persequebatur Israel: & angelus in columna nubis deseruit priora castrorum: uenitq; post tergum, & tota nocte stetit inter Israel & Aegyptios, ut pterritis aduersarijs, audiret Israel: Benedicta gloria domini de loco suo. Locus autem domini est omnis in quibus hospitiũ inuenit. Aut certe filiꝰ locus est patris, sicut & pater locus est filij, dicẽte domino saluatore: Ego in patre, & pater in me. Hoc idem significat & Micheas: Ecce dominus egredietur de loco suo: & descendet super excelsa terræ, & cõmouebuntur mõtes subter eum, & ualles tabescent sicut cera à facie ignis, & sicut aqua quæ deferẽ in præceps. Descẽdẽte enim dño saluatore & proficiscente de patre: excelsa terræ mõtesq; cõmoti sunt, & inferiora ualliũ liquefacta. Potest locꝰ esse gloriæ dñi, & lux inaccessibilis, de qua D & Apostolus loquit: Qui solus habet im- 1.Timo.6.a mortalitatẽ, & lucem habitat inaccessibilẽ. Quãdo præterita iudicia domini animo reuoluimus, audimus uocem post tergum cõmotionis magnæ. Quãdo futura corde meditamur, auditur uox de prioribus, & ex his quæ ante sunt. f ¶ Et uocẽ &c.] Pro ὦ quod subauditur: ἀπὸ τοπου iuxta Hebraicũ: audiui post me uocẽ cõmotionis magnæ, & audiui uocem alarum animantium & uocem rotarũ, addidere Lxx. Et uidi uocẽ alarũ animalium percutiẽtiũ altera ad alterã, & reliqua: iuxta illud quod in Exodo legitur: Et uidebat Exo.20.c omnis populus uocem dei, ut uocem quæ ueniebat post tergum, audierit propheta, quæ aũt ante se erat, uiderit. Sed melius & uerius est, auditã uocẽ intellexisse, quàm uisam, tam alarũ percutientium se mutuo q̃ rotarum, de quibus supra diximus: Et cõmotionis magnæ, quæ dei iram super Israel populum, uenturam esse mõstrabat. g ¶ Spiritus quoq; &c.] Postquã eleuatus à spiritu est, & assumptus ab eo: tunc in indignatione & in amaritudine spiritus sui abijt quò ferebatur, intelligẽs indignationem dei, & quid significaret uisio mente pertractans. Siue sublimis ipso spiritus sui impetu ferebatur: cupiẽs ire quò dominus imperabat. Spiritũ autem eius, nõ spiritum sanctũ, sed spiritum hominis intelligamus: de quo in multis locis dicitur, ut in Esaia: De nocte cõsurgit spi- Esa.26.b ritus meus ad te deus. Trãsferturq; propheta nõ (ut quidam æstimant) in spiritu, sed in ipso corpore: quod & de Dan.14.f Habacuc iuxta Theodotionem legimus. b ¶ Manus enim domini erat mecum confortans me. Et ueni &c.] Pro eo quod nos uertimus, aceruum nouarum frugum, Aquila, Symmachus, & Theodotio ipsa uerba posuere Hebraica תֵּל אֲבִיב quod Septuaginta transtulerunt, μετέωρος καὶ περιῶδος, id est, sublimis & circuiui: melius

A esse credentes aliquid dicere, & imponere quod lecto/ ri faceret quæstionē. Nos autem ab Hebræis didicimus, חֵל אַבִּיב significare, quando noua frumenta uel hor/ dea congregantur, & post famem & penuriam antequā terantur in area spem ciborum aliquam repromittunt. Ita & Israel paruus & tenuis qui habitabat in ripis Chobar flu/ minis, quasi reuiui/ scens, ortusq; de ter/ ra, sementem Iudaici populi promittebat. Manus autem domi/ ni fit super prophetā, confortans eum, ut posit nomen specu/ latoris accipere, & do cere quod didicit: Se ptemq; prius diebus uersatur inter eos, ui/ dens cuncta quæ ge/ rerent, ut postea sciret quæ corriperet. Mœ/ ret autem siue cōuer/ satur in medio eorū: uidēs scelera & iustā dei pro peccatorū ini quitate sententiā. Pro eo quod nos dixim⁹, mœrēs, & in Hebræo scriptū est מְשַׁמֵּם Theodotio trāstulit, admirans, ut stuporē prophetæ iniquita/ tes eorū cernentis ex B primeret. Aquilæ ue/ ro secūda æditio, quā Hebræi κατὰ ἀκρίβειαν nominant, transtulit: ἐρημάζων, id est, quie/ scens, & seorsum posi tus, ut fuisse quidem se in medio captiuo/ rum, sed ab eis sepa/ ratum mente mōstra ret. a ¶ Cum autē pertransissent septem dies, &c.] Qui speculator futurus est, & dei uerba populo narraturus, multo tempore debet quiescere, & dolere ad ea quæ ui/ deat: nihilq; habere corū in conscientia, quæ in alijs cor/ repturus est. b ¶ Si dicente me ad impium, morte mo/ rieris, &c.] Duo sunt impij siue iniqui, ut Lxx. transtule runt. Vnus qui nihil audit à speculatore, & in sua impie/ tate morietur: cuius sanguis de speculatoris quærit̄ ma/ nibus. Alter, cui speculator annunciat, & ille audire con temnens, suo uitio moritur: ita duntaxat, ut speculator à culpa alienus sit. Ex quo intelligimus ideo dominū im/ pio comminari & dicere: Morte morieris, ut auertatur à uia sua impia & uiuat. Comminatio enim non in homi/ nes, sed in peccata est, nec in eos qui conuertuntur à ui/ tijs, sed qui in peccato permanēt. Magnumq; discrimen est, dei tacere sermones, ob triplicem causam. Vel pro/ pter timorem, uel propter pigritiam, uel propter adula/ Esa.6.b tionem. Vnde & Esaias: Væ, inquit, mihi misero, quia ta cui. Quodq; sequitur: Tu autem animam tuam libera/ sti, illud apostolicum sonat: Si cuius opus arserit, damnū patietur, ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignē, ut probet utrum speculator externus à causa sit mortis eius qui perijt, an reus. Opus enim magistri, salus disci/ puli est. c ¶ Sed & si conuersus iustus à iusti. sua, &c.] Sicut impios uel iniquos duos legimus: Vnum, qui non audiuit & perijt: alterum, qui audiuit, & perseuerauit in nequitia: Sic duo iusti sunt, unus q̄ non audiuit & perijt:

HEB. ueni ad transmigratio/ nē ad aceruū nouarū frugū, ad eos qui habitabāt iuxta flumē Chobar. Et sedi ubi il li sedebāt, & māsi ibi septem dieb. mœrēs in medio eorū. SEP. intraui ad captiui tatē sublimis. Et circuiui habitātes super fluuium Chobar, qui erāt ibi. Et sedi ibi septē diebus con uersans in medio eorū. Cum autem pertrāsissent septē dies, factū est uerbum domini ad me dicens: Fili hominis, speculatorē dedi te domui Israel: & audies de ore meo uerbū, & annuncia/ bis eis ex me. Si dicentē me ad impiū, morte morieris, non annunciaueris ei, neq; locutus fueris ut auertatur à uia sua impia & uiuat: ipse impius in iniquitate sua mo/ rietur, sanguinem autē eius de manu tua requirā. Si aūt annunciaueris impio, & ille nō fuerit cōuersus ab iniqui tate, & à uia sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur: tu autem animā tuam liberasti. Sed & si con/ uersus iustus à iustitia sua fecerit iniquitatē, ponam of/ fendiculum coram eo. Ipse morietur, quia non annun/ ciasti ei: in peccato suo morietur, & non erunt in memo ria iustitiæ eius quas fecit, sanguinem uero eius de ma/ nu tua requirā. Sin autem tu annūciaueris iusto ut non peccet iustus, & ille non peccauerit: uiuēs uiuet, quia an/ nunciasti ei: & tu animā tuam liberasti. Et facta ēst ibi super me manus domini, & dixit ad me: Surgens egre/ dere in campū, & ibi loquar tecū. Et surrexi, & egressus sum in campum, & ecce ibi gloria domini stabat, quasi gloria

C alter qui audiuit, & conuersus ad pœnitentiam, saluauit animam suam. Notandumq; quod possit iustus cadere, & si habuerit magistrum, ad meliora conuerti. Et bona igitur opera indigent assiduo præceptore, ne lapsus ab optimo cursu, retrahat pedem. Et impius quidē uel ini/ quus si conuersus nō fuerit, in impietate & iniquitate sua morie/ tur. Iustus autem si fe cerit impietatē atque peccatum, nō statim moritur, sed ponitur offendiculum coram eo siue tormētum, & ut Theodotio dixit, infirmitas: ut torque/ atur, & planā uiā non inueniat, & intelligat se languidum, de qui bus & apostolus di/ cit: Ideo infirman/ 1.Cor.11.g tur multi apud uos, & dormiunt multi. Prodest em̄ iusto in/ telligere delictum su/ um, conscientiæq; tor/ mentum, & dicere cū psalmista: Conuer/ Psal.31.d sus sum in ærumna mea dum mihi infigi tur spina. Et quomo/ do impio nō sunt ob uiæ iniqtates, si auer/ tatur à uia sua impia & uiuat: sic iusto non prosunt antiquæ iu/ D stitiæ, si nouis facino/ ribus opprimatur. Quod autem intulit: Ipse morietur, quia non annunciasti ei, subauditur, potuisse eum uiuere, si specu/ lator magisterq; do/ cuisset. d ¶ Et facta est ibi super me manus do. &c.] Quod ex Hebræo tran/ stulimus, ibi, & in Septuaginta non habetur, significāter positum est: nec dubium, quem locum significet. Supra enim legimus: Et ueni ad trāsmigrationem ad aceruum nouarū frugum, ad eos qui habitabāt iuxta fluuiū Cho/ Supra.3.d bar. Rectēq; ei qui dixerat, sedi, iubetur ut surgat. Et qui ingressus fuerat ad trāsmigrationem, audit, egredere: nō in cōfragosas ualles, nō in præruptas rupes, sed in cam/ pi latitudinem, quæ possit capere gloriā domini. Vnde 2.Cor.6.c & Corinthijs dicitur: Dilatamini. Quando ingreditur ad captiuos, de quibus dictū est, quod insaniant & perse quantur eum forti manu indiget, ut possit resistere, & fu rorē persequentiū sustinere. Quādo autem egreditur in campū, fit quidē super eum manus domini: quia absque illius adiutorio exire non poterat, sed nō additur fortis. Ad uidendam enim gloriam dei, non ad pugnādū egre ditur. Et hoc animaduertendū quod in medio captiuo/ rum sedentiū, ipse sedēs propheta gloriā domini non ui derit. e ¶ Et surrexi &c.] Iubente dño ingreditur, & iu/ bente egreditur, sedetq; cum sedētibus: quia stantē illū numerus captiuorū audire nō poterat. Egressusq; in cā/ pi latitudinē, uidit stantē gloriā domini, quā prius uide/ rat ambulantē & eleuātem se, & interdum stātem. Quia iuxta fluuiū seculi huius Chobar, qui interpretari potest grauissimus, gloria cernebatur: quod significat omnem mundi huius gloriā præterfluere, & gradum stabilē non habere. Gloria autē domini stans & perseuerās, cū stāte propheta

A propheta uidetur in campo, quæ in medio captiuorum, nec stare poterat, nec uideri. a ¶ Et cecidi in faciē meā, & ingressus &c.] Stantem gloriā domini ferre non sustinens, cecidit in faciē suam ut ab ingrediēte in eum spiritu leuaretur. Qui spiritus statuit eū super pedes suos, & locutus est ei dicens:

gloria quam uidi iuxta fluuium Chobar. Et cecidi in faciem meam, & ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos: & locutus est mihi, & dixit ad me: Ingredere & includere in medio domꝰ tuæ. Et tu fili hominis: ecce data sunt super te uincula, & ligabunt te eis, & non egredieris de medio eorum, & linguā tuā adhærere faciam palato (uel gutturi) tuo: & eris mutus, nec ut uir obiurgans eos: quia domus exasperās est. Cum autem locutus fuero tibi, aperiā os tuum & dices ad eos: Hæc dicit dñs deus: Qui audit, audiat, & qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est. Cap. IIII

ET tu fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Et tu sumē tibi sartaginem ferream, & pones eam murum ferreum inter te & inter ciuitatem, & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem, & circundabis eam. Signum domui Israel est. Et tu dormies super latus tuum sinistrum

Isa.20.d nullū timeas, nec aliquē pertimescas, sed reuertere in domum tuam, uel ad necessitates corporis, ut quidam putant, uel in signū futuræ obsidionis. Et quomō Esaias discalciatꝰ & nudus, trium annorū captiuitatem & nuditatem populi nunciauit, ita & tu clausus domo, opere ipso propheta uicinam obsidionem urbis Hierusalem.

Isa.20.d

b ¶ Et tu fili hominis &c.] Quod in domo clauditur, quod uinculis alligatur, quod nō egreditur ad eos, iter quos habitat: sed inter multitudinē captuorū, solitudinem carceris patitur (ut supra dixi) obsidionis indicium est, quod clausa Hierusalem atq; circundata ab exercitu Chaldæorū, nullum habitātium foras exire permittet. Hæc est olla de qua Hieremias loquitur, & ipse hic propheta in consequētibus, in qua carnes populi consumūtur. Quod autem lingua prophetæ palato uel gutturi cohæret, & mutus effectus, autoritatē nō habet increpātis, causa perspicua est, quia, inquit, domus exasperans est. Et est sensus: Tantæ sunt amaritudines, & tantæ aduersus deum contentiones, ut obiurgantē non mereātur audire. Ex quo perspicuū est, ubi multitudo fuerit peccatorū, indignos esse peccantes qui à dño corrigātur. c ¶ Cum autē locutus &c.] Illud quod in Ecclesiaste legimus: Tēpus tacendi, & tēpus loquendi, etiam in sermone prophetico cōprobatur, quod eiusdē sit sapiētiæ, & tacere, & loqui pro tēpore & dare cōseruis in tēpore suo cibaria. Vnde & Esaias ad populum non credentē: Tacui, nunquid semper tacebo, dicit dñs? Qui igitur ob multitudinē pecatorū diu clausum os tenuit, quia uidit aliquos posse conuerti, de quibus dictū est: Qui audit audiat, & qui à malis quiescit, quiescat & desinat: idcirco aperto ore & non propria uoluntate, sed dñi iussione loquitur ad populū. Id aūt quod nos posuimus: Qui audit, audiat, & qui quiescit, quiescat: Pro quo Lxx. interpretati sunt: Qui audit audiat, & qui incredulus est, incredulus sit: Secunda Aquilæ æditio ita trāstulit: Qui audit, audiet, & qui relinqt, relinquet. Et est sensus: Qui habet, dabitur ei: qui aūt nō habet, etiā id quod uidetur habere, auferetur ab eo. Cap. IIII

Hiere.5.e

Eccles.3.a

Isa.65.a

Marc.4.c

ET tu fili hominis, sume &c.] Sicut prius diximus: Intra & includere in medio domꝰ tuæ, & ecce data sunt super te uincula, & ligabūt te & non egredieris, typū esse prophetam futuræ obsidionis urbis Hierusalē: ita nunc Geometrica iubetur in latere arte describere: ipsumq; laterem poni in conspectu prophetæ, ut postquam descripserit in puluere Hierusalē, omnem aduersum eam pingat obsidionem: adumbrās munitiones & comportatos aggeres, & coronam uallantis exercitus, & arietes in circuitu, per quæ omnia, urbes capi solent. Munitiones dicuntur, quibus urbs clauditur, ne quis obsessorū possit effugere: Cōportati aggeres, quibus uallum fossæq; cōplentur. Castra, militū custodiæ per circuitum. Arietes, quibus murorū fundamenta quatiūtur, & lapidum iunctura dissoluitur. Hoc autē dicitur, ut significet urbis Hierusalē sub Sedechia rege uicina captiuitas: cuius āno undecimo, & rex & ciuitas capta est. Pro latere, qui Græce dicit genere fœminino πλίνθος: Symmachus manifestius interpretatus est πλινθίτην, quē nos latericulū & abacum appellare possumus. In cuius puluere solent geometræ γραμμας, id est, lineas radiosq; describere. Ex quo quidā uolūt non absurdum esse etiam huius doctrinæ habere scientiam: illa exempla replicātes, quod Iesus filius Naue exploratores miserit, qui terrā describerent, quæ proprie uocatur Geometria: & angelus in Zacharia habuerit funiculum Geometricum ad Hierusalē metiendam. Et quod nunc iubetur ꝓpheta Hierusalē in puluere describere, quæ apud eos proprie appellatur σκιογραφία. Possumus laterem & in sugillationē Israelis accipere: quod in luto & latere seruierit Pharaoni: Siue ut urbs quā putabant esse firmam & inexpugnabilē, fragilissimo lateri cōparetur, qui ad tactum aquæ ilico soluitur, ut de qua prius dictū est: nunquid petra durissima uel deserti mons est filiæ Sion, uertatur in laterē, qui inundatione Babylonia corrūpatur, iuxta illud quod scriptum est: Propterea adducet dominus super uos aquas multas & fortes, regē Assyriorum.

Iosue.2.d

Zacha.2.d

Esa.8.b

e ¶ Et tu sume tibi sartaginē &c.] Quod supra diximus, & ipsum prophetam, & descriptionē lateris, munitionibus aggere, arietibusq; circundantē, in signū præcedere obsidendæ Hierusalē, hoc nunc manifestius dicitur, post multa quæ media sunt. Signū est domui Israel. Sartago ferrea, quæ instar muri inter prophetā & urbem ponitur, grandē iram demōstrat dei, quæ nullis precibus fatigetur, nec flectatur ad misericordiā. Sicut enim omnia metalla ferrum domat, nihilq; eo durius est, sic increbilia scelera Hierusalē, deum natura mollē, suo uitio fecerunt esse durissimū. Sartago quoq; dicitur medius inter populū & deum murus oppositus, ut ostēdat omnē multitudinē in breui esse frangendā, redigendamq; ad nihilum. Obfirmatio autē uultus contra urbē, seueritatis indiciū est, iuxta illud quod alibi scriptum legimus: Facies domini super facientes mala, ut disperdat de terra memoriā eorum. f ¶ Et tu dormies super latus tuū sinistrum, &c.] Quæramus qui sint anni trecenti nonaginta, qui pro diebus totidē supputentur, quibus in sinistro latere propheta dormierit uinctus atq; constrictus: ita ut in latus se alterū non moueret, captiuitatem & miserias decem tribuū, id est, Israelis ostendens: Et qui alij quadraginta anni, quibus pro Iuda & iniquitatib. eius in dextro iacuerit latere: siue ut narrat sancta scriptura,

A dormierit. De Israel hoc dicendū est, quod sub rege Phaceæ filio Romeliæ, qui undecimus regnauit in Israel annis uiginti, uenit Teglatphalasar rex Assur, & cœpit Aion & Abel, domū Maacham, & Ianoe & Cedes, Hazor & Galaad & Galilæam, & uniuersam terram Neptalim, & trāstulit eos in Assyrios. Post quem regnauit in Israel Osee filius Hela annis nouem, captusq; est cum omni Samaria à Salmanassar rege Assyriorum, & trāslatus in Elam & Abor fluuios Gozam in ciuitatibus Medorū. Sexto aūt Ezechiæ regis anno, ut sancta regū narrat historia, captꝰ est Osee. A quo si per ordinē supputemus, quot annis Israel fuerit in angustia & iugo pressus captiuitatis: sic inuenire poterimꝰ. A sexto anno usq; ad uicesimū annū: tot enim Ezechias regnauit annis, supputantur anni uiginti quatuor: cui successit Manasses, regnauitq; annis quinquaginta quinq;: Post hunc Amon regnauit annis duobus: Post quem Iosias annis triginta & duob. Cui succesit Ioakim q & Eliakim cognominatus est, & regnauit ānis undecim. Post quem Ioachin cognomento Iechonias, qui statim ductus est in captiuitatem: regnauitq; pro eo Sedechias annis undecim, sub quo capta est Hierusalem templumq; destructum. Fiunt itaque à prima captiuitate Israel, quæ facta est sub rege B Phaceæ usque ad undecimū annum Sedechiæ, quo templum desolatum est, anni centum sexaginta quatuor. A secunda, quando captus est Osee, & omnis subuersa Samaria, anni centum trigintaquinq;. Fueruntq; desolationis templi, anni septuaginta. Qui additi primæ captiuitati, faciunt annos ducentos trigintaquatuor. In secūdo enim Darij regis Persarum anno, templum extructum est à Zorobabel filio Salathiel, & Iesu filio Iosedech, prophetantibus Aggeo & Zacharia, qui regnauit annis triginta sex: unoq; sublato, addūtur anni eius trigintaquinq;. Post quem regnauit Xerses filius Darij, annis uiginti. Post quem Artabanus, mensibus septem. Et Xerses qui cognominabatur μακρόχειρ, annis quadraginta. Post quē Xerses, mēsibus duobus, & Sogdianus mensibus septē. Cui succesit Darius cognomento νόθος, qui regnauit annis decem & nouem. Post quem Artaxerses cognomento μνήμων Darij & Parisatidis filius, regnauit annis quadraginta, qui ab Hebræis Asuerus appellatur: sub Hester.8.b quo Mardochei & Hester narratur historia, quando omnis populus Iudæorum de mortis periculo liberatus, recepit pristinam libertatem. Fiuntq; à secundo anno Darij usque ad extremū annum Asueri, anni centum quinquagintaquinque, menses quatuor. Qui additi superioribus annis ducentis trigintaquatuor, faciunt annos trecentos octogintanouem, & menses quatuor. Dextri autem lateris dormitio, id est annorum quadraginta, facile supputatur. Post Eliakim enim qui cognominatus est Ioakim, regnauit filius eius Ioachin cognomento Iechonias, mensibus tribus. Quo regnante ascenderunt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Hierusalem: & circūdata est munitionibus: uenitq; Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatē, cum serui eius oppugnarēt eam. Et egressus est Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ipse & mater eius, & serui eius, & principes eius, & eunuchi eius, & suscepit eum rex Babylonis anno octauo regni sui, & protulit omnes inde thesauros domus domini, & thesauros domus regiæ. Et post paululum transtu- C lit omnem Hierusalem, & uniuersos principes, & omnes fortes exercitus, decem milia in captiuitatem, & omnē artificem & inclusorē, nihilq; relictum est, exceptis pauperibus populi terræ. Quo capto cum infinita populi multitudine, & cūctis opibus Hierusalem, regnauit Sedechias annis undecim, sub quo capta urbs templumq; destructū est. Cuius solitudo usq; ad secundum Darij annum, permānsit annis septuaginta. Tricesimo autem desolationis templi anno, Cyrꝰ regnauit in Persis: subuerso Astyage rege Medorū, qui iuxta prophetiam Esaiæ, Esa.45 quinquaginta fermè hominum milia de tribu Iuda remisit in Hierusalē, & uasa templi quæ Nabuchodonosor asportauerat, & cætera quæ Esdræ narrat historia. 3.Esdræ.1 Sicut igitur in Israel, hoc est, decem tribubus à Phaceæ rege Israel sub quo Salmanasar Israelitici populi multa uastauit, usque ad quadragesimū annum Asueri supputamus annos trecentos nonaginta, quando uniuersi Iudaici populi persecutio mitigata est: sic à primo anno Iechoniæ quando magna pars Hierusalem translata est in Babylonē, usque ad primū Cyri regis Persarū annū, qui desolationis templi erat annus tricesimus, supputantur D anni quadraginta sub quo Iudæorum laxata captiuitas est, & libertas populo reddita. Quidā trecētos nonaginta annos Israelis, & quadraginta Iudæ iungentes, faciūt annos quadringentos triginta, & uolūt eos impleri à baptismate saluatoris, usq; ad consummationē mundi. Alij uero & maxime Iudæi à secundo anno Vespasiani, quādo Hierusalem à Romanis capta, tēplumq; subuersum est: supputari uolūt in tribulatione & angustia, & captiuitatis iugo populi constituti, annos quadringētos triginta, & sic redire populū ad pristinū statum: ut quomodo filij Israel quadringentis triginta annis fuerunt in Aegypto: sic & in eodē numero finiatur extrema captiuitas: Scriptumq; esse in Exodo: Habitatio autē filiorū Israel, qua habitauerūt in terra Aegypti, anni quadringēti triginta. Et iterum factum est post annos quadringētos triginta, egressus est oīs exercitus domini nocte. Satisq; miror cur uulgata exēplaria cētum nonaginta annos habeant, & in quibusdā scriptū sit, centum quinquaginta, cum perspicue & Hebraicū & Aquila Symmachusq; & Theodotio, trecentos nonaginta annos teneant, & apud ipsos Lxx. qui tamē non sunt scriptorū uitio deprauati, idem numerus reperiatur. Difficillimā quæstionē, & nedicam superbe, à nullo explanatā, non tam nostri scientia quā domini gratia expositum esse nos credimus: impleto illo quod ipse pollicitus est: Quærite, & inuenietis: peti- Matth.7.A te, & accipietis: pulsate, & aperietur uobis. Qui autē uoluerit supputare à prima captiuitate quæ facta est sub 4.Reg.15 Manehem filio Gaddi rege Israel, qui regnauit in Samaria annis decē: quādo uenit Phul rex Assyriorum in terram Israel, & mille talenta accepit argenti, & post eum alios duos annos Phaceæ quos regnauit in Israel, inueniet uicesimo octauo anno regis Asueri compleri trecentos nonaginta annos, quādo Hester fertur historia: quod & credibilius est. Neque enim finito imperio Asueri, sed adhuc regnāte eo Israel iugū grauissimæ seruitutis abiecit. a ¶ Et ad obsidionē &c.] Præparatiōe uultus opus est ac robore & cōfirmatione exerti brachij atq; nudati, ut non

7 88 ni, & thesauros domus regiæ. Et post paululum transtu- C
4.Reg.15.f annis uiginti, uenit Teglatphalasar rex Assur, & cœpit
Aion & Abel, domū Maacham, & Ianoe & Cedes, Ha-
zor & Galaad & Galilæam, & uniuersam terram Nepta-
lim, & trāstulit eos in
Assyrios. Post quem
regnauit in Israel O-
see filius Hela annis
nouem, captusq; est
cum omni Samaria à
Salmanassar rege As-
syriorum, & trāslatus
in Elam & Abor flu-
uios Gozam in ciui-
tatibus Medorū. Sex
to aūt Ezechiæ regis
anno, ut sancta regū
4.Reg.17.a narrat historia, captꝰ
est Osee. A quo si per
ordinē supputemus,
quot annis Israel fue
rit in angustia & iugo
pressus captiuitatis:
sic inuenire poterimꝰ.
A sexto anno usq; ad
uicesimū annū: tot enim Ezechias regnauit annis, sup-
putantur anni uiginti quatuor: cui successit Manasses, re
gnauitq; annis quinquaginta quinq;: Post hunc Amon
regnauit annis duobus: Post quem Iosias annis triginta
& duob. Cui succesit Ioakim q & Eliakim cognomina
tus est, & regnauit ānis undecim. Post quem Ioachin co-
gnomento Iechonias, qui statim ductus est in captiuita-
tem: regnauitq; pro eo Sedechias annis undecim, sub
quo capta est Hierusalem templumq; destructum. Fiunt
itaque à prima captiuitate Israel, quæ facta est sub rege
B Phaceæ usque ad undecimū annum Sedechiæ, quo tem
plum desolatum est, anni centum sexaginta quatuor. A
secunda, quando captus est Osee, & omnis subuersa Sa-
maria, anni centum trigintaquinq;. Fueruntq; desolatio
nis templi, anni septuaginta. Qui additi primæ captiui-
tati, faciunt annos ducentos trigintaquatuor. In secūdo
enim Darij regis Persarum anno, templum extructum
est à Zorobabel filio Salathiel, & Iesu filio Iosedech, pro
phetantibus Aggeo & Zacharia, qui regnauit annis tri-
gintasex: unoq; sublato, addūtur anni eius trigintaquin
q;. Post quem regnauit Xerses filius Darij, annis uiginti.
Post quem Artabanus, mensibus septem. Et Xerses qui
cognominabatur μακρόχειρ, annis quadraginta. Post quē
Xerses, mēsibus duobus, & Sogdianus mensibus septē.
Cui succesit Darius cognomento νόθος, qui regnauit
annis decem & nouem. Post quem Artaxerses cogno-
mento μνήμων Darij & Parisatidis filius, regnauit annis
quadraginta, qui ab Hebræis Asuerus appellatur: sub
Hester.8.b quo Mardochei & Hester narratur historia, quando om
nis populus Iudæorum de mortis periculo liberatus, re
cepit pristinam libertatem. Fiuntq; à secundo anno Da
rij usque ad extremū annum Asueri, anni centum quin
quagintaquinque, menses quatuor. Qui additi superio-
ribus annis ducentis trigintaquatuor, faciunt annos tre
centos octogintanouem, & menses quatuor. Dextri au-
tem lateris dormitio, id est annorum quadraginta, faci-
le supputatur. Post Eliakim enim qui cognominatus est
Ioakim, regnauit filius eius Ioachin cognomento Iecho
nias, mensibus tribus. Quo regnante ascenderunt serui
Nabuchodonosor regis Babylonis in Hierusalem: & cir
cūdata est munitionibus: uenitq; Nabuchodonosor rex
Babylonis ad ciuitatē, cum serui eius oppugnarēt eam.
Et egressus est Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ip
se & mater eius, & serui eius, & principes eius, & eunu-
chi eius, & suscepit eum rex Babylonis anno octauo re-
gni sui, & protulit omnes inde thesauros domus domi-

stum, & pones iniquitates domus Israel super eo, nu-
mero dierū, quibus dormies super illud, & assumes ini-
quitatem eorum. Ego autem dedi tibi annos iniquita-
tis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies,
& portabis iniquitatē domus Israel. Et cum compleue
ris hæc, dormies super latus tuū dextrū secūdo, & assu-
mes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus.
Diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi.
HEBR. Et ad ôbsidio- SEPT. Et ad conclusio-
nem Hierusalem conuer- nem Hierusalem para-
tes faciem tūā, & brachiū bis faciem tuam, & bra-
tuum erit exertum, & pro- chium tuum roborabis &
phetabis aduersum eam. prophetabis super eam.

Ecce

A ut non ſolũ uoce,ſed & geſtu & habitu prophetãtis urbis obſidio demonſtretur. a ¶ Ecce circũdedi te,&c.] Siniſtræ partes,quia ſine templo & notitia dei fuerãt in Samaria,delegantẽ Iſraeli:dextræ,Iudææ: in qua dei cultꝰ & religio.Et notandũ quod in altero ſit pœna peccãtiũ, in altero uirtutis exercitatio. Nec cõuertit ſe de altero in alterũ latus,ut nulla cruciatuum requies indicetur: donec impleatur ſupradictorum dierum perfecta concluſio. Quod dies prophetæ,hoc annus eſt patientibus. Et quos ãnos putabat Labã, Iacob erãt quaſi pauci dies. Nõ ſolum autem in ſupplicijs uarietas eſt pro diuerſitate meritorũ: ſed in bonorũ quoq; retributione, agni in dextera,& hœdi ſtant in ſiniſtra. Vnde & in alio loco ſcriptum eſt:
ucle.10.a Cor ſapientis in dextera eius,cor autẽ ſtulti in ſiniſtra eius.Alia ſunt domini uincula, quibus in ſalutẽ ligamur,alia diaboli, quibus decem & octo annis ligauerat mulierẽ
Luc.13.b B in euangelio.Vnde & funibus peccatorũ ſuorum unuſquiſq; conſtringitur.Quæ ſoluit dñs per typum Lazari
Prouer.5.d Ioan.11.f ſuſcitati,qui faſciolis & inſtitis uinctus iacuerat in ſepulchro. b ¶ Et tu ſume tibi frumentum & hordeũ, & fabam,& lentem,& mil.&c.] Quam nos uiciã interpretati ſumus,pro quo in Hebræo dicitur בְּקְטְּמִים Lxx.Theodotioq; poſuerũt ὄλυραν, quam alij auenã,alij ſigalã putant.Aquilæ autẽ prima æditio & Symmachus ζέαν, ſiue ζέαιν interpretati ſunt:quas nos uel far,uel gentili Italiæ Pãnoniæq; ſermone,ſpicam ſpeltamq; dicimus. In uaſe quoq; Lxx.addidere ὀγγαικίνῳ, id eſt,fictili. Iubetur autẽ propheta famem futurã & inopiã populi Iſrael opere demonſtrare.Sicut enim in rerũ omniũ penuria non quæruntur ciborũ diuerſitates & delitiæ, ſed quomodo uenter impleatur:ſic nunc propheta,frumentũ & hordeũ,fabam,lentem & miliũ,auenãq; mittit in unũ uas: facitq; trecẽtos nonaginta panes,quos per ſingulos dies comedat:qui panes habent uicenos ſiclos,id eſt,ſtatheres. Siclus aũt,id eſt,ſtather,habet drachmas quatuor.Drachme autẽ octo,latinã unciam faciũt: ita ut unus panis decem uncias habere dicatur: quo trahitur magis anima quàm ſuſtẽtatur:Sterilitatem cibi,aquæ auget ſterilitas. Sextã enim partẽ menſuræ Hebraicæ quæ appellat hin, iubetur per ſingulos dies bibere. Porrò hin duos χόας atticos facit: quos nos appellare poſſumus duos ſextarios Italicos,ita ut hin mẽſura ſit Iudaici ſextarij noſtriq; caſtrenſis,cuius ſexta pars facit tertiã partẽ ſextarij Italici.Qui cibus & potus iuxta inclytũ Oratorem nõ uires tribuit:ſed mortem prohibet.Quod autẽ dicit:A tempore uſq; ad tẽpus comedes uel bibes illud, à ueſpere uſq; ad ueſperam ſignificat: licet quidam male ab anno uſq; ad annum intelligi putent.Ipſiq; panes inſtar hordeacij panis ſubcinericij fiunt.Diciturq; ei ut humano ſtercore operiat eos,non ignorantibus his qui comeſſuri ſunt: ſolet quippe inſcitia miſerias temperare, ſed uidentibus & in oculis eorum, ut ante aſpectus horrorem q̃ guſtus nauſeam ſuſtineat.Notandũ quoq; quod iuxta numerũ dierum ſiniſtri lateris,trecẽti nonaginta ſubcinericij panes iubeantur fieri, & per ſingulos dies comedi, & de quadraginta dierũ dextri lateris panibꝰ omnino taceatur:ut occulte ſancta ſcriptura inſinuet, nõ eandẽ pœnã populi eſſe peccatoris, ſi tamen notitiã habeat dei,& eiꝰ C

Eccẽ circundedi te uinculis,& non te conuertes de latere tuo in latus alterum: donec compleas dies obſidionis(uel concluſionis)tuæ. Et tu ſumẽ tibi frumentum & hordeum, & fabam,& lentem, & milium,& uiciam: & mittes ea in uas unum,& facies tibi panes numero dierum quibus dormies ſuper latus tuum,trecentis & nonaginta diebus comedes illud. Cibus autem tuus quo ueſceris, erit in pondere uiginti ſtatheres in die: à tempore uſq; ad tempus comedes illud. Et aquam in menſura bibes ſextam partem hin, à tempore uſq; ad tempus bibes illud.Et quaſi ſubcinericium hordeaceum comedes illud, & ſtercore humano operies illud in oculis eorum. Et dixit dõminus: Sic comedent filij Iſrael panem ſuum pollutum inter gentes ad quas eijciã eos. Et dixi ah,ah,ah,domine deus: Ecce anima mea non eſt polluta, & morticinum & laceratum à beſtijs non comedi ab infantia mea uſque nunc,& non eſt ingreſſa in os meum omnis caro immunda.Et dixit ad me:Ecce dedi tibi fimum boum pro ſtercoribus humanis,& facis

qui à religione ueri dei omnino diſceſſerit. Poſſumus autẽ & hoc dicere iuxta intelligentiam ſpiritualẽ, quod Iudaicus populus poſt offenſam dei uſque hodie ſubcinericios panes comedat, mixtos frumento,hordeo, faba, lẽte, milio,& auena: quorum alter hominum, alter iumentorum cibus eſt. In eo enim quod uidẽtur in unũ deum credere, habẽt aliquid & frumenti. Quod autẽ filium negant,hordeo iumentorum paſcũtur & fabis,quibus comedẽtium uenter inflatur, & mens opprimi dicitur:intantum ut Pythagoreis quoq; cibꝰ deteſtabilis ſit. Propter lẽtẽ Eſau primogenita pdidit. Miliũ ruſticorũ & agreſtiũ Gene.25 D & altiliũ cibus eſt.Auena ſiue uicia & olyra, bruta paſcũtur animalia.Quod aũt ſcribit iuxta Lxx. Helias fugiẽs Hiezabel inueniſſe panẽ ἐγκρίτου ſubcinericiũ,pſecutiõis 3.Reg.19.a & penuriæ ſignũ eſt. Vnde & à coruis paſcit, ut qa cibũ nõ inuenerat in Iſrael,nationũ quæ immũdæ erãt paſceretur alimentis.Lex quoq; ipſa quam legũt & non intelligunt,ſubcinericius panis eſt & opertus humano ſtercore.Quamobrẽ & Paulus apoſtolus lucra legis& priſtina Philip.3.b rum ceremoniarũ obſeruãtiã,dicit ſe habuiſſe ſicut ſtercora ut Chriſtũ lucrifaceret. c ¶ Et dixit dñs:Sic comedẽt filij Iſrael &c.] Prophetas iuxta Zachariã uiros eſſe Zacha.3.c Oſee.13.c portẽtoſos,qui ſuis operib. futura portendãt, & de quibus loquitur deus:In manibus prophetarũ aſſimilatus ſum,in multis locis creberrime legimus.Sicut igit Ezechiel panẽ comedit in ſtercore,ſic & filij Iſrael uel omnis populus Iudæorũ,ſiue ut alij putãt decem tribus,comedent panem pollutũ in nationibus:licet ad eos nõ ſit cõminatio,qui iam eiecti ſunt:ſed ad eos qui eijciendi ſunt de terra repromiſsiõis. Quod cum propheta didiciſſet, iuxta Aquilã tertio deteſtatus eſt ah,ah,ah, Iuxta Symmachũ uero & Lxx.reſpõdit μηδαμῶς, quod latine dicit nequaquã. Pro quo Theodotio tranſtulit: O dñe deus. Ne putemus eum contradicere domini imperio,ſed cauſas reddere imò deprecari,cur hoc facere nõ poſsit.Denique impetrat quod rogauit, & ſententiæ auſteritas mitiori imperio temperata eſt.Quæritur cur Ezechiel faciliora renuerit: & Oſee ſcorto ſtatim fuerit copulatꝰ, nec Oſee.1.b cõtradixerit, imò reſpõderit, caſtum habere ſe corpus, neq; commixtione meretricis debere maculari,dicente apoſtolo:Qui adhæret meretrici unũ cum ea corpus effi 1.Cor.6.d citur.Ex quo oſtẽditur figuram fuiſſe ſynagogæ uel eccleſiæ,non uere iuxta literã perpetratũ, quod ipſum exponentes prophetã plenius diſſeruimus. Morticinũ dicitur quod abſq; effuſione ſanguinis amittit uitam,& in quo moritur anima,laceratum à beſtijs,quod Græce appellat θηριάλωτον. Quod aũt pro humano ſtercore,boum cõceditur ſimus,leuiora ſignificãtur mala:dum iubẽtur

A quidem coctum in bubulo ſtercore comedere panē: ſed ab humani ſtercoris longe eſſe immūdicia. & uſq; hodie in populo Iudæorū ſeruatur iſta ſententia: ut non comedant panē ſuum in humano ſtercore: neq; enim idolis ſeruiunt, nec uaria dæmonū portenta uenerātur: ſed in ſimo bubulo, dū omnia propter carnē & uentrē, & terræ huius bona operātur, ſecundum quod dicit: Qui fecerit ea, uiuet i eis. Nos autē terrena contemnimus, & nō ſolū humani ſtercoris calcamus cibos, ac terrenas deliciasputamus eſſe pro nihilo, ſed comedimus panē qui de cœlo deſcendit, & fruimur illo cibo, de quo pſalmiſta decantat: Panē angelorū comedit homo: nequaq̄ Aegyptijs carnibus, ſed mānæ tenuitate uiuētes. a ¶ Et dixit &c.] Verbum Hebraicū מַטֶּה prima aquilæ æditio baculū, ſecūda & Symmachus Theodotioq; τρίωμα, id eſt, firmamētum interpretati ſunt. Quod autē opere futurū eſſe mōſtrauerat, & ſermone demōſtrat, omnisq; ſiniſtri & dextri lateris dormitio, & ſubcinericij panis, ſexq; ſpecierū uarietate cōmixti, mūdi mala ſignificās, illò tendit, ut inediā ciborū in Hieruſalē, & aquæ penuriā incredibilē proteſtetur: ita ut unuſq; ſcp corruat ad fratrē ſuū, ab alio auxiliū ſperās: quod in ſe eſſe nō peruidet. Natura enim hominū eſt, ut prementib. malis & anguſtiarū pōdere, in proximo magis q̄ in ſe habeāt fiduciā: cōtabeſcūtq; in iniquitatibus ſuis, dum pro iniquitatibus cuncta patiūtur. C Vereorq; ne iſta panis contritio etiam in noſtra inuenia tur Hieruſalē, in qua uiſio pacis cernitur, quē cōterit dominus quādo iraſcitur, & indignos nos ſuo iudicat pane. Atq; utinā ſaltē in pōdere eū & ſollicitudine mereamur accipere, & arentem linguā nimia ſicitate, extremus Lazari digitus irroret. Luc.16.f Deficiente autē pane & aqua eccleſiæ, corruet uir contra fratrē ſuum, & ubiq; diſcordia eſt, ſcindētib. nobis Chriſti tunicam, Ioan.19.d quàm nec milites in paſsione ſaluatoris ſcindere auſi ſunt, & cōtabeſcētibus in iniquitatibus noſtris, dum dei iuſtitiā non habemus. Scriptū eſt in Hieremia, quod paruuli, id eſt uulgus eccleſiæ petierint panē, & non fuerit qui eis frāgeret. Paulus uero qui uir eccleſiæ erat, & ſciebat Chriſtum panes fregiſſe legales, ac dediſſe diſcipulis erogādos, loquitur confidenter: Panem quem frāgimus, nōnne communicatio eſt corporis Chriſti? Baculumq; uel fortitudinem panis comedere non poſſunt qui lacte infantiæ indigēt, nec ualent accipere ſolidum cibum. Nihilq; ita ueſcētis animum roborat, quomodo panis uitæ, de quo ſcriptū eſt: Et panis confirmat cor hominis. Pſal.103.b

cis panem tuum in eo. Et dixit ad me: Fili hominis, ecce ego conteram baculum panis in Hieruſalem, & comedent panem in pondere & in ſollicitudine, & aquam in menſura & anguſtia bibent, ut deficientibus pane & aqua, corruat unuſquiſque ad fratrem ſuum, & contabeſcant in iniquitatibus ſuis.

Pſal.77.c

Commentarij primi in Ezechielem prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNdum commentariorum Ezechielis ad Euſtochium liber ſecundus.

B SEcundi explanationum in Ezechiel uoluminis, ò uirgo Chriſti Euſtochium, iſtud eſt exordium. D

ET tu fili hominis &c.] Pro tribus partibus capillorum & pilorum: quarū una comburitur in medio ciuitatis: alia cōciditur gladio in circuitu eius: tertia uento huc illucq; rapienda diſpergit, de qua parū aſſumitur & ligatur in ora pallij, & rurſum modicū quid partis tertiæ emittit in ignē, de quo egreditur flāma in omnē domum Iſrael: Lxx. quatuor partes interpretati ſunt. Cūq; dixiſſent: Quartā partē igni cōbures in medio ciuitatis, & quartam concides gladio in circuitu ei⁹, & quartā diſperges in uētū: quia remanebat eis quarta pars alia: addiderunt de ſuo: Et quartam partem aſſumes, & cōbures eam in medio ciuitatis: quaſi nō ſit ipſa quæ prima, & aliud quid in prima dixerit: aliud in iſta quæ addita eſt. Denicq; & in cōſequentibus ænigma capillorum in tres partes diuiſorum, ipſe dominus ediſſerit per prophetam, dicens: Tertia tui pars peſte morietur, & fame conſumetur in medio tui, famem & peſtilentiam ignem eſſe ſignificans: & tertia tui pars gladio cadet in circuitu tuo, foris cædes ac bella deſcribēs. Tertiam uero, inquit, partem tuam in omnem uentum diſpergam, eos eſſe demonſtrans qui ducendi ſunt in captiuitatē. Poſt quos dicit ſe nudare uel effundere gladiū ſuū, ut nec captiuitas nouiſsimū ſit malorū: ſumereq; de ipſis diſperſis atq; captiuis, & ligare in ſummitate pallij ſui eos q̄ de captiuitate redituri ſunt in Hieruſalē, & exipſis quoq; tollere aliquā partē: & igni flāmaq; cōſumere: ſignificās Macedonas, ſub quibus habitatores Iudææ, & præcipue Hieruſalē dura ppeſsi ſunt. Quod aūt dicit ex eo: id eſt, populo Iudæorū, ſiue iuxta Lxx. ex ea: ut ſubaudiat urbe Hieruſalē, egredietur ignis in oēm domū Iſrael: Machabæorū narrat hiſtoria, quod quædā pars Iudæorū ſe tradiderit Antiocho Epiphani, & eū ad pſecutionē populi cōciauerit, & multa alia quæ in eadē ſcribunt hiſtoria, & in Ioſephi uoluminibus præcipueq; diſſenſiōe Hyrcani & Alexādri, per q̄rū occaſionē Cneus Pōpeius cepit Hieruſalē, & Romanæ ditiōi ſubdidit: poſteaq; ſub Tito & Veſpaſiano urbs capta eſt, templūq; ſubuerſum. Et poſt qnquaginta ānos ſub Aelio Hadriano uſq; ad ſolū incēſa ciuitas atq; deleta eſt, ita ut priſtinū quoq; nomē amiſerit. Quomō autē in cæſarie & barba, pulchritudinis ac uirilitatis indiciū eſt: quæ ſi radātur, fœda nuditas apparet, & uniuerſi corporis pars extrema, atq; ut dicā emortua, in capillis atq; pilis eſt: ita Hieruſalē & populus ei⁹ emortuus, & à uiuo dei corpore ſeparat⁹: fami ac peſtilētiæ & cædi, & gladio, captiuitati ac diſperſioni tradit. De qua diſperſione, ſub figura capillorū aliqua pars ligatur in ſummitate pallij, ut modicū qd rurſum tradat incēdio, de q̄ infinita flāma ac penè uniuerſa deuaſtās, egredit in oēm domū Iſrael.

Cap. V

ET tū fili hominis ſume tibi gladiū acutum, quaſi nouaculā tonſorum (ſiue radentem pilos) & trahe per caput tuum & barbam tuā, & aſſumes tibi ſtatheram ponderis & diuides eos. Tertiam partem igne combures in medio ciuitatis, iuxta completionē dierum concluſionis, & tertiam partem concides gladio in circuitu eius: tertiā uero aliam diſperges in uentum, & gladium nudabo poſt eos.

¶ Hæc

eos. Et sumes inde paruũ numerũ, & ligabis eos in summitate pallij, & ex eis rursum tolles & proijcies eos in medium ignis & combures eos. Ex eo egredietur ignis in omnem domum Israel. Hæc dicit dominus deus: Ista est Hierusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu eius terras, & contempsit iudicia mea, ut plus esset impia quàm gentes, & præcepta mea ultra quàm terræ quæ in circuitu eius sunt. Iudicia enim mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt. Idcirco hæc dicit dominus deus: Quia superastis gentes quæ in circuitu uestro sunt, in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, & iuxta iudicia gentium quæ in circuitu uestro sunt nõ estis operati. Ideo hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentium. Et faciam in te quæ non feci, & quibus similia ultra non faciam, propter omnes abominationes tuas. Idcirco pãtres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos, & faciam in te iudicia, & uentilabo uniuersas reliquias tuas in omnem uentum

4 ¶ Hæc dicit dominus deus: Ista est Hierusalem &c.] A Hierusalem in medio mundi sitam, hic idem propheta testatur, umbilicum terræ eam esse demonstrans. Et psal. 84.b mista natiuitatem exprimẽs domini: Veritas, inquit, de terra orta est. Ac deinceps passionem: Operatus est, inquit, salutẽ in medio terræ. A partibus eñ. 73.c orientis cingitur plaga quæ appellat̃ Asia. A partibus occidentis, eius quæ uocatur Europa. A meridie & austro: Libya & Aphrica. A Septẽtrione, Scythis, Armenia atq; Persidę & cũctis Ponti natiõibus In medio igitur gentiũ posita est, ut quia erat notus in Iudæa. 18. 75.d deus, & in Israel magnũ nomen eius, oẽs in circuitu nationes illius sequerẽtur exẽpla, quæ gentium circa se positarũ impietatẽ secuta, uicit etiã ipsas in scelere suo. Quod pulchre interpretatus est Symmachus. Hæc, inquiens, Hierusalem quam in medio nationum posui, & circa eã regiones: cõmutauit iudicia mea impietatibus quas didicit à gentibus, & iustificationes meas à regionib⁹ quæ sunt in circuitu eius, qa legitima mea reprobauerunt, & in iudicijs meis nõ ambulauerunt. Illud autem quod dixere Lxx. Iustificationes meas inique ex gentibus, & legitima mea de regionibus quæ sunt in circuitu eius, non habere consequentiam, etiam me tacente perspicuũ est. b ¶ Idcirco hæc dicit dominus deus: Quia superastis gentes &c.] Pro eo ꝙd nos interpretati sumus: Quia superastis gentes quæ in circuitu uestro sunt: Symmachus trãstulit: Quia multitudo uestra fuit ex gẽtib⁹, quæ in circuitu uestro sunt. Aquilæ secunda æditio: Eo quod numerati estis in gentibus quæ in circuitu uestro sunt. Porro Lxx. Quia occasio uestra de gentibus quæ in circuitu uestro sunt. Et est sensus, uel superasse Hierusalem sceleribus suis cunctas in circuitu nationes, uel multitudinem eius, non populum Israel, sed turbam cæterarum gentiũ esse dicendã. Aut certe in numerum cæterarum gentium quæ in circuitu eius sunt eos esse conuersos, siue omnem occasionem habuisse de gentibus, quas magis in bonam partẽ docere debuerint. Quid, inquit, causer quod in præceptis meis non ambulaueritis, & iudicia mea non feceritis, cum etiam omnes in circuitu nationes uiceritis scelere uestro, & non feceritis quæ illi naturali lege scripta in cordibus suis sæpe fecerunt? Idcirco non per angelos neque per aliquos ministros, sed ipse ego faciam in te iudicia mea uidentibus cunctis quæ ante nõ feci, & ultra nõ faciã. Dicens aũt iudicia: ostendit sententiæ ueritatẽ: ne ira mensurã pœnarũ uideatur excedere. Nec fecit in ulla natione talia qualia fecit in Hierusalem: Quia seruus Lu.12.f qui nouit uoluntatẽ dñi sui & non facit eam, uapulabit multis. Potentes q̃ potenter tormenta patientur. Et similia, inquit, ultra non faciam. Pulchre dixit, similia non faciam. Multo eñ. 6.d post interfectionẽ Christi duriora facturus est. Aliud est eñ coluisse interdũ idola propter quæ ante puniti sunt, & aliud dei filiũ trucidasse. c ¶ Idcirco patres comedent filios &c.] Ad id quod supra dixerat, quia superastis gentes quæ in circuitu uestro sunt, si ue pro eo quod occasio uestra est ex gentibus quæ in circuitu uestro sunt, in præceptis meis nõ ambulastis, & iudicia mea non fecistis, tertio retulit ideo. Primũ ita: Ideo hæc dicit dominus deus, ecce ego ad te, & ipse ego faciã in medio tui iudicia. Secũdo: Ideo patres comedẽt filios in medio tui. Tertio: Ideo uiuo ego, dicit dominus deus, nisi pro eo quod sanctum meũ uiolasti in omnibus offensionibus tuis, & reliqua. Attamen no tandũ, quod ubi decora sunt & honesta ac pro merito eorum q̃ ea sustinẽt, seipsum deus facere profiteẽ. Vbi autẽ tristia & nõ digna deo, dicit quidem fieri, sed nõ à se, ut in præsenti. Ideo patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos. Nõ enim dixit, ego faciã ut patres comedant filios suos in medio tui, & filij comedant patres suos. Quod autem decorũ erat, nec dei maiestati uidebatur indignum, ipsum se dicit facere. Sequitur enim. Et faciam in te iudicia, & uentilabo uniuersas reliquias tuas in omnem uentũ. Tale quid & in maledictis Deuteronomij inuenire poterimus, & præcipue in loco illo: Glorificantes me glorificabo, qui autem me despiciũt, ad nihilum deducentur. Eos enim qui se glorificant, ipse glorificat. Qui autem eum despiciunt, non à domino despicientur, uel deducentur ad nihilum, hoc enim sequebatur ut diceret, sed absolute, deducentur ad nihilum, non à deo, sed pro meritis suis atque peccatis. Legimus in Regum uolumine, famis necessitate cogente, 4.Reg.6.f à matre filium deuoratum. Iosephus quoque in obsidione Hierusalem, multa huiusce modi facta commemorat. Quando autem patres filios comederint, uel filij patres, nulla narrat historia, nisi forte in multis necessitatis malis, etiam hæc facta esse, credendum sit. Potest hoc ipsum referri & ad nostram Hierusalem, quando magistri contra discipulos, id est, patres contra filios, & discipuli contra magistros, id est, filij aduersum patres, seditione mutua concitantur, & impletur illud quod per Apostolum dicitur: Si autem inuicem mordetis & accusatis, uidete ne ab inuicem consumamini. Vnde & propheta mystico sermone cantabat: Cum appropinquarent aduersum me qui affligunt me, ut comederent carnes meas. Et Iob simile quid loquitur: Si autem dixerunt ancillæ meæ: Quis det nobis de Iob.31.d carnibus eius ut comedamus? Et super magistris qui lucra sectantur de discipulis, salutis q̃ eorum nullam curam gerunt, dicitur: Qui deuorant populum meum sicut cibum panis. De quibus & Apostolus: Et comedũt, Matth.23.b inquit, domos uiduarum. Possumus patres qui comederint filios, & filios qui comederint patres, non solum in Babylonia, sed & in Romana obsidiõe intelligere. Illud autẽ quod dicitur: Et uentilabo uniuersas reliquias tuas in omnem uentum: magis ad Romanã pertinet captiuitatem, quãdo in toto orbe terrarum dispersi sunt. Et hæc est in omnem uentum capillorum barbæ q̃ dispersio.

Gal.5.c Psal.26.a

Psal.52.a

D Deu.28.f

uentum.Idcirco uiuo ego dicit dominus deus: niſi pro eo quod ſanctum meum uiolaſtis in omnibus offenſionibus tuis & in cunctis abominationibus tuis,ego quoque confringam(ſiue iuxta Lxx.abiſciam)te,& nō parcet oculus meus & non miſerebor. Tertiā tui pars peſte morietur,& fame conſumetur in medio tui, & tertia tui pars gladio cadet in circuitu tuo. Tertiam uero partem tuam in omnem uentum diſpergam,& gladium euaginabo poſt eos.Et implebo furorem meum,& requieſcere faciam indignationem meam in eis,& conſolabor,& ſcient quia ego dominus locutus ſum in zelo meo, cum impleuero indignationē meā in eis. Et dabo te in deſertū & in opprobriū gentib. quæ in circuitu tuo ſunt, in conſpectu omnis prætereūtis.Et eris opprobrium & blaſphemia, exemplum & ſtupor in gentibus quæ in circuitu tuo ſunt. Cum fecero in te iudiciā in furore & indignatione & in increpationib.iræ quæ ego dominus locutus ſum. Quandō miſero ſagittas famis peſsimas quæ erunt mortiferæ, & quas mittam ut diſperdā uos, & famem congregabo ſuper uos, & conteram firmamētum(uel baculum)panis. Et immittā in uōs famem & beſtias peſsimas uſq; ad internicionem,& peſtilentia & ſanguis tranſibunt per te,& gladium inducam ſuper te:ego dominus locutus ſum. Cap. VI.

A a ¶ Idcirco uiuo ego.&c.] Proprie hoc ad Hieruſalem dicitur,quia ſancta mea uiolaſti me deſerens, & in templo meo idola coluiſti:ego quoq; cōfringam omnia idola tua,& conteram atq; concidam ſiue abiſciam te, quia prius abieciſti me,& nō parcet oculus meus cū te uidero,fami,gladio,ſeruituti cōlla ſubmittere, nec miſerebor, quia miſericordiam meā non mereris.Scriptū Matth.5.a eſt enim: Beati miſericordes,qm̄ ipſi miſericordiā conſequentur.Hoc idem & in eccleſia intelligendum eſt,quod magiſtris & ſacerdotibus qui egerint negligenter, poſſit deus quotidie dicere:quia ſancta mea uiolaſtis in cūctis offenſionibus ueſtris, & in uniuerſis abominationib.quæ egiſtis: ego quoq; uos conteram atq; cōfringam, reddamq; per me ꝗd in meum populū per Infra.34.a petraſtis. De quo cōtra paſtores hic idem propheta plenius loquitur, ꝙ lanis ouiū operiātur,& lacte ueſcantur & caſeo,& fractum pecꝰ ac morbidum non requirant.

B b ¶ Tertia tui pars peſte mo. &c.] Lxx. quia ſupra quatuor ptes poſuerant, quas in deſcriptiōe incendij,gladij & diſperſionis:tres tantū eſſe ſermo propheticus approbauit,ut ſuperfluo una pars incēdij in duas partes diuideretur : In hoc quoq; loco eandem primam partem diuiſerunt in duas,ut dicerent:Quarta pars tui morte atteret̄,& quarta pars tui fame cōſumetur in medio tui, & quarta pars tui cadet in circuitu tuo,& quartam partē tui in omnē uentum diſpergam:Licet hoc quod poſuimus:Et quarta pars tui in gladio cadet:de Theodotionis æditiōe ſub aſteriſcis additum ſit.Perſpicuum eſt autem, ut Hebræa ueritas continet, tres eſſe partes.de quarum prima dicatur:Et tertia tui pars peſte morietur,& fame cōſumetur in medio tui.Multoq; melius fuerat trāsferre quod ſcriptum eſt,q; rei male translatæ patrociniū quærere. Nec hoc dicimus ab illis factum quibus uetuſtas autoritatē dedit,ſed per multa ſecula,ſcriptorum atq; lectorum uitio deprauatum. Quanquam & Ariſteus & Ioſephus & omnis ſchola Iudæorum,quinq; tantum libros Moyſi à Lxx.translatos aſſerant.De quo capitulo quia ſupra diximus,nunc omittendum uidetur: Hoc tātum addam, quod neceſſarium eſt in eo ꝙ ait: Et implebo furorem meum, & requieſcere faciam indignationem meam in eis,& conſolabor,& ſcient quia ego dñs locutus ſum in zelo meo,cum impleuero indignationem meam in eis, Quomodo ſentiendus ſit furor & indignatio & zelus dei,ſæpe expoſuimus,quod humanis deus loquatur affectibus,non quo ipſe iraſcatur,ſed quo nos per pœnas atq; cruciatus deum ſentiamus iratum . Zelus autē ſub metaphora uiri & uxoris accipiendus,qui quādiu uxorem diligit,zelotypus eſt:ſi neglexerit, dicit illud quod in conſequentibus dicturi ſumus : Zelus meus recedet à te,& ultra non iraſcar tibi. Quodq; iungitur : Et ſcient C quia ego dominus locutus ſum in zelo meo,non illi qui conſumpti ſunt fame & peſtilentia,nec qui gladio ceciderūt in circuitu ciuitatis, ſed illi qui diſpergent̄ in oēm uentum,aliorum mortibus ſuiſq; miſerijs ſentient iratū deum, quem clemen tē ſentire noluerunt.

c ¶ Et dabo te &c.] Quodq; ſequitur,& in opprobrium gentibus quæ in circuitu tuo ſunt: In Lxx. nō habetur,pro quo addiderūt de ſuo,& filias tuas in circuitu tuo. Rurſumq; iuxta utranq; æditionem, in conſpectu omnis prætereūtis. Prodeſt autem Hieruſalē oīa in ea uitia deſolari & ad deſertū redigi, & ſua eā peccata cognoſcere, ut quæ cæteris gentibus in exēplum uirtutum eſſe debuerat, ſit exemplum miſeriarum. Filias autē eius, urbes uel uiculos intelligere poſſumus,ſiue eccleſias in toto orbe diſperſas, ut quicunq; huius peregrinus eſt ſeculi, & dicit cum pſalmiſta: Aduena ſum & pere- Pſal.38.c
grinus ſicut oēs patres mei,& de quo dicitur : Non dixerunt D
qui præteribant: benedictio domini ſuper uos, uideat op- Ibid.128.a
probrium eius & doleat.

d ¶ Et eris opprobrium & blaſ.&c.] Pro quo in Lxx.legitur: Et erit στυγακτὴ, id eſt, gemibilis.Et de Theodotione additum eſt καὶ λειλαίτη, cuius uerbi noticiam non habemus.Pro quo tres aliꝰ interpretes,blaſphemiam tranſtulerunt,quæ in Hebraico dicitur גִּדֻּפָה. Sequitur.

e ¶ Cum fecero in te iudicia in furore & indignatione & in increpa.&c] Gemitu autem dignam Hieruſalem cum offenderet deum, ut faceret in ea iudicia in furore & indignatione,teſtatur & Paulus,q dicit:Eramus natura filij iræ,ſicut & cæteri, & iterum:Qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus aggrauati.Loquimurq; cum Hieruſalem,iram domini ſuſtinebo,quoniam peccaui ei. λειλαίτην uel λειλαίαν, quidā infelicem & miſeram, aliꝰ perſpicuam & expoſitam ad miſerias intelligi uolunt.

Ephe.2.d
2.Cor.5.b

f ¶ Quando miſero ſagittas famis &c.] Famem & peſtilentiam & beſtias peſsimas, & quicquid aliud malorum ſuſtinemus in ſeculo, propter noſtra uenire peccata manifeſtum eſt. Vnde & fames illa quæ facta memoratur in Ruth, & in Regum uolumine ſub Helia,quando tribus annis & ſex menſibus cœlum clauſum eſt,& ſub Heliſeo,cuius incredibilē inopiam repentina abundantia cōpenſauit,dei iudicio miſſa eſt. Quod non ſolum tunc in Hieruſalem factum eſt, ſed & in noſtra fit Hieruſalem,in qua propter magnitudinem peccatorum, primum famis mittitur audiendi ſermonē dei.Deinde famē mors ſequit̄,ut qui non audiuimus,guſtate & uidete qm̄ ſuauis eſt dñs:poſtea ſentiamus,mors peccatorū peſsima eſt.De firmamento & baculo panis, ſupra diximus.

Ruth.1.a
3.Reg.17.a
4.Reg.6.f
Supra.4.

g ¶ Et immittam &c.] Beſtias peſsimas induci ſup̄ terrā ſolitudinis, quæ fame & gladio

A gladio & peſte uaſtata eſt,præſentia quoq; oſtendunt tẽpora,qñ familiaria animalia,canes,in dominorum carnes rabie concitantur,& urſis ac lupis cunctisq; alijs generibus beſtiarũ terra completur,peſtilentiamq; & ſanguinem tranſire per eam, morbũ gladiumq; ſignificat. Sed & in noſtrã Hieruſalem mittũtur beſtiæ peſsimæ qñ tradimur in paſsiones ignominiæ, & in reprobum ſenſum, & conſcientiam peccatorum quæ excruciãt atq; dilacerãt animũ noſtrum. Diſſenſiones, hæreſes,ſchiſmata, æmulationes,inuidiæ, triſticiæ, detractiones,deſideria mala,auaricia quæ eſt radix omniũ malorũ, beſtiæ peſsimæ ſunt. quæ cum fuerint in nobis, meremur audire:Corripiet te præuaricatio tua. Precamurq; & dicimus: Ne tradas beſtijs animam confitentem tibi. Cap. VI.

Rom.1.d
1.Cor.12.g
Hiere.2.d
Pſal.73.d

ET factus eſt ſermõ domini ad me dicẽs: Fili hominis pone faciẽ tuã ad montes Iſrael, & prophetabis ad eos. Et dices: Montes Iſrael,audite uerbum dñi dei. Hæc dicit dominus deus montibus & collibus, rupibus & uallibus: Ecce ego indũcam ſuper uos gladium, & diſperdam excelſa ueſtra. Et demoliar aras ueſtras, & confringentur ſimulacra ueſtra, & deijciam interfectos ueſtros ante idola ueſtra. Et dabo cadauera filiorum Iſrael ante faciem ſimulacrorum ueſtrorum,& diſpergam oſſa ueſtra circa aras ueſtras in omnibus habitationibus ueſtris. Vrbes deſertæ erũt,& excelſa demolientur,& diſsipabuntur & interibunt aræ ueſtræ, & cõfringentur & ceſſabunt idola ueſtra,& conterẽtur delubra ueſtra,& delebuntur opera ueſtra. Et cadet interfectus i medio ueſtri,& ſcietis quia ego dominus. Et rẽlinquam in uobis eos qui fugerint gladium in gentibus cũ diſperſero uos in terras, & recordabuntur mei liberati ueſtri

ET factus eſt ſermo domini ad &c.] Quod ſæpe in hoc propheta dicit adonai dñs, propter Græcos & Latinos qui Hebrææ linguæ non habent ſciẽtiam,breuiter exponendum uidetur. Adonai unum nomen eſt de decẽ uocabulis dei,& ſignificat dñm, quo ſæpe & in hominib.utimur. Deniq; & Sara uocans Abraham dominum ſuum,hoc uocabat nomine.& ubi dicit: dñe mi rex,adonai ſcriptũ eſt. Quãdo igitur duo, dñi & dñi,iuncta ſunt nomina:prius nomen commune eſt, ſecundum proprie dei,quod appellatur ἄῤῥητον, id eſt,ineffabile,& quod ſcriptum fuit in lamina aurea, quæ erat in fronte pontificis. Montes autem Iſrael,qui ſimulacris dæmonum fuerant occupati, non auribus, ſed imperio ac potentia conditoris,ſuum audiunt & intelligunt creatorem: Quomodo mare uidit & fugit,Iordanis conuerſus eſt retrorſum,nõ utiq; carnis oculis quibus carebat. Et ad mare dicitur: Tace,obmutesce:Et uentorum flatibus imperat: Iubeturq; uermi, qui Ionæ percuſsit umbraculum. Et de eadẽ terra ſcriptum eſt: Qui reſpicit terram & facit eã tremere. Ad quos propheta loquitur, indicans idola deſtruenda & aras, uniuerſasq; ceremonias quibus prius idolis ſeruierant conterendas. Poſſumus montes Iſrael,& principes accipere eos qui potentia,ſapientiaq; & ſcientia ac diuitijs præcellebãt. Et hoc animaduertendum,quod obſirmatur quidem facies & ponitur contra montes:ſed nequaq; ſolis montibus,ſed & collibus loquitur,& rupibus & uallibus:in quibus inferior dignitas,& gradus prudentiæ ſcientiæq; cognoſcitur. Videntur mihi Tropologice montes eſſe, qui ad perfectam ſcientiam peruenerunt. Colles,qui paulo inferiores ſunt. Rupes,qui nullam habentes ſcientiam & tantum in conuerſatione fidentes,aliqua ſibi de ſcripturarum interpretatione præſumunt,habẽtes iuxta Apoſtolum zelum dei,ſed non ſecundum ſcientiam. Valles autem appellari nouiſsimos in eccleſia,qui & uita & ſciẽtia inferiores, tamen de conuentu familiæ dominicæ non recedunt. Qui omnes uerbum dei iubẽtur audire, ut unuſquiſque pro ſuo modulo & ſenſu intelligat quid dominus præcipiat. b ¶ Ecce ego inducam ſuper uos gladium & diſperdam excelſa ueſtra. Et demoliar aras ueſtras &c.] Mõtibus dicit Iſrael quod diſperdat deus excelſa eorũ, in quibus adorabãt homines fictos deos, C & aras ſimulacraq; confringat,& cultores eorum in cõſpectu phanorũ interfici faciat,ut iaceant cadauera mortuorum ubi prius iacebant hoſtiæ,& diſpergantur oſſa, non montium,ſed eorum qui iacebant in montibus in circuitu ararum,& in cũctis urbibus uicuſisq; Iſrael. Hoc iuxta literam. Alioquin & ſuper eos qui erigũntur in ſuperbiam, & de quib⁹ Apoſtolus loquitur: Scientia inflat, charitas autem ædificat,inducit gladius, ut oñia eorum ſimulacra quæ de ſuo finxerunt animo conterantur, & interfecti iaceant & mortuos ſe eſſe ſentiant, nihil ſibi ſimulacra ſua atq; figmẽta prodeſſe cernẽtes. Quæq; diſpergere ſe dicit oſſa montium circa aras,fortiſsimos quoſque eorum à ſe mutuo indicat ſeparandos. Prodeſt em̃ perfectæ ſcientiæ malos à malis diuidi. Et ut illi qui conſenſu peſsimo ædificabant turrem,pro utilitate propria diſsipati ſunt, diuiſaq; linguæ eorum, ne conſenſus peſsimus peiores eos faceret, ita oſſa montium diſpergentur, ut uanos conatus ſuos intelligant. D Hoc quod nospoſuimus:Et dabo cadauera filiorũ Iſrael ante faciem ſimulacrorum ueſtrorum, in Lxx.non habetur. c ¶ Vrbes deſertæ erunt,& ex.&c.] Cauſa perſpicua cur urbes montium deſerendæ ſint,ſcilicet ut demoliantur excelſa araq; & idola deſtruãtur, & delubra pereant,& oñis ſimulacrorum cultura deſiſtat, cadãtq; interfecti in medio montium,& ſciant qm̃ ipſe ſit dominus. Per quæ occaſio nobis datur,ſpiritualem magis intelligentiam ſequi,ut urbes hæreticorum quæ interpretantur eccleſiæ,& excelſa ſuperbiæ eorum,& araæ peruerſorum dogmatum confringantur,& idola pereant quæ de ſuo ſibi corde ſimularant,& conterantur delubra nõ templa quæ contra templum domini ſurrexerant, Græcoq; ſermone appellantur τεμένη, id eſt,phana atq; delubra,& omnia opera montium conterantur quæ nõ opera dei ſunt,ſed magiſtrorum falſæ ſcientiæ. Cumq; ceciderint interfecti in medio montium,uel quos ipſi montes interfecerant,uel eccleſiaſtici uiri qui eos male uiuentes in ſalutem ſuam occiderant: tunc finis erit montium ſuperborum,ut cognoſcant quod ipſe ſit dñs. Poteſt autẽ fieri ut de uno populo montiũ Iſrael, alijs interfectis cognoſcant alij. Peſtilẽte enim flagellato, ſtultus aſtutior erit. d ¶ Et relinquã in uob.eos qui fu.&c.] Illud quod dñs loquitur ad Heliam: Reliqui mihi ſeptem milia uirorũ qui non curuauerunt genu Baal,& Paulus apoſtolus ſcribit:Et nunc in hoc tẽpore reliquiæ ſecundũ electionẽ gratiæ ſaluæ factæ ſunt:poteſt huic capitulo conuenire. Et Apoſtoli enim qui erant de ſemine Iſrael & gladiũ fugerant:idcirco ſunt reſeruati,ut diſpergerentur in terris,& in gentibus euangelium prædicarent,ac recordarentur in gẽtibus dei,in quibus captiuitatis tẽpore uerſabantur. Poteſt aũt & hoc dici, quod ideo aliqui de captiuitate Iudaica reſeruati ſint,ut in gentibus recordarẽtur nominis eius,illiusq; potentiã prædicarent. De hæreticorum quoque populis, qui euadere potuerint gladium perditionis eorum & peſsimam factionem, quæ con/

Exo.28.
Gene.18.b
Exo.28.
Pſal.113.a
Mar.4.d
Ione.4.c
Pſal.103.d
Tropol.
Iacobi.3.d
3.Reg.19.d
Rom.11.d

A contra deū fuerat cōcitata, huc illucq; diſperſi, recorda/buntur nominis dei: agentes pœnitentiam, & captos ſe à uiris eccleſiaſticis exultabunt. a ¶ Quia cōtriui cor eorum &c.] Multa de hoc capitulo à Lxx. prætermiſſa ſunt, illudq; mutatum: Iurauí cordi eorū fornicanti. Pro quo nos poſuim⁹: cōtriui cor eorum fornicans. Iurauit aūt atq; decreuit ſe facturū eſſe quæ opere mōſtrauit, ſiue contriuit fornicās cor, & recedēs à deo, eorū de quib⁹ Oſee.4.c per Oſee dominus loquitur: Spiritu fornicationis ſeducti ſunt. Et oculos fornicātes poſt idola, per quorū feneſtras mors intraſſe perhibetur. Quam Dan.13.d ob cauſam & in Daniele duo presbyteri præceperunt reuelari Suſannā, ut nudati corpis decore fruerentur. Nec fruſtra locutus eſt dñs ut faceret malum uel mala, qñ ad comminationem eius agūt pœnitentiam qui ſentētiæ ſubiacebant. Sin aūt cor durū ſit & indomabile, ne per pœnas quidem ſentiens beneficia corrigētis,

ueſtri in gentibus, ad quas captiui ducti ſunt. Quiā contriuí cor eorū fornicans & recedens à me, & oculos eorum fornicantes poſt idola ſua. Et diſplicebunt ſibimet ſuper malis quæ fecerant in uniuerſis abominationibus ſuis. Et ſcient quia ego dominus nō fruſtra locutus ſum ut facerem eis malum hoc. Hæc dicit dominūs deus, percute manu tua & allide pedem tuum, & dic: heu, ad omnes abominationes malorum domus Iſrael. Qui gladio, famē & peſte ruituri ſunt. Qui lōnge eſt, peſte morietur: qui autem prope eſt gladio corruet; & qui relictus fuerit atque circundatus, fame morietur, & implebo indignationem meam in eis. Et ſcietis quiā ego dominus, cum fuerint interfecti ueſtri in medio idolorum ueſtrorum per circuitum ararum ueſtrarum in omni colle excelſo, in cunctis ſummitatibus montium, & ſubter omne lignum nemoroſum, & ſubter uniuerſam quercum frondoſam, locum ubi accenderunt thura redolentia uniuerſis idolis ſuis. Et extendām manum meam ſuper eos, & faciam terram deſolatam & deſtitutā à deſerto Deblata in omnibus habitationibus eorū, & ſcient quia ego dominus.

Cap. VII.

Et factus B Hier.2.f cauſa percuſsi filios ueſtros, diſciplinam non recepiſtis. Prodeſt autem & hæreticis ut conteratur cor eorum, theſaurus peſsimus dogmatum peruerſorum, quia receſsit à domino, & fornicantes oculi poſt adinuentiones ſuas. Qui cum domini fuerint recordati, diſplicebunt ſibi in uniuerſis abominationibus ſuis, & intelligentes ueræ fidei ueritatem, ſcient quia ipſe ſit dominus. Qui idcirco ſæpe infert tribulationem, quæ patientibus perniciosa uidetur & peſsima, ut ad pœnitudinem conuertantur. b ¶ Hæc dicit dominus deus, percute &c.] Magnitudinem peccatorū, iubetur propheta manibus pedibusq; ac ſermone monſtrare, ut geſtu corporis ac indignatione uocis, habitum ſtupentis mirantisq; & plorantis oſtendat. Quomodo enim ſi quādo nouum aliquid mirandumq; conſpicimus, tam corpore q̄ animo perhorreſcimus, ita ut cōplodamus manū, & pedes allidamus ad terram, & uocem inclinemus ad fletum, ſic nunc oculis animi propheta cernens uentura ſupplicia, ad uniuerſas abominationes malorum domus Iſrael loquitur quæ ſequūtur. Percutimus ſpiritualiter manu, quando à malis nos operibus ſeparamus. Allidimus pedem: qñ non gradimur itinere peccatorum. Plangimus atq; ploramus, quando nobis diſplicent quæ geruntur. Quod oſtēditur uerbo, heu. Pro quo Aquila interpretatus eſt, ἀ ἀ, Symmachus σχιτλίασον, quod ſignificat lamentare uel plange. Septuaginta & Theodotio ἴαι, quod magis inſultantis eſt quàm plangentis. c ¶ Qui gladio, fame & peſte ruituri ſunt.] Hæc eſt autem cauſa plangendi, quod habitatores montium & ararum idolorumq; cultores gladio, fame, & peſte ruituri ſunt. Qui uariis ducūtur erroribus, & quotidie mutant fidē: circunferunturq; omni uento doctrinæ, iſti cæduntur gladio, & diuidūtur in partes, unitatem eccleſiaſticæ fidei relinquentes. Qui uero ſpirituales non habet cibos, fame morietur, neRom.14.d ſciens eum qui dixit: Ego ſum ulta. Porrò qui uel ſingulis uel pluribus deditus ultiis, ab eis non poteſt ſepari, quaſi quodam ueterno peſtilentiæ corruit. d ¶ Qui longe eſt, peſte mo. &c.] Qui obſidionem urbis effugerit & ad deſerta migrauerit, peſte morietur: qui prope fuerit, cadet hoſtium gladio. Quem autem circunderit hoſtilis exercitus, fame interibit & penuria, in hisq; oīmbus implebitur indignatio dei, ut cognoſcant qui remāſerint, quia ipſe ſit dominꝰ. Qui ab eccleſia quoque receſſerit, ſtatim peſte morietur. Qui ſciolus ſibi uidetur & diligens, niſi cauerit, gladio ferietur inimici. Qui ſimplici contētus fide, inſtar brutorū animantiū uerſatur quidē in eccleſia, ſed tñ in nullo bono opere proficit: nec imitator eſt formicæ, quæ in meſſe præparat ſibi cibos atq; cōportat: iſte fame morietur, & in his omnibus implebit̄ ira domini. e ¶ Et ſcietis quia ego dñs cū fue. &c.] Perſpicuum eſt iuxta literam, & interpretatione non indiget, q̄d in montibus Iſrael & in excelſis D collibus inter ipſa idolorum altaria lucosq; qui appellantur ligna nemoroſa, Iſraeliticus ſit cæſus exercitus, ut ubi peccauerant, ibi punirentur. Iuxta Anagogen ſequamur ordinem propoſitū. Quando magiſtri hæreticorū ab eccleſiaſticis uiris qui inſtructi ſunt ſcientia ſcripturarum, contriti fuerint atq; ſuperati, uidemus interfectos peruerſorum dogmatum iacere inter ſimulacra quæ finxerāt, & eos qui ſe eleuabant contra ſcientiā dei ſtratos in mōtibus collibusq; ſubtus omne lignū nemoroſum: qui habebant uerba pōpatica, umbramq; foliorum, & poma bonorū operum non habebant, qui erant ſub omni quercu frondoſa, quæ nō affert fructus hominum ſed porcorum: ubi accenderunt thura redolentia non deo ſed idolis ſuis. Nec dicere poterant q̄d de Noe ſcriptum eſt: Odoratus eſt dominus odorem bonæ fragrātiæ, & id quod Paulus loquitur: Chriſti bonus odor ſumus deo in omni loco. Quomodo autem ſanctus odore ſuo delectat deū, ſic peccator ex cuius perſona pſalmus ille cantatur: Computruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ, accendit idolis ſuis thura fœtentia. Id quod nos interpretati ſumus, in cunctis ſummitatibus montium. Et poſt paululum: Et ſubter uniuerſam quercum frondoſam, Lxx. reliquerunt. f ¶ Et extendam manum meam ſuper eos &c.] O montes Iſrael, cum interfecti ueſtri ceciderint in medio ararum idolorumq; ueſtrorum in omni colle excelſo, in cunctis montium ſummitatibus, cumq; complebuero lucos ueſtros cadaueribus mortuorum, in quibus quondam accenderunt thura idolis ſuis redolentia: tūc extendam manum meam ad ultionem quæ fuerat hucuſq; contracta, & redigam uniuerſam terram Iſrael in ſolitudinē, à deſerto Deblata quæ eſt in terra Emath, quæ hodie uocat̄ Epiphania Syriæ, in cūctis habitationibus eorū: ut omnibus pateat nihil eſſe inter ſolitudinem & mare magnum, quòd non hoſtis mucro conſumpſerit.

Anagoge.

Gen.8.d 2.Cor.2.d pſal.57.b

Multi

ET factus est sermō domini ad me, dicens: Et tu fili hominis, hæc dicit dñs deus terræ Israel: Finis, uenit finis super quatuor alas terræ. Nunc finis super te, & mittam furorem meum in te, & iudicabo te iuxta uias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas. Et non parcet oculus meus super te, & non miserebor: sed uias tuas ponam super te, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis quia ego dominus. Hæc dicit dominus deus: Afflictio una, afflictio ecce uenit, finis uenit, uenit finis. Euigilauit aduersum te, ecce uenit. Venit contractio super te qui habitas in terra.

A Multi putant eundem esse locū, de quo in Hieremia scriptū est: Et apprehenderūt Sedechiā in deserto quod est iuxta Hiericho, & omnis comitatus eius diffugit ab eo. Cumq; cōprehendissent regem, adduxerunt eū ad regē Babylonis in Reblata, quæ est in terra Emath. Potest & ob uicinā similitudinē ר & ד Hebraicarū literarū quæ paruo apice distinguūt, uel deblata uel reblata appellari. Iuxta mysticos autē intellectus, extēdit dñs manū suam super oēs qui hæretico fuerant errore decepti, ut terram eorū quæ interpretatur ecclesia faciat desolatā à deserto deblata, q̄d in lingua nostra πελάθιον, hoc est massam ficorū sonat, carycarūq; inter se cōpactarū, ut postq̄ in simulata dulcedine quæ non erat terræ cultæ, sed solitudinis, amaritudinē reperirent, tunc cognoscāt, quia ipse sit dñs. Mel enim distillat de labijs mulieris meretricis, quæ ad tempus impinguat uescētium fauces, & postea amarius felle reperitur. Hoc significant & duo calathi ficorū q positi sunt in Hieremia contra facie tēpli: unus ficorū optimarū, & unus pessimarū, quorū alter ad ecclesiā Christi refertur, alter ad congregationem malignantium. Cap. VII.

ET factus est, &c. sup quatuor alas &c.] Quas nos plagas mūdi interpretati sumus, orientē uidelicet & occidentē, meridiē & septentrionē. De quib. alis & Esaias loq

B tur: Dñe ab alis siue finib. terræ portēta audiuimꝰ, quæ in toto orbe per apostolos gerebantur. Et de sanctis scriptum est: Si dormieritis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsa eius in pallore auri. Vnde & dñs cum appropinquasset & uidisset Hierusalem, fleuit & dixit: Quotiens uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti. Iste est qui in Deuteronomij cantico expandēs alas suas suscepit eos, & assumpsit eos in humeris suis. Quidam spirituales alas terræ, quibus ad cœlestia subuolamus, quatuor ponit genera credentium, domū Aaron, & domū Leui, & domū Israel, & timentes dñm. De quib. & psalmista canit: Domus Israel bñdicite dñm: domus Aarō bñdicite dñm: domus Leui benedicite dñm: q̄ timetis dñm benedicite dñm. In Aarō sacerdotiū, i Leui ædituos & ministros, in Israel cunctū populū, in timētibus dñm, proselytos intelligēs. Nos autem simpliciter explanandum putamus, q̄ post commminationem mōtium Israel, ad omnem terram Israel siue decē siue duodecim tribuū sermo propheticus dirigatur: & nequaq; propheta futura prænunciet, sed iam ingruentē uideat captiuitatem. Quinto enim anno Sedechiæ cœpit Ezechiel in Babylone prophetare captiuis, & anno nono uenit Nabuchodonosor & obsedit Hierusalem: cepitq; eā anno undecimo Sedechiæ. Ex quibus perspicuum est uenisse finem & appropinquasse, non super montes & colles rupesq; & ualles, sed super quatuor plagas terræ ex omni parte Israel, non omnis terræ, quod si dixisset de toto mūdo credi poterat, sed terræ simpliciter, quòd significat Israelis. Sic enim cœperat: Hæc dicit dominus deus terræ Israel: Finis, uenit finis super quatuor plagas terræ. b ¶ Nunc finis super te, & mittā furorē &c.] In hoc capitulo iuxta Lxx. interpretes ordo mutatus est atque confusus, ita ut prima nouissima sint, & nouissima uel prima uel media, ipsaq; media nunc ad extrema nunc ad principia transferantur. Ex quo nos & ipsum Hebraicum & cæteros sequuti interpretes, ordinem posuimus ueritatis. Ad terrā igitur Israel sermo C dirigitur, quòd uenerit super eam finis & consummatio, & emittat dominus furorem suum in eam, non iniustum & tantum de indignatione ueniētem, sed plenum æquitatis atque rationis, ut iudicet eam secundum uias suas, & ostendat illi omnes abominationes suas, ut recorderetur operum suorum, & intelligat quid male gesserit. Quod aūt dicit: Nō parcet oculus meus super te, & non miserebor, quasi clementissimus medicꝰ incidere cupiēs putridas carnes, & carriosa uulnera adurere cauterio, non parcit ut parcat, non miseretur ut magis miseretur, ne quid putridum uiuasq; carnes Deut.32.f Heb.12.b sui uicinia corrupturum, remaneat in corpore. Percutit autem dominus quem diligit, & castigat omnem filium quem recipit. Cuius intelligentiæ est: Ego percutiam, & ego sanabo. Omnis enim medicina ad tempus habet amaritudinem, sed postea fructus doloris, sanitate monstratur. Tale quid & per Amos loquitur deus: Quoniā uos cognoui de uniuersis tribubus terræ: idcirco ulciscar super uos omnia peccata uestra. Nouit enim dominus eos qui eius sunt. Et uias, inquit, illius totiusq; uitæ egressum, abominationesq; & maculas ponā in medio eius: ut ante oculos peccatricis quæ pro sanitate punitur, pristina peccata ponantur. Cumq; hoc fecerit dominus, scient qui cruciati sunt, quòd ipse sit dominus. D Hoc ipsum sonat & illud testimonium: Vlciscar Iacob secundum uias suas, & iuxta adinuentiones eius reddam illi. c ¶ Hæc dicit dominus deus: Afflictio &c.] Hæc in Lxx. non habentur, sed in æditione eorum de translatione Theodotionis sub asteriscis addita sunt. Nos autē sequamur Hebraicum. Pro afflictione quam iuxta Symmachum qui interpretatus est κάπωσιν, perspicuitatis causa posuimus, & in Hebraico & in Græco κακία uel πονηρία scribitur, id est, malicia. Dicitur autem q̄ extremū peccatorum terræ Israel tempus aduenerit: ut iam non effugiat sententiam dei quam longo tempore merebatur. Et quia necdum compleuerat peccata sua, propterea differebatur supplicium, secundum illud quod scriptum est: Necdum enim completa sunt peccata Amorreorū. Vnde & dominus ad Iudæos: Et uos ait, implete mensuram patrum uestrorum. Venit tibi ergo miseria, uenit afflictio, uenitq; captiuitas. Et ne putes me rursum futura minitari, ostendo digito atque demonstro. Ecce uenit, finis uenit, uenit finis. Qui hucusque dormitare tibi uidebatur & quiescere, euigilauit contra te repente atque surrexit. Venit contractio, quæ in Hebraico dicitur הַצְּפִירָה & quam Aquila interpretatus est προσκόπτειν, id est, contemplationem & profectionem, quam semper pauida tibi uenire metuebas, & quam interpretatus est Theodotio πλοκῶν, id est, ordinem contextūmque malorum omnium. Porro quod dicitur: Super te qui habitas in terra: iuxta illud Apocalypseos Ioannis debemus accipere: Væ super omnes qui habitant in terra. Sanctus enim non est habitator terræ, sed aduena atque peregrinus: dicitq; : Aduena sum & peregrinus, sicut omnes patres mei. Quamobrem & Abraham Hebræus, id est, περάτης & peregrinus transitórque memoratur: de præsenti seculo ad futurum transire festinans. Possumus hunc locum & spiritualiter interpretari contra populum Iudæorum, super quem uenit finis & consummatio à sanguine Abel

Matth.23.d
Deu.32.b
Psal.67.c
Psal.134.d
Esa.24.c
Prouer.5.a
Hier.24.a
Amos.3.d
2.Tim.2.c
Gene.15.d
Matth.25.d
Apo.8.d
1.Cor.38.c
Osee.12.a

A Abel iusti usque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quē interfecerunt inter tẽplum & altare. Quamdiu eñ non miserunt manus in filium dei, dormitauit sentẽtia eius domini, & dilata est. Quando uero interfecerũt hæredẽ, ut periret hæreditas: tunc euigilauit aduersum eos, atq; surrexit omnis ordo miseriarũ atq; perplexio, quia non quæsierunt cœlestia, sed terræ hærere cupierunt. a ¶ Venit tempus &c.] Verbũ Hebraicũ חַר חָרִים quod nos in duo uerba diuisum, primũ, חַר sc̃m חָרִים, iuxta Theodotionẽ gloriã montiũ interpretati sumus, Symmachus uertit in recrasti nationẽ, dixitq;: Et tẽpus prope est: dies festinationis, & non recrastinationis. Porrò Septuaginta ita trãstulerunt: Venit tempus, appropinquauit dies non cum perturbatione, neq; cũ doloribus. Theodotio: Venit tempus, prope est dies famis & non gloriæ montium. Occisionis autem tẽpus & famis nunc quoq; in Iudaico populo cõprobatur, non habente prophetas nec uerbum dei, quo anima credẽtium pascitur.

Matth. 23.d

B Montes autem magistros intellige, & qui habeant noticiam scripturarũ. De quibus & in alio loco dicitur: Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Porrò Lxx. qui dixerunt, non cum perturbatione & non cum doloribus, illud significant, quod tm̃ habeant ignorãtiæ dei & animi cæcitatem, ut nec turbentur in sceleribus suis, nec pœnitentiæ doloribus crucientur. b ¶ Nunc de ꝓpin.&c.] Si à quinto anno trãsmigratiõis regis Iechoniæ usq; ad nonũ annum regni Sedechiæ, qñ uenit Nabuchodonosor & obsedit Hierusalem, supputare uolueri/mus, tres anni erũt medij. Vnde recte dicitur: Nunc de propinquo effundam iram meã super te. Nequaq; tibi uentura prædicam, nec comminabor quæ lõge post futura sunt, nunc in te complebo furorẽ meum. Qui furor & ira nequaq; absq; iudicio est, sed ut reddat uias tuas in caput tuum, & omnes abominationes tuas sentire te faciat. Possumus autẽ & de extrema captiuitate dicere, quod post interfectionẽ Christi, qñ uenit eis finis, & euigilauit aduersum eos peccatum, impletũ est illud quod scriptum est: Nunc peruenit in eis ira dei in finẽ. Quando à Tito & Vespasiano Hierusalem circũdata est, & aduenit desolatio eius, & impletum est: Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta: tũc iudicati sunt iuxta uias suas & blasphemias, quibus dñm negauerunt, & senserunt furorem dei, & omnis indignatio eius super illos effusa est, receperũtq; scelera sua, ut permaneat delatio tẽpli usq; ad consummationem. c ¶ Et non parcet oculus meus, neq; miſe.&c.] Causas seueritatis & austeritatis siue ut hæretici puant crudelitatis dei quod non parcat oculus eius nec misereatur, subiecit dicẽs: Vias tuas dabo tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt, ut sentias quæ feci/sti, & uidens abominationes tuas uel in conspectu tuo, uel in medio omnium positas, emendes errorem pœnitudine, & recedens à pristinis operibus cum oderis quæ fecisti: tunc sentias quod ipse sit dominus. Qui ideo percutit ut emendet, & castigat omnem filium quem recipit. d ¶ Ecce dies &c.] Contracta est, inquit, dies & abbreuiata, instatq; uicina captiuitas. Floruit uirga quæ multo uobis tempore minabatur, & de flore fructum plagarum parturit. Superbia uestra germinauit quod merebamini: ut super uirgam impietatis uestræ, quia subiectos uobis impie cædebatis cõsurgat iniquitas, quæ nõ est ex miserabili populo, neq; ex eis quæ instar brutorũ animantium ducuntur à magistris, neq; ex clamore eorũ & sonitu, quo frustra uociferantur: à sacerdotibus phari sæisq; seducti, ut consona uoce clamarent & dicerẽt: Crucifige, crucifige talem. Vnde non erit eis reges, sed æterna captiuitas. Porrò Lxx. iuxta illũ sensum in q̃scribit: neq; eñ scitis q̃d uẽtura pariat dies, dixerunt: Ecce dies parit, q̃d multo ante cõceperat, uenitq; finis & egressa est complexio, quæ mala uestra omnia complectatur & teneat: siue ut Symmachus interpretatus est, inspectio, ut oñia uideat deus quæ fecistis, & cõsideret opera uestra, & reddat unicuiq; quod meretur. In eo aũt quod ipsi similiter transtulerũt, floruit uirga, illo testimonio uti possumus: Ne auferas uirgam à filio tuo. Et apostolus: Quid uultis? In uirga ueniã ad uos, an

Venit tempus, prope est dies occisionis, & non gloriæ montiũ. Nunc de propinquo effundã iram meã super te, & replicabo furorẽ meũ in te, & iudicabo te iuxta uias tuas. & imponã (siue, dabo) tibi oẽs abominatiões tuas. Et nõ parcet oculus meus, neq; miserebor: sed uias tuas imponã (siue, dabo) tibi, & abominationes tuæ in medio tui erũt, & scietis quia ego sum dominus percutiẽs.

HEBRAEI. Eccè dies ecce uenit: egressa est contractio, floruit uirga, germinauit superbia. Iniquitas surrexit in uirga impietatis, non ex eis & non ex populo, neque ex sonitu eorum, & non erit requies eis. Venit tempus, appropinquauit dies. Qui ẽmit non lætetur

SEP. Ecce dies parit, ecce finis uenit: egressa est cõplexio, & floruit uirga, germinauit superbia, suscitata est iniuria, & cõteret fortitudinẽ iniqui, & non cum perturbatione neq; cum festinatione, & nõ ex ipsis sunt neque pulchritudo in eis.

Prouer. 27.d

pro. 15.d & 27.b

C

D

1. Cor. 4.d

psal. 88.c

tetur:& qui uendit,non lugeat. Quia ira super omnem populũ eius. Quia qui uendit, ad id quod uendidit nõ reuertetur.Et adhuc in uiuẽtibus uita eorum:quia uisio ad omnem multitudinem eius non regredietur.

HEB. Et uir in iniquitate uitæ suæ nõ confortabit.Cãnite tuba, præparẽtur oẽs. Et nõn est qui uadat ad prælium.Ira enim mea super omnem multitudinẽ eius. Glãdius foris, pestis & fames intrinsecus. Qui in agro est,gladio morietur:& qui in ciuitate, pestilentia & fame deuorabuntur.Et salui erunt qui fugerint ex eis: eruntq; in montibus quasi columbæ conuallium omnes trepidi: unusquisque in iniquitate sua. Omnẽs manus dissoluentur: & omnia genua fluent

SEP. Et homo in oculis uitæ suæ nõ obtinebit. Clangite tuba & iudicate oñia.

A dent,quasi non gaudeant: & qui emunt,quasi non possideant:& qui utuntur mundo isto,quasi nõ utantur. Nã
Mat.24.d & diluuiũ ementes oppressit atq; uẽdentes:ut dominus loquitur in euangelio. a ¶ Quia ira super &c.] Hoc in Septuaginta non habetur. Pro populo, potest multitudo & turba iuxta Hebraicũ accipi:hoc eñ significat הֲמוֹנָה Causaq; pspicua est quod idcirco quemit,gaudere non debeat:& qui uendit lugere desistat:quia ira dei in breui uentura sit super omnẽ multitudinẽ terræ Iudææ siue Hierusalẽ. Ex superioribus enim intelligitur, in quibus scriptum est:Hæc dicit dñs deus terræ Israel &c. b ¶ Quia qui uẽdit,ad id quod uendidit nõ re. &c.] Iuxta Hebraicũ morẽ loquitur. Omnis enim emptio ad uenditorem reuertebatur quinquagesimo anno remissiõis:qui apud illos uocatur iubileus.Ante igitur quàm annus remissionis adueniat,quando possessiones ad priores dominos reuertuntur,ingruet captiuitas quæ omnem urbis auferet cõsuetudinẽ.Porrò quod Septuaginta trãstulerunt: Quia qui emet,ad uenditorẽ non reuertetur:cum iuxta hisB toriã penitus nõ cohæreat: iuxta Anagogen hunc sensum habere potest: ut dicamus eum qui hæretico fuerat errore deceptus,cum intellexerit magistri fraudulẽtiam,ne quaq; reuerti ad uenditorẽ:id est,ad magistrum: sed eũ despicere atq; contẽnere. c ¶ Et adhuc in uiuentibus uita eorum &c.] Quomodo possessio non reuertetur ad priorem dominum euersione urbis instante: sic uisio & cõminatio prophetalis quæ ad omnem multitudinem urbis dirigitur,nequaq; regredietur & irrita fiet,sed rebus explebitur,uiuentibus adhuc his ad quos prophetalis sermo dirigitur.Hoc autẽ ait,ut ostendat imminentem captiuitatẽ: ne secundum cõsuetudinem dicerent: Visio hæc in longos dies erit,& post tempora multa cõplebitur.Possumus & hoc dicere,quod postq; recesserit
Mat.11.b à Iudæis uisio prophetalis: Lex enim & prophetæ usq; ad Ioannem baptistam: post interfectionem saluatoris nequaq; regrediatur ad eos:nec ultra mereantur habere prophetas.Significanterq; ad omnẽ,inquit, multitudinẽ uisio non regredietur.Ergo regredietur ad eos qui ex Iudæis domino crediderũt,apostolos uidelicet & reliquias populi Iudaici, quæ ex Israel saluæ factæ sunt. Sed nec isti duo uersus habentur in Septuaginta æditione. d ¶ Et uir in iniquitate uitæ suæ nõ cõfortabitur.] Et est sensus iuxta Hebraicũ:Non proderit homini iniquitas sua:nec ei præbebit aliquã fortitudinẽ.Iuxta Septuaginta: Et homo quod desiderauit quod in mundo putauit esse preciosum nõ obtinebit:sed libertate pereũte,amittetur omne quod pulchrum est:Ambiguitas autem hebraicarum literarum ו & י quæ tantum magnitudine discernũtur,fecit alios iniquitatem, alios oculos interpretari. e ¶ Canite tuba, præparentur &c.] De tubarum clangore & sonitu in multis locis legimus: ut
Esa.58.a ibi:Sicut tuba exalta uocem tuam.Et alibi:Clangite in
Psal.80.a neomenia tuba, in insigni die solennitatis nostræ. Et in
Matt.6.a Apostolo: Quoniam ipse dominus in iussu & in uoce archangeli & in tuba dei descendet de cœlo. Et in euangelio:Nolite tuba clãgere ante uos. Et tubas ductiles atq; argenteas,Numerorũ narrat historia, quæ sermoni prophetico comparatur, & doctrinæ apostolicæ. Præcipiturq; nunc, ut omnes ad signum clangoris & buccinæ præparentur ad bella. Porrò quod dixere Septuaginta,& iudicate omnia: nulli dubium est quin apostolorũ conueniat potestati. Qui postq; cecinerit angelorum tuba,iudicaturi sunt in duodecim thrõnis, duodecim tribus Israel. Quorũ Paulus loquebatur:Angelos iudicabimus.Et alibi I.Cor.6.a In uobis iudicabitur mundus. Iuxta præsentẽ autẽ sensum iubentur per Ironiam hi q huic officio mancipati sunt tuba clangere:ut omnes cõtra Babylonium parentur exercitum.

C

f ¶ Et non est &c.] Et hæc in Lxx.nõ habentur. Præceperat Num.10.a deus ut tuba canerẽt ad exercitum præparandum qui Babyloniorum posset resistere fortitudini: sed nihil profuit imperasse,cum non sit in populo qui audeat ad bella procedere. Idcirco aũt eneruat⁹ est populus & caret uiribus præliandi ,Quia omnis ira dei super omnem multitudinem eius, subauditur urbis Hierusalem, siue terræ Iudææ. Sed & in nostra terra & Hierusalem, D quando nos uel persecutio publica, uel uariorum incẽtiua uitiorum superare nituntur: frustra magistri canũt tuba, & præparare nos ad bella festinant: cum nulla sit in populo fortitudo: quæ idcirco subtracta est, quiã irã dei præsentia meruere peccata. g ¶ Gladius foris &c. quasi columbæ cõuallium.] Septuaginta, columbas cõuallium:siue ut Theodotio transtulit,meditantes: omnino tacuerũt.Hocq; quod nos interpretati sum⁹, omnes trepidi: unusquisq; in iniquitate sua:Theodotio transtulit ita: omnes mussitantes, unaquæq; in iniquitate sua: ut sub metaphora columbarum meditãtium, significet unumquemq; de populo suum fiere peccatum: & intelligere atq; sentire cur ista patiatur. Tres autẽ partes aliorum qui in urbe pestilẽtia & fame moriãtur : & aliorum quos gladius foris interficiet:& eorum qui in captiuitatem fuga euaserint, supra legimus : quorum qui saluus fuerit,transibit ad montes:& instar mussitãtium columbarum,sua trepidus peccata defiebit.Tropologice uero sic accipiendum: quod qui in agro & campo est extra fi Tropo. nes dominicæ ciuitatis, quæ interpretatur ecclesia, aduersarij mucrõe feriatur:qui autem in ciuitate egerit negligenter,nec præparauerit sibi cibos:de quibus in ProProuer.12.b uerbijs scriptum est: Qui operatur terram suam,replebitur panibus:iste fame morietur & pestilẽtia.Pauci autem, qui uel hæreticorum gladium, uel desidiæ suæ famẽ,mortemq; uitauerint: nõ saluabuntur nisi in montibus,& nisi assumpserint alas columbæ,& auolauerint & requieuerint.Quæ columbæ q̃diu in uallibus sunt trepidant, & ad singula reformidãt: quarum præcipimur imitari innocẽtiam : & de quibus in psalmo scriptũ est. Psal.37.c Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ dargentatæ,& posteriora dorsi eius in pallore auri.In cuius Mat.3.d specie descendit spiritus sanctus, & mansit super dominum saluatorem. Pulchreq; iuxta Theodotionem uocabimus columbam meditãtem, eum qui in lege domini Psal.36.f die ac nocte meditatur : & de quo scriptum est: Os iusti meditabitur sapientiam. b ¶ Omnes manus dissoluẽtur &c.] Pro genibus,aquis fluentibus,Septuaginta trãstulerunt:fœmora polluentur humore.Cum aũt omnes

A trepidauerint,& ad montana cõfugerint, manus om/nium dissoluentur: & nullus contra hostes poterit resi/stere, pauorisq; magnitudine urina polluet genua: nec ualebit profluentes aquas uesica cohibere. Accingent se cilicijs,& tremor omnia possidebit. Hoc in illo popu/lo factũ est, nõ solum sub Babylonijs, sed & sub Romanis,quã/do peruenit in eos us/que ad finem ira dei. Cæterũ & in nostra Iudæa in qua est do/mini cõfessio, quãdo multiplicatæ fuerint iniquitates, & refri/guerit multorũ chari tas:omnes manꝰ bo/norum operũ dissol/uentur, & cuncta ge/nua siue femora flu/ent aquis,eorum qui illicitos quæsierũt cõ cubitus: & quos in le ge τοὺς γονορῤῥοίους, id est fluxum seminis susti nẽtes, & immundos scriptura cognomi/nat. Vnde qui tales sunt,debent se accin/gere cilicijs pœnitẽ/tiæ:& uenturum iudi ciũ formidare.Quod qui fecerit, merebiẽ Esaiam audire dicen tẽ: Confortamini ma

B nus dissolutæ, & genua debilia roboramini. a ¶ In o/

Esa.35.a mni facie cõfusio,& in uniuersis &c.] Rubor uultus,pu/doris indicium est: & conscientia peccatorum lucet in facie:spesq; salutis est, quando delictum sequitur uere/cundia. Vnde ad eam quæ corde duro in suis peccatis gloriabatur, dictum est: Facies meretricis facta est tibi,

Hier.3.b nescis erubescere. Caluitium quoq; capitis,luctus est si/gnum,quãdo perdit decorẽ cæsaries: & pulchritudinẽ comarum amittimus.Denicq; & ad Hierusalem dicitur:

Esa.3.d Pro ornamẽto capitis tui habebis caluitium, propter o/pera tua.Et alius propheta: Omnia,inquit, capita in o/

Hicre.49.f mni loco attõdentur: & omnis barba radetur. Micheas

Miche11.d quoq; ad eandem Hierusalẽ: Decaluare,ait, & tondere super filios deliciarum tuarũ: dilata caluitium tuũ sicut aquila.Et super mortuis iubetur fieri caluitiũ. Soli autẽ sancti, hoc est Nazaræi & qui ad pontificatum domini meruerunt peruenire,nõ radunt capita sua. Neq; enim

Num.6.d habent mortis opera nec immundi sunt:quia Nazaræi: id est, sancti domini sunt. Quod si iuxta eos quispiam mortuus fuerit, omnes dies pristini non reputabuntur sanctificationis eorum.Samuel dei sanctus erat, & pro/

Cant.5.c pterea æterna capitis ornamenta possedit: audiuitq; il/

Iudic.16.e lud de Cantico cãticorum: Cincinni tui nigri sicut cor/uus. Porrò Samson quia perdidit comã, perdidit forti/tudinem:paulatimq; renascentibus capillis, uires redie re pristinæ:ut multo plures moriens q; uiuens occide/ret.Helisæus uero licet corporis haberet caluiciũ : tamẽ

4.Reg.2.d quia Nazaræus domini erat, cincinnis capitis frueba/tur. Vnde paruuli quia paruuli erant, & nec dum ad æ/tatem uiri peruenerant, illudentes caluitio eius atq; di/centes: Ascende calue,ascende calue:ferarũ laniati sunt morsibus: quarum saltus ac syluæ sunt habitaculum.

b ¶ Argentũ &c.] Fuga & captiuitate cogente, diuitias & auri argẽtiq; pondera proijcient in plateis:suas tantũ animas seruare cupiẽtes,ne sint põderi quæ prius fuere

Anagoge luxuriæ. Alioquin & iuxta Anagogen captiuorum atq; fugientiũ de Hierusalẽ omne argentũ proijcietur in pla/teis,in lata & spaciosa uia quæ ducit ad mortẽ: quia an/ c
gustã salutis semitam reliquerũt.Sed & omne aurum cõ temptui, uel in sterquiliniũ atq; immundiciã reputabi/tur.Nõ enim potest habere mundiciam, qui extra domi ni ecclesiam est. c ¶ Argentum eorũ & au.&c.] Et hoc

fluent aquis. Et accingẽt se cilicijs & operiet eos formi/do.In ọ̃mi facie cõfusio:& in uniuersis capitib9 caluitiũ.

HEBR.Argẽtum eorum foris proijcietur: & aurum eorum in sterquiliniũ erit.

SEPT.Argentum eorum in plateis proijcietur: & au/rum eorum erit cõtemptui

Argentũm eorum & aurum eorum non ualebit libe/rare eos in die furoris domini. Animã̀m suam non sa/turabunt: & uentres eorum non implebuntur. Quiã scandalum iniquitatis eorum factum est.

HEB.Et ornãmentũ moni liũ suorũ in superbiam po suerũt: & imagines abomi nationũ suarum & simula/crorum fecerũt ex eo. Prõ/pter hoc dedi eis illud i im mundiciã: & dabo illud in manus alienorũ ad diripiẽ dũ:& impijs terræ in præ/dã,& cõtaminabunt illud.

SEP. Electa mundi in su/perbiam posuerũt: & ima/gines abominationũ sua/rum,& offendicula sua po suerũt ex eis. Propter hoc dedi ea illis in immundi/ciam: & tradam ea in ma/nus alienorum ut diripiãt ea:& pestilentibus terrę in prædam, & polluent ea.

Et auer

D dicitur:Redẽptio animæ uiri,propriæ diuitiæ. Propriæ Pro.13.b
diuitiæ sunt,quas nos Christi ueritas docuit: qui præce/pit ut faciamus nobis amicos de iniquo mãmona, qui nos recipiant in æterna tabernacula. e ¶ Quia scanda/lum iniquitatis &c.] Ideo,inquit, possidentium aurum Luc.16.b
& argentum nec anima saturabitur,nec uenter implebi/tur:quia hoc ipsum aurum & argentum, scandalum sce/lerum eorum factum est. Significat autem idola,quæ au/ro argentoq; fabricata,suos condemnant artifices. Pro/quo Lxx.transtulerunt:quia cruciatus iniquitatum eo/rum fuit, ut in suo iniqui errore crucientur: & se intelli/gãt male dei munera in blasphemiã cõuertisse. f ¶ Et ornamentum monilium suorũ in superbiam posuerunt &c.] Quæ ego,inquit, dederã in ornamentũ possiden/tium atq; diuitias,illi uerterunt in superbiam:ut de qui/bus poterant per eleemosynas & bona opera suam ani/mam liberare, ex illis haberent materiam arrogantiæ. Denicq; ex auro & argento fecerunt idola:& mea mune/ra in dæmonum simulachra uerterunt. Porrò quod di/xere Septuaginta:Electa mundi in superbiã posuerunt: ad aurum argentumq; referendum est:quibus in mun/do nihil putatur esse pretiosius. Illudq; quod sequitur: Offendicula eorum: sciamus de Theodotiõe additum. Facilis autem sensus est iuxta Tropologiam:quod aurũ Tropo.
& argentum,sensus & eloquia scripturarum quæ electa sunt mũdi:& quæ nobis in ornamentum data sunt,hæ/retici posuerunt in fomentum & materiam superbiæ:& imagines diuersorum dogmatum & abominationum atq; offendiculorum suorum fecerunt ex eis:ut per quæ poterant colere & adorare deum, ex his deum offende/rint. g ¶ Propter hoc dedi eis &c.] Quia ex auro & ar/gento & ornamentis monilium quæ dederam eis, ima/gines sibi abominationum suarum simulacrorumq; fe/cerunt:propterea dedi eis illa in immũdiciam & in ster/cora. Pro quibus Symmachus interpretaꝰ est,nauseã: uolens idolorum sordes exprimere. Et tradam,inquit, ea in manus hostium,ut diripiant omnia:& non tam cõ

taminem

Mm

Et auertam faciem meã ab eis: & uiolabũt arcanũ meũ: & introibunt in illud emiſſarij: & contaminabunt illud.

HEBR. Fac concluſionem: quoniam terra plena eſt iudicio ſanguinum: & ciuitas plena iniquitate. Et adducã peſſimos de gẽtibꝰ & poſſidebũt domꝰ eorũ

SEP. Et adducam perturbationem: quia terra plena iudicio ſanguinũ, & ciuitas plena iniquitatum. Et auertam faciem meã ab eis &c. & introibunt in illud emiſſarij.] Siue ut Septuaginta tranſtulerunt ἀφυλάκτως, id eſt temere: uel ut Symmachꝰ & Thodotio, irrũpentes & peſtilẽtes. Et cõtaminabũt illud. Cũ, inquit, propter ſuperiores cauſas abominationum populi auertero faciẽ meã ab eis: & nequaq; eos dignos meis oculis iudicauero: tũc uiolabũt arcanũ meum: quod ſignificat ſanctaſãctorum: pro quo Septuaginta uiſitationem tranſtulerũt: ut in ſanctis dei fuiſſe præſentiam demonſtrarent: & irrumperẽt in ea impij & peſtilentes terræ: quæ exceptis ſacerdotibus ſoloq; põtifice nullus alius audebat intrare. Quod ſcimus & à Babyloníjs & à rege Antiocho Cneoq; Pompeio & ad extremũ factum eſſe ſub Veſpaſiano & Tito, quãdo templum captũ atq; B ſubuerſum eſt, & omnia perpetrata quæ ſequẽs prophe C tæ ſermo complectitur. Ad noſtra quoq; mala opera auertit deus faciem ſuã: & quia auerſa eſt facies, ideo dei uiolatur arcanum, ut pro ſacerdotibus & ſanctis dei peſtilentes ingrediantur, & uniuerſa cõtaminent: ut qui locus eſſe debuit ſanctitatis, fiat locus immundiciæ: iuxta illud Euangelicum: Domus patris mei domus oratiõis Mat.22.b uocabitur: uos autem feciſtis illam ſpelũcam latronum. b ¶ Fac concluſionem: quoniam &c.] Verbum Hebraicum חֲתוֹם Aquila, concluſionem: Symmachus & Theodotio κατάλυσιν, id eſt confixionẽ interpretati ſunt. Pro quo Septuaginta poſuere φυρμὸν, quod nos in perturbationem uertimus. Igitur ò propheta, irã meam ſuper terram Iudæam & ſuper urbem Hieruſalẽ breui ſermone conclude: ut quomodo terra plena eſt iudicio ſanguinum: Omnes enim in ſanguine iudicantur, fundentes innoxium ſanguinẽ: quod & in Nabuthe perſona feciſſe Iudæos ſcriptura cõmemorat: Sic ipſorum quoq; fundatur cruor & plena iniquitatis ciuitas demonſtre- 4.Reg.21.c tur. Nam & ſub Manaſſe repleta eſt urbs Hieruſalem à porta uſq; ad portam ſanguine prophetarum. Venietq; eis concluſio & perturbatio atque cõfixio, ut nullus de imminentibus miſerijs poſſit euadere. c ¶ Et adducã peſſimos de gentibus & poſſidebunt domus eorum.] Et hæc in Septuaginta non habentur. Pro ſacerdotibus & prophetis, peſſimos cunctarum gẽtium adducam Babylonios, ut domos ueſtras poſſideant, uosq; ſubijciant ſeruituti. Sed & noſtras domos, id eſt animas: templum 1.Cor.6.d enim ſumꝰ dei, & ſpiritus ſanctus habitat in nobis: poſſidebunt peſſimi dæmones, ſi fuerit terra noſtra plena ſanguinibus, & habitatio plena iniquitatis. d ¶ Et quiescere faciam ſuperbiam potentum: & poſſidebũt &c.] Omnis ſuperbia offendit deum. Propterea peſſimi gentium poſſidebunt domos potentium & ſuperborum, & obtinebunt ſanctuaria eorum: quia locum ſanctimoniæ ſpurcus ingreditur: & ſua eum contaminat immunditia. Significanter autem quia polluta fuerant ſanctuaria dei, & uiolatum arcanum eius: nõ dixit, poſſidebunt C ſanctuaria mea, ſed ſanctuaria eorum: quia poſt contaminationem mea eſſe ceſſarunt. e ¶ Angustia adeſt.] Iuxta ſuperiorem ordinem, recte Aquila & Theodotio interpretati ſunt, adeſſe anguſtiam: Symmachus q; mœrorem. Septuaginta autem in medio uniuerſorũ triſtium, uerbum poſuere læticiæ ut lugẽtis animus ſuſtentetur: & ſperet inter aduerſa meliora, dominumq; propicium: de quo ſcriptũ eſt: Dominꝰ erigit alliſos. nos autem iuxta Symmachũ priorem ſententiam cum poſteriore coniunximus, ut diceremus: f ¶ Anguſtia ſuperueniente requirẽt pacẽ & nõ erit.] Quod iuxta Septuaginta omnino ſtare non poteſt. Si enim propicia tio ueniet, quomodo quærent pacẽ & non inueniẽt? Quæret autem ille pacem & nõ inueniet: qui audijt ab apoſtolis: Pax huic domui, & nõ Matt.10.b ſeruauit eã, nec fecit in ſua mente requieſcere, ſed malis fugatã operibus non poteſt inuenire. Ipſa eſt autem pax Philip.4.b quæ exuperat omnem ſenſum: & quam ad patrem uictor aſcendens ſaluator, apoſtolis dereliquit. g ¶ Cõturbatio ſuper conturbationem ueniet: & auditus ſuper auditum.] Quomodo ſanctis dicitur: Gaudete, iterum dico gaudete: & de ipſis ſcriptum eſt: Ibũt de uirtute in uirtutem: ut præſentia bona, futuris bonis cumulent: ſic & his ſuper quos uenit anguſtia: & qui quæſierunt pacẽ & non inuenerunt eã: ueniet cõturbatio ſuper cõturbationẽ, ſiue uæ ſuper uæ: iuxta quod & in Apocalypſi ſcriptum eſt: Væ unum abiit: & uæ alterum ueniet cito. Et Apo.11.c auditus ueniet ſuper auditum: nunciuſq; ſuper nunciũ: iuxta illud beati Iob: Cum adhuc unus loqueretur: ue- Iob 1.d nit alius nuncius, mala augens malis: & appropinquantis Babylonij fremitum turbamq; deſcribens. h ¶ Et quærent uiſionẽ de propheta &c.] Proprie ſingula quæruntur à ſingulis. Vaticinium futurorũ quæritur à propheta. Legis interpretatio, ſacerdotis officium eſt. Prudens cõſilium, ætas matura perquirit: iuxta illud quod ſcriptum eſt: In conſilio ſanctorum & cõgregatione, ma- Pſal.110.a gna opera domini. Hæc autem non ſolum eo tempore, quando Babylonius contra Hieruſalem ueniebat exercitus à prophetis, ſacerdotibus & ſenioribus, quærebãtur, ſed quotidie in eccleſijs requiruntur. Quæ ſi uiſionem, legem, conſiliumq; perdiderint, fruſtra prophetas & ſacerdotes & ſeniores habere ſe iactãt. i ¶ Rex lugebit, & princeps induetur mœ. &c.] Siue iuxta Lxx. interitu. Qui neſcio qd uolentes, hoc quod de Hebraico ſermone expreſſimus, rex lugebit, omnino tacuerunt. Luxiſſe autem Sedechiam, & omnes principes populi Iudæorum fuiſſe mœrore cõfectos, ſancta ſcriptura commemorat. Poſſumus autem, quanq; hoc prima frõte uideatur eſſe blaſphemum, regem lugentem noſtra uitia atq; peccata Chriſtum dicere qui loquitur in pſalmis: Pſal.29.e Quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corru- Mat.23.d ptionem? Et appropinquans Hieruſalem fleuit ſuper eã & dixit: Hieruſalem, Hieruſalem quæ occidis prophetas, & lapidas miſſos ad te, quoties uolui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat ſub alas pullos ſuos, & noluiſti? Principes quoq; uel in bonam partem apoſtoli

A erunt,qui lugent peccatores: uel in contrariam illi qui/
bus dicitur: Audite uerbũ domini principes Sodomo/
rum.Induetuŕq; iuxta Septuaginta,interitu,qui nõ ha/
bet armaturam dei,nec indutus est Christo. Quotquot
Gal.3.d enim in Christo baptizati sunt, Christum induerunt

induetur mœrore. Et manus populi terræ conturba/
buntur. Secundum uiam eorum faciã eis:& secundum
iudicia eorũ iudicabo eos. Et scient quia ego dominus.

a ¶ Et manus popu
li terræ &c.] Siue iux
ta Septuaginta, diſ/
soluentur. Quando
uisio nõ fuerit in pro
pheta, & legis scientia
in sacerdote,& consi/
lium in senibus:rex́q; luxerit,& princeps fuerit in mœ/
rore siue in interitu: consequenter & populi manus con
turbabuntur,suum perdentes ordinem: siue dissoluen/
tur, antiquam fortitudinem non habentes. Pulchréq;
non populus dei dicitur, cuius turbabuntur manus &
cuius non est municipatus in cœlo: sed populus terræ:
Hiere.17.b de quo scriptum est: Recedentes à te super terram scri/
bentur. b ¶ Secundum uiam eorum faciam eis: & se/
cundum iudicia &c.] Siue ut Septuaginta transtulerũt,
ulciscar eos. Peccatoribus reddit deus iuxta uias suas,
ut teneat iudicij ueritatem. Cæterum in sanctis excedit
modum clementiæ. Neq; enim cõdignæ sunt passiones C
temporis huius ad futuram gloriã quæ reuelabitur in Rom.8.d
nobis. Stipendia enim peccati mors: quam recipit pec/ Ibi.6.d
cator iuxta uias suas & opera sua. Cæterum iustorũ uir/
tus fruitur largitate:de qua Paulus loquitur: Donũ dei
uita æterna. Quod́q; addidit:& secũdum iudicia eorum iudica
bo eos: illud euange/
licũ sonat: In quo iu/ Matt.7.d
dicio iudicaueritis,iu
dicabitur de uobis.
Et apostolicum: In quo enim iudicio iudicas alterum, Rom.2.d
teipsum condemnas. Eadẽ enim operaris quæ iudicas.
c ¶ Et scient quia ego dominus &c.] Iste uersiculus fre
quenter in hoc propheta ponitur,quod supplicia atque
cruciatus sequatur scientia dei: ut quem non intellige/
bant per beneficia,per tormenta cognoscant.

Commentarij secundi in Eze/
chielem prophetam
finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM commentariorum Ezechielis ad Eustochium proœmium.

Nihil longum est quod finem habet: & omnis retro temporum series transacta non prodest:nisi forte bonorum operum sibi uiaticum præparauerit: quæ semper ad fu
B tura,imò ad æterna respiciunt,& nullis terminis coartãtur. Vera sentẽtia est:Omnia orta occidũt,& aucta senescunt.Et alibi:Nihil est enim opere & manu factũ,quod non conficiat & consumat uetustas. Quis crederet ut totius orbis extructa uictorijs Roma cor/
rueret,ut ipsa suis populis & mater fieret & sepulchrum:ut tota Orientis,Ægypti,Aphricæ litto
ra olim dominatricis urbis,seruorũ & ancillarũ numero cõplerentur, ut quotidie sancta Bethle/ D
hem,nobiles quondam utriusq; sexus atq; omnibus diuitijs affluentes,susciperet mendicantes? Quibus quoniam opem ferre nõ possumus,condolemus:& lachrymas lachrymis iungimus:oc/
cupatiq; sancti operis sarcina, dum sine gemitu cõfluentes uidere nõ patimur,explanationes in Ezechiel & penè omne studium omisimus: scripturarũq; cupimus uerba in opera uertere:& nõ dicere sancta,sed facere. Vnde rursus à te cõmoniti ὁ uirgo Christi Eustochiũ:intermissum labo rem repetimus:& tertiũ uolumen aggressi,tuo desiderio satisfacere desideramus:illud & te & cæ teros qui lecturi sunt deprecantes:ut non uires nostras, sed uotum cõsiderent:quorum alterum fragilitatis humanæ,alterum sanctæ est in domino uoluntatis.

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam liber tertius.

IN factũ est in anno sexto &c.] Quinto an/
no transmigratiõis Iechoniæ, quarto men/
se, quin/
ta men/
sis, superiorẽ uisionẽ
factã ad prophetã le/
gimus:Hæc autẽ quã
nunc exponere uolu
mus:sexto anno eius/
dẽ regis, sexto mẽse,
quinta mensis facta
memoratur. Ex quo
perspicuũ est,post an
num & duos mẽses hæc facta quæ scripta sunt:& uel in/
termissam per annũ & duos menses prophetiã: uel per
totos quatuordecim menses gesta quæ superior sermo
cõtexuit. Sexto aũt anno, & sexto mense,& quinta die
mensis:qui numeri ad fabricã mundi referuntur,& car
neos sensus qui terrena conspiciũt, & necdum cœlestia
cõtemplantur,factã prophetiam non mirabitur,qui ad
presbyteros Iuda sermonẽ dirigi intellexerit. E quibus
septuaginta tenebant turibula, & uigintiquinq; in tem/
plo adorabant solẽ:sedebat́q; propheta in domo sua fu/
giens frequentiã multitudinis:& senes Iuda sedebãt co/
ram eo,uel prophetæ uerba audire cupiẽtes, uel insidiã
tes sermonibus eius. Significanteŕq; dicuntur senes Iu/
da,ut nihil ad Israel:
hoc est,ad decem tri/
bus quæ prius captæ
fuerant, sed ad eos q
de tribu Iuda cum Ie
chonia ducti erant in
captiuitatem,dici in/
telligamus. d ¶ Et
cecidit super me ibi
manꝰ dñi &c.] Virũ,
Hebræus sermo non
continet. Visionẽ autem auræ,quæ in Lxx.nõ habetur,
de Theodotione addidimus. Et pro eo quod nos dixi/
mus,cecidit super me manus dñi: Symmachus transtu
lit,incidit mihi manus domini, quod in Hebraico dicit
יַד יְהוָה Manus autẽ ἐπιφανῶς, id est opera significat:ut ui/
sionis possit sacramenta cognoscere.Et hoc consideran/
dum,quod nõ ipsas uideat ueritates, sed similitudinem
ignis:qui à lũbis usq; deorsum ignis apparuit:& à lum/
bis

Cap. VIII.

IN factum est in anno sexto,in sexto men/
se,in quinta mẽsis, ego sedebam in domo
mea, & senes Iuda sedebant coram me.
HEB. Et cecidit super me ibi manꝰ dñi dei
SEP. Et facta est super me manus Adonai domini:
& uidi

HE.dei.Et uidi,& ecce ſimi litudo quaſi aſpect⁹ ignis ab aſpectu lumborũ eius, & deorſum ignis:& à lum bis eius & ſurſum,quaſi a ſpectus ſplendoris, ut ui ſio electri. Et ẽmiſſa ſimili tudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei. Et eleuãuit me ſpiritus inter terram & cœlum.

SEPTVAG. & uidi, & ecce ſimilitudo quaſi ſpecies uiri à lumbis eius, & deorſum ignis:& à lum bis eis & ſurſum quaſi ui ſio auræ, quaſi uiſio ele ctri.Et extendit ſimilitudi nem manus, & aſſumpſit me in fimbria uerticis mei.

HE.Et adduxit me in Hie ruſalẽ i uiſiõe dei: iuxta o ſtiũ interius quod reſpicie bat Aquilonẽ, ubi erat ſta tutũ idolũ zeli ad prouocã dã æmulationẽ.Et ecce ibi gloria dei Iſrael ſecũdũ ui ſionẽ quã uiderã in cãpo.

SEPT. Et addũxit me in Hieruſalẽ in uiſiõe dei ad ueſtibulum portæ quæ re ſpicit Aquilonem:ubi erat ſtatua poſſidentis. Et ecce erat ibi gloria domini dei Iſrael ſecundum uiſionem quam uidi in campo.

Et dixit ad me: Fili hominis, leua oculos tuos ad uiam Aquilonis.Et leuaui oculos meos ad uiã Aquilonis: & ecce ab Aquilone portæ altaris idolũ zeli in ipſo introi tu. Et dixit ad me: Fili hominis,putás ne uides tu quid iſti faciant:abominationes magnas quas domus Iſrael facit hic: ut procul recedam à ſanctuario meo? Et ad huc cõuerſus uidebis abominationes maiores.Et intrõ duxit me ad oſtiũ atrij:& uidi, & ecce foramẽ unum in pariete

A bis ſurſum quaſi aſpectus ſplẽdoris,ut uiſio electri. Pro ſplẽdore,qui in Hebraico dicitur חַשְׁמַל auram Theo dotio trãſtulit: ut in ſupernis dei refrigeria demonſtret. Deniq; & in regum uolumine beatus Helias aduẽtum domini non in tẽpeſtate cõtemplatur & turbine:non in ignis ardoribus, ſed in aſpectu auræ te nuis atq; leniſſimæ: ut dei omnipotentis manſuetudinẽ com probaret. Opera aũt coitus,quæ ſignificã tur in lũbis, uſq; de orſum igne purgan tur. Et opera uirtutũ quæ à lumbis ad ſu periora conſurgunt, ſplendorẽ habẽt atq; fulgorẽ:& tamen nec ignis uſque ad pedes dicitur: nec ſplendor electri uſq; ad caput, ſed deorſum & ſurſũ: utrãq; in peccatoribus & in ſanctis, pro di uerſitate meritorum, alius uſq; ad illud & illud membrũ: alius uſq; ad illa & illa per ueniat. Et quomodo qui ſanctitudinis per fectionẽ tenẽt,ad uer ticẽ uſq; perueniunt: B ſic qui in peccatorũ profundo ſunt,plan tas igneorum pedũ tenere credẽdi ſunt. a ¶ Et emiſſa ſimili tudo manus appre hendit &c.] Et hic ſi militudo manus, nõ ipſa manus extendi tur:neq; enim in deo aliquid corporale eſt, uideturq; manus, ut membrum humani corporis atq; cõſueti: nequaq; ter reat eum qui aſſumitur atq; cõprehenditur. Si enim in colubri uel in qualibet alia beſtiarum ſimilitudine teti giſſet prophetã, ipſa diſſimilitudo membrorũ terruiſſet aſſumptum.Pars q; cõprehenditur capillorum: quia to tius apprehenſionẽ capitis,humana natura nõ ſuſtinet. Pro cincinno,Lxx.tranſtulerũt κράσπεδον,id eſt fimbriã: quorum alterum in capillis, alterum in ueſtibus accipi ſolet. b ¶ Et eleuauit me ſpiritus inter &c.] Primum ſi militudine manus apprehenditur:poſtea eleuatur à ſpi ritu:qui ſpiritus non eum ſtatim ad cœlum leuat, ſed in ter terram & cœlum:ut terrena interim derelinquẽs,fe ſtinet ad cœlum. Poſſumus autem & hoc dicere, quod propter bona opera, propheta ſimilitudine manus dei apprehenſus ſit, & propter ſcientiam rerum ſpiritualiũ eleuetur à ſpiritu. c ¶ Et adduxit &c. ubi erat ſtatua poſſidentis.] Hoc autẽ quod in quibuſdã codicibus re peritur:Et in ſtatua imaginẽ zeli,de Theodotione addi tum eſt.Reliqua ſimiliter. Quando dicit:adduxit me in Hieruſalem in uiſione dei:oſtendit ſe nõ in corpore, ſed in ſpiritu eſſe translatum. Iuxta quã uiſionẽ poſſumus & cœlos & profunda maris & inferna cõſpicere: dũ ra tiones ſingulorum cogitatione cõplectimur. Primũ au tem uenit ad ueſtibulum,quod reſpicit ad Aquilonẽ:ut ibi uideat ſtatuam idoli zeli ad prouocandã æmulatio nem:ut de illo loco poſſit ad interiora penetrare: & cer nere reliqua, quæ poſtea deſcribuntur. Statuam autem idoli Baal in templo dei poſitam, narrat hiſtoria. Pul chreq; appellatur idolum zeli:quia ad æmulationem & zelum, dominum prouocat: iuxta illud quod in Deu teronomio dicitur:Ipſi me prouocauerunt ad zelum in eo qui nõ erat deus: & ego prouocabo eos ad zelum in gente quæ nõ eſt. C Deut.32.c

Porrò quia zelus & poſ ſeſſio, quod Hebrai ce dicitur קִנְאָה eo dem appellantur no mine:pro ſtatua zeli, Lxx. ſtatuã poſſiden tis, interpretati ſunt. Deniq; quãdo natus eſt Cain,Poſſedi, in quit parens, hominẽ per deum: poſſeſſiõe hominis ad Cain no men alludens. Ibiq; erat gloria dei Iſrael: non quod delectare tur tali uicinia,ſed ut ſui præſentia idolum zeli templumq; dele ret. Vnde & ſubuer ſio urbis tẽpliq; poſt breue tempus ſequi tur. Et in Eſaia ſcri ptum eſt, quod lect⁹ anguſtus nequaquã duos capiat & palliũ breue utrũq; operire nõ poſſit:ſignificante ſcriptura illud apo ſtoli: Qui conſenſus Chriſto & Belial:Tẽ plo dei & idolo. Gen.4.d D 2.Cor.7.c

d ¶ Et dixit ad me &c.& ecce ab Aquilo ne portæ altaris ido lum zeli &c.] Pro eo quod nos poſuimus: Ab Aquilone portæ altaris idolũ zeli in ipſo introitu, Septua ginta tranſtulerunt: Ab Aquilone ad portam Orienta lem:quod in Hebraico non habetur:cætera quæ ibi ſcri pta ſunt relinquẽtes. Dixit,inquit,ad me:uel gloria dei, quam in campo uideram: uel ſpiritus qui me inter cœ lum leuauit ac terram. Loquutus q; eſt mihi, poſtquàm me tranſtulit in Hieruſalem, & fecit uel urbem uel tem plum uidere: & imperauit ut leuarem oculos ad uiam Aquilonis.Ibi enim ſtatua Baal poſita erat,quam uocat idolum zeli,in ipſo portæ introitu. Qui autem idolum zeli ſiue poſſidentis, ad gloriam dei uel ad ſpiritum re ferunt, impie faciunt:perſonam idoli,dei maieſtate mu tantes. e ¶ Et dixit ad me: Fili hominis putás ne ui des tu quid iſti faciant &c.] Ne me,inquit,putes iniuſte templum deſerere, & ſubuertendam relinquere ciuita tem:aſpice quæ in templo faciant. Cumq; illa conſpexe ris,non putes finem eſſe ſcelerum, adhuc maiora con ſpicies. Quod quidem poteſt & de noſtra Hieruſalẽ,no ſtroq; templo intelligi:quando in exemplum Ophni & Phinees idolorum ſcelera operamur in tabernaculo dei & fornicamur cum his quæ ſe militiæ & miniſterio dei uouerint: & ſacrificiorum eius primitiua decerpimus: dantes in uſum clientum atq; famulorum, & omnia lu cri cauſa facimus. Sin autem hæc tam magna ſunt quæ uidemus,quanto maiora exiſtimanda ſunt,quæ huma nam effugiunt conſcientiam? f ¶ Et introduxit &c.] Hoc quod trãſtuli.Et uidi,& ecce foramen unum in pa riete:in Lxx. non habetur. Et quia omnia quaſi in ima gine 1.Reg.2.e

A gine picturaq; monstrantur: unum in pariete foramen, uidisse se dicit: iubericq; sibi ut illud perfodiat, & ampliꝰ faciat: quo uidelicet aperto foramine, latius possit intra re & uidere, quæ foris positus uidere nō poterat. Per qđ ostenditur, tam in ecclesijs quàm in singulis nobis per parua uitia maiora mōstrari: & quasi per quædā foramina, ad abominatiōes maximas pueniri. Ex fructibꝰ enim arbor cognoscitur: & ex abun
Matt.12.c dantia cordis, os loquit̃. Pro signo sunt interioris hominis uerba crūpētia. Quo modo libidinosum, qui sua callide cælat uitia interdū turpis sermo demōstrat: & auariciā latentem intrinsecꝰ, paruulæ rei cupido significat. Minoribus enim maiora mōstrant̃: uultuq; & oculis dissimulari nō potest cōscientia, dū luxuriosa & lasciua mens lucet in facie: & secreta cordis, motu corporis & gestibus indicantur.

pariete. Et dixit ad me: Fili hominis, fode parietē: & cū perfodissem parietē, apparuit ostiū unum. Et dixit ad me: Ingredere & uide abominatiōes pessimas quas isti faciunt hic. Et ingr̃essus uidi: & ecce omnis similitudo reptilium & animalium abominatio: & uniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totū. Et septuaginta uiri de senioribus domus Israel: & Iezonias filius Saphan stabat in medio eorum stantiū ante picturas: & unusquisq; habebat thuribulum in manu sua: & uapor nebulæ de thure consurgebat. Et dixit ad me: Certe uides fili hominis, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, unusquisq; in abscondito cubiculi sui. Dicunt enim: Non uidet dominus nos, dereliquit dominus terram. Et dixit ad me: Adhuc conuersus uidebis abominatiōes maiores quas illi faciūt. Et introduxit me per ostiū portę domus domini, quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce mulieres sedentes plangentes

a ¶ Et ingressus uidi &c.] Non solū idolum zeli stabat in introitu portæ Aquilonis, sed & omnes templi pariB tes diuersis idolorum imaginibus pingebantur: ut nulla esset bestia quā non parietis pictura monstraret. Hoc in delubris idolorum phanisq; gentiliū hucusq; perspicimus, q̃ omnia genera bestiarum adoret stulta religio. Vnde & Vergilius ait: Omnigenûmq; deûm monstra & latrator Anubis. Quasi nō & illa sint mōstra quæ laudat cōtra Neptunum & Venerē, cōtraq; Mineruā. Possumus & in nostri tēpli parietibus, idola mōstrare depicta quando omnibus uitijs subiacemus: & pingimus in corde nostro peccatorū cōscientiam, imaginesq; diuersas. De quibus & in psalmo dicitur: Domine in ciuitate
Psal.72.c tua imaginem ipsorum dissipabis. Et in alio loco: Verūtamē in imagine perambulat homo. Quod scilicet nul
Psal.38.b lus hominum sit qui aliquam imaginē non habeat, siue sanctitatis, siue peccati. Quāobrē furiosis dicitur & iracundis: Furor illis secundū similitudinem serpentis: si
Psal.57.a cut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ nō exaudiet uocē incantantium. Et de hominibus nequā: Gene
Mat.3.b ratio uiperarū, quis ostendit uobis fugere à uentura ira?
Luc.13.g Et de uersipellibus ac fraudulētis: Ite, dicite uulpi huic.
Hier.5.b Ac de amatoribus fœminarum: Equi insanientes in fœminas facti sunt mihi: unusquisq; ad uxorem proximi sui hinniebat. De brutis quoq; ac uecordibꝰ: Nolite fie
Psal.31.b ri sicut equus & mulus, quibus nō est intelligētia. Et iterum: In camo & freno maxillas eorū cōstringe, qui non appropinquant ad te. Et multa huiusmodi. Hoc autē quod posuimus: Et ecce omnis similitudo reptilium & animantiū, in Lxx. nō habetur. b ¶ Et septuaginta uiri &c.] Quando dicit septuaginta uiros fuisse de senioribus domus Israel, qui tenebant thuribula manibus, ostendit multos alios fuisse presbyteros qui hoc nō faciebant, sed forsitan peccatis alijs tenebantur: unumq; nomine Iezoniā filiū Saphan stetisse in medio eorū, quasi principē sceleris eorū, atq; sacrilegij: qui omissa religione dei, colebant idola: & in templo non adorabant deū, cuius erat templum, sed picturas parietū. Pulchreq; dicit̃: Stabat Iezonias filius Saphan, hoc est iudicij & condemnatiōis suæ in medio stantiū presbyterorum: quia

& princeps, & hi quorū princeps erat, firmo in sceleri, C
hus stabant gradu: nec fluctuabāt in malo, sed robustissime persistebāt: uaporq; nebulæ & cōfusionis ac turbinis qui surgebat ex thure, offerētiū sacrilegia demōstrabat. Hoc factū sit eo tēpore iuxta literā. Cæterū & nobis orandū est, ne seniores domus Israel septenariū numerū, qui est sanctꝰ, septē decades multiplicantes, stēt in erroribus suis, & adorēt picturas idolorum: uaporq; sacrilegij ascendat siue cōsurgat resistēs deo. Quando uiderimus plebem pessimā congregatā: de qua scriptū est: Odiui ecclesiā malignantium: & Psal.25.b peiores plebe præpositos, nequioremq; principē qui præfectus est plebi atque presbyteris: dicamꝰ Iezoniā stantem ante picturas, & singulos habere thuribula in manibus suis: nō dei maiestatē, sed ꝓprias sententias adorātes: & nequaq; odorem bonæ fragrantiæ ad deum, sed fœtorem ad idola peruenire. c ¶ Et dixit ad me &c.] Ex eo, inquit, quod in tēplo faciunt pariter cōgregati, ostēditur quid unusquisD que in cubiculo suo facit. sed secundum Anagogen me Anagoge lius intelligi potest, quod nonnulli principes ecclesiarū faciant in tenebris, quæ dictu quoq; turpia sunt. Iste est absconditus cordis homo: de quo dicitur: Ingredere in cubiculum tuum. Et rursum: Qui uidet in absconditoMat.6.a reddet tibi. Recolat unusquisq; conscientiā suam: & opera tenebrarum recordetur in tenebris, sciatq; scriptum: Omnis qui mala operatur, odit lucē: & non uenit ad lu
Ioan.3.c cem, ne arguatur à luce. Et in se illud intelliget esse completum: Qui inebriatur, nocte inebriatur. Quod iuxta Pro.11.d literā stare nō potest. Quanti enim in prādijs cōuiuijsq; dierū inebriantur? Sed quia ebrietas cordis offendens deum tenebrarū est, & nō lucis: propterea quicūq; inebriatur, nocte inebriatur. Cū aūt seniores domus Israel fecerint mala in tenebris & in abscondito cubiculorum suorū: & putauerint se deū posse cælare, tunc consequēter dicent: Nō uidet nos dominus, dereliquit dominus terram. Multiq; sunt peccatores & ambulātes iuxta cogitationes suas, qui deū non existimāt curare mortalia: nec ad illum nostra uitia pertinere. Certe quādo peccamus, si cogitaremꝰ deū uidere & esse præsentem: nunq; quod ei displicet, faceremus. Porrò quod sequitur: Dereliquit dominus terrā quorundā etiā philosophorum sententia est: qui ex syderum cursu atq; cōstantia, suspicantur esse in cœlestibus prouidentiā: & terrena cōtemni, dum nihil recti nec iuxta ordinem in terris geritur. d ¶ Et dixit ad me: Adhuc cōuersus &c. plangentes Adonidē.] Quem nos Adonidem interpretati sumus, & Hebræus & Syrus sermo תמוז uocat: unde quia iuxta gentilem fabulā, in mense Iunio amasius Veneris & pulcherrimus iuuenis occisus, & deinceps reuixisse narratur: eundē Iunium mensem, eodem appellāt nomine: & anniuersariā ei celebrant solennitatē, in qua plāgitur à mulieribus quasi mortuus: & postea reuiuiscens canitur atq; laudatur. Cōsequenterq; postq; principes & seniores domꝰ Israel quid fecerint in templo ac tenebris cubiculisq; mōstratum est: etiam mulierum uitia describuntur

tes Adonidē. Et dixit ād me: Certe uidisti fili hominis, adhuc cōuersus uidebis abominationes maiores his. Et introduxit me in atrium domus domini interius: & ecce in ostio tēpli domini inter uestibulum & altare quasi uigintiquinq; uiri, dorsa habētes contra templū domini: & facies ad orientē: & adorabant ad ortum solis. Et dixit ād me: Certe uidisti fili hominis: Nunquid leue est hoc domui Iuda, ut facerent abominationes istas quas fecerunt hic: quia replentes terrā iniquitate, cōuersi sunt ad iritandum me? Et ecce applicant ramū ad nares suas. Ergō & ego faciā in furore: non parcet oculus meus, nec miserebor. Et cum clamauerint ad aures meas uoce magna, non exaudiam eos.

Cap. IX.

ET clāmauit in auribus meis uoce magna, dicens, Appropinquauerunt uisitationes urbis. Et unus

A buntur, quæ plangunt amatorum societate priuatæ: & exultant, si eos potuerint obtinere. Et quia eadē gentilitas huiusce modi fabulas poetarum, quæ habent turpitudinē interpretatur subtiliter, interfectionē & resurrectionē Adonidis, planctu & gaudio prosequens: quorū alterum in seminib⁹ quæ moriūtur in terra: alterum in segetibus, quibus mortua semina renascuntur, ostendi putat. Nos q̄que eos qui ad seculi mala & bona, uel cōtristātur, uel exultāt, mulieres appellem⁹, molli & effœminato animo, dicámusque plangere eos Thammuz: ea uidelicet quæ in rebus mundi putātur esse pulcherrima. 4 ¶ Et dixit &c. inter uestibulum &c.] Quod nos uestibulū iuxta Symmachum interpretati sum⁹, qui προαύλιον posuit: p eo quod Lxx. & Theodotio, ipsum uerbū Hebraicū transtulerūt אוּלָם Aquilæ prima æditio, προστάσια: secunda, αἴλαμ tēpli interpretata est: quā nos porticū templi exprimere possumus: siue intectum atrium quod inter templū & altare erat. Et quia supra legimus, post idolum zeli, quod ad portā Aquilonis apB paruit. Adhuc cōuersus uidebis abominationes maiores: ostensis q̄ per parietē picturis omniū bestiarū, quas adorabant septuaginta presbyteri, & Iezonias filius Saphan, tenentes thuribula in manibus: secundo dicitur: Adhuc cōuersus uidebis abominationes maiores quas isti faciunt, eo quod sederent mulieres plangentes Adonidē. Post tertiū quoq; peccatū dicitur. Adhuc conuersus uidebis abominatiōes maiores his. Quæ est autem maior abominatio superiorū trium scelerum? Videlicet quarta quæ sequitur: Ecce in ostio templi domini inter uestibulum & altare quasi uigintiquinq; uiri dorsa habentes contra templū domini: & facies ad orientē: & adorabāt ortum solis: eo q̄ cōtempto domino, id est creatore, adorarent solē: id est domini creaturā, præcipiente ipso domino per Moysen: quod nequaq̄ in morē gentiDeut.12. lium cōtra orientē deum adorare deberent: sed in quacūq; fuissent orbis parte, siue ad orientē, siue ad occidētem, siue ad meridiem, siue ad septentrionem, adorarēt contra templum: ubi in sancta sanctorum habitare dominus credebatur. Quod quidē & Danielem in BabyDan.6.c lone fecisse legimus: qui apertis fenestris cœnaculi sui, adorabat dominum cōtra templū quod erat in Hierusalem. Hoc iuxta literā fuisse sacrilegij, nemo dubitat. SeAnagoge cundū Anagogen, omnes hæreticos peiores esse priobus: id est, idolo zeli pictisq; in pariete figuris animantium, & planctu Adonidis, per quæ idololatria uoluptasq; monstratur, ille scire poterit: qui intellexerit prophetā dicentē: Tu autē odisti disciplinā, & proiecisti ser-Psal.49.c mones meos post te. Et in alio loco: Verterunt cōtra me Hier.2.f scapulam recedentē. An ignoramus Marcionē & cæteros hæreticos, qui uetus laniant testamentū, cōtempto creatore, id est iusto deo: alium quendā bonū deum colere & adorare, quē de suo corde finxerūt? Omnesq; nostri temporis hæretici qui dei filium prædicant creaturam: & tamen adorant eum, relicto diuinitatis templo & post tergum habito, ipsi confessione sua creaturā adorare se dicunt. Nos autem sic adoramus solem iusticiæ: ut deum adoremus in templo ueteris testamēti, ubi lex & prophetæ, ubi cherubim & propiciatorium est. Quos C nos uigintiquinq; uiros transtulimus, Septuaginta posuerunt, uiginti: & in quibusdam exemplaribus, quinque de Theodotione additi sunt. b ¶ Et dixit ad me &c. Et ecce applicant ramum ad nares suas.] Pro eo qđ nos diximus: Et ecce applicant ramum ad nares suas: Septuaginta transtulerunt: Et ecce ipsi sicuti subsannātes: quibus de Theodotione additū est: Extendūt ramū: ut sit totum pariter: Et ecce ipsi extendūt ramum quasi subsannātes. Pro quo interpretatus est Symmachus: quasi emittentes sonitum in similitudinem cātici per nares suas. Significat autem uigintiquinq; uiros, qui in quadrū solida statione fundati sunt: & à quinque sensib⁹ per q̄nquies quinq;, quadrangulī figuram efficiūt, non solum templum habere post tergum, sed instar idolorum applicare ramum ad nares suas: haud dubium quin palmarum, quas Græco sermone τὰ βαΐα uocant, ut per hoc eos idola adorare significet. Deniq; & Iob inter Iob 31.c cæteras uirtutes etiam hoc habuisse se dicit: quod nūq; D aspiciens cœlum, & solem, & lunam, & astra fulgentia, osculatus sit manum suam, id est adorauerit creaturas. Symmachi autem interpretatio, fœdum raucumq; sonitum de naribus procedentem, in dei contemptum significat. Omnesq; hæretici qui repleuerunt terram iniquitate, & conuersi sunt ad falsi nominis scientiā, ut dominum ad iracundiam prouocarent, æstimandi sunt quando laudare uoluerint deū, magis turpi sonitu blasphemare, uel testamenti ueteris deum parui ducere, irridere, contemnere. c ¶ Ergo & ego faciam in furore: nō parcet &c.] Quodq; sequitur: Et cū clamauerint ad aures meas uoce magna, nō exaudiā eos. In Lxx. nō habetur. Pro his, ait, omnibus quæ fecerunt, & ego faciā in furore, & nō parcet oculus meus, nec miserebor. Quod audiētes ueteres hæretici, creatorem calūniantur quasi crudelem & sanguinariū: nec cogitāt apostolum Paulū, qui certe boni dei (ut ipsi uolunt) apostolus est, scribere ad Corinthios: Si uenero rursum, nō parcam: ut uirga corripiat delinquentes, & errantes retrahat ad salutem. 2.Cor.13.d Qui enim non intelligunt quid sibi prosit, & orant frequēter cōtraria, expedit eis ut nō exaudiantur à domino. Vnde & in oratiōe dñica dicimus: Fiat uolūtas tua. Nō uolūtas nostra quæ errare cōsueuit: sed uolūtas tua, Mat.6.b quæ futura cognoscit. Magnæq; interdū felicitatis est, ad præsens misericordiam nō mereri. Et istis igitur qui sunt de domo Iuda, & à cōfessione ecclesiæ recesserunt, non parcet dominus. Cumq; clamauerint uoce magna, de qua dominus dixit: Clamor eorum peruenit ad me, tamen dominus nō exaudiet eos: ut malis coacti intelligant quid fecerint.

Cap. IX.

ET clamauit &c. uisitatiōes urbis.] Pro uisitatiōibus, Eultionē Lxx. transtulerūt. Mihi eñ uindictā, & ego re Deut.32.c tribuā dicit dñs. Omnisq; ultio uisitatio est quasi ægrotātis, quasi habentis uulnera, quasi medicas expectātis man⁹: iuxta illud qđ alibi scriptū est: Visitabo in uirga iniqtates eorū & in flagellis peccata eorū: misericordiā aūt meā nō auferā ab eis. Rectēq; (ut supra diximus) uisitatio uel ultio appropinquare dicit̄ captiuitate uicina.

Et ũnusquisq; uas interfectionis habet in manu sua. Et ẽcce sex uiri ueniebant de uia portæ superioris quæ respicit ad Aquilonẽ: & uniuscuiusq; uas interitus in manu eius. Vir quoq; unus in medio eorum uestit⁹ lineis: & atramentariũ scriptoris ad renes eius: ingressiq; sunt & steterunt iuxta altare æneum. Et gloria dei Israel assumpta est de cherub, quæ erat super eum ad limen domus. Et uocauit uirum, qui indutus erat lineis: & atramẽtarium scriptoris habebat in lumbis suis. Et dixit dominus ad eum: Transi per mediam ciuitatem in medio Hierusalem: & signa Thau תיו super frõtes uirorũ gementiũ & dolentiũ super cunctis abominatiõibus, quæ fiunt in medio eius. Et illis dixit audiente me: Transite per ciuitatẽ sequentes eum, & percutite: non parcat oculus uester, neq; misereamini. Senẽ, adolescentulũ, & uirginẽ, paruulum, & mulieres interficite usq; ad internicionẽ. Omnẽ aũt super quẽ uideritis Thau תיו ne occidatis labam oth אית. Qui autem uolunt sub figura pontificis intelligi saluatorem, de Apocalypsi Ioannis utuntur exemplo: in qua scriptum est: Et conuerti me, & uidi uocẽ quæ loquebatur mecum. Et conuersus aspexi septem cãdelabra aurea: & in medio candelabrorum similem filio hominis, & cætera. c ¶ Et dixit dominus ad eum Transi &c.] Præcipitur ei qui indutus erat uestе talari siue linea, & sacerdotalem habitum præferebat: ut ponat signum super frõtes uirorũ gementium & dolentiũ, super cunctis abominatiõibus quæ fiunt in medio Hierusalẽ. Pro signo, quod Lxx. Aquila, & Symmachus trãstulerunt, Theodotio ipsum uerbum Hebraicum posuit. תיו quæ extrema est apud Hebræos uiginti & duarum literarum, ut perfectam in uiris gementibus & dolentibus, scientiam demonstraret. Siue ut hebræi autumant, quia lex apud eos appellat תורה quæ hac in principio nominis sui litera scribit: illi hoc accepere signaculũ, qui legis præcepta cõpleuerant. Et ut ad nostra ueniamus, antiquis Hebræorũ literis quibus usq; hodie utũtur Samaritani extrema thau litera, crucis habet similitudinẽ: quæ in Christianorũ frõtibus pingit, & frequẽti manus inscriptiõe signat. Sunt qui putẽt, ex eo q̃d secundum Hebraicũ alphabetũ, ista extrema sit litera, demonstrari in multitudine peccantiũ, reliquias superesse sanctorũ. Gemẽtes igitur dolentesq; saluãtur: qui nõ solum malis nõ consenserũt operibus, sed & aliena plãxere peccata, secundũ quod & Samuel plãxit super Saul, & apostol⁹ Paulus super his qui post peccatũ nõ egerũt pœnitẽtiam. Vnde & ipse dicebat: Qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus. Et alibi: Tristicia mihi est magna, & incessabilis dolor cordis mei. Præcipiturq; sex uiris, ut præter eos qui possunt dicere: Signatum est super nos lumen uultus tui domine, cunctos interficiant: non seni parcant, non iuueni, non uirgini, non paruulo, non mulieri. Secundum mysticos intellectus: senes sunt in ecclesia, de quibus dicitur: Cani hominis prudentia eius. Iuuenes, qui sunt ad fidei bella promptissimi. Virgines, qui pudicitiam tota mente conseruant. Paruuli, qui lacte potantur infantiæ, & necdum percipiunt solidum cibum. Mulieres, quæ fragilitate sexus animæ

A a ¶ Et unusquisq; uas interfectiõis &c.] Non dixit habebat: ut Lxx. transtulerunt. Neq; enim narrat præterita, sed præsentia, futuraq; demõstrat. Qui igitur malos percutit in eo quod mali sunt: & habet uasa interfectiõis ut occidat pessimos, minister est dñi. b ¶ Et ecce &c. uestitus lineis &c.] Pro lineis, quod nos iuxta Symmachũ interpretati sumus: Lxx. ποδήρη: Theodotio ipsum uerbum Hebraicũ בַּדִּים Aqla, præcipua, interpretati sũt. Rursum ubi nos diximus: Et atramẽtariũ scriptoris ad renes eius: Lxx. posuerũt: Et zona sapphirina sup renes ei⁹: Theodotio κάτυ scribæ in manu eius: Aquila μιλαγοδόχιον, id est atramentariũ scribæ ad lũbos eius: Symmachus: tabulas scriptoris habebat in renib⁹ suis. Et ubi nos trãstulimus, limẽ domus: Lxx. & Theodotio εἰς τ' ἀιθρίον id est sub diuo posuere uestibulũ. Pro uase quoq; interit⁹: quod singuli uiri habebant in manibus: soli Lxx. securim interpretati sunt. Ad hominũ igitur peccata delenda, qui in sexta die fabricationis mundi facti sunt ueniũt sex uiri & descendunt de porta superiori: siue ut Lxx. transtulerunt, excelsa ad Aquilonẽ. Et habebat unusquisq; secu
Luc.3.b rim in manib⁹: de qua Iohannes loquitur: Iam enim securis ad radices arborum posita est. Omnis arbor quæ fructũ non facit, excidetur & in ignẽ mittetur. Eratq; in medio sex uirorũ unus, id est Septimus, in habitu põtificis uestitus lineis indumẽtis: & habebat atramentariũ scriptoris ad renes suos: quo omnium peccata describeret: & sanctorũ à peccatoribus numerũ segregaret: siue zonam sapphirinã coloris lapidis sapphiri, qui in ornamentis est principis sacerdotũ. Egressiq; sunt sex uiri, & steterũt iuxta altare æneum. Duo enim erãt altaria: unũ thymiamatis, aureum intrinsecus: & alterum ante templum æneum holocaustorũ. Iuxta altare autem stare dicuntur parati ad iubentis imperiũ: ut cuiuscunq; uiderint ibi non esse peccata dimissa, sententiæ domini & interfectioni eum subiacere cognoscant. Gloria quoq; dei Israel ascẽdit, siue assumpta est de uno cherub: & iuit ad limen, siue ad subdiuũ atrij domus atq; uestibuli: quod nequaq; tecto premitur, sed aeris fruitur libertate. Quæ ipsa gloria dñi uirum qui erat in habitu põtificis, habebatq; atramentariũ in lumbis suis, uocauit: & dixit quæ scriptura testatur. Quidã sex uiros, sex interpretant angelos: qui dei pareant uoluntati. Ipsumq; unũ qui habebat indumenta põtificis, saluatorẽ intelligunt: iuxta id, quod sacerdos est & magni cõsilij angel⁹: illudq; quod
Psal.109 dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundũ ordinẽ Melchisedech. ποδήρη autẽ quod Lxx. transtulerunt: una ex octo uestiũ est põtificis: quæ Latine dicitur talaris: & ex eo quod ad pedes usq; descẽdat, hoc fortita uocabulum est. De uestе põtificis ante annos plurimos scio ædidisse me librum, ad cuius explanationẽ mitto lectorem. Neque enim possum omnia in omnib⁹ locis dicere. Quod que Aquilæ prima æditio & Theodotio dixerant κάτυ: pro quo in Hebræo legitur עֵסָה cum ab Hebræo quærerem quid significaret: respondit mihi Græco sermone appellari καλαμάριον, ab eo quod in illo calami recondantur. Nos atramentarium, ex eo quod atramentum habeat dicimus. Multi significantius thecas uocant, ab eo quod thecæ sint scribentiũ calamorũ. De quatuor cherubim, unus cherub mittitur à gloria dominicæ maiestatis, locuturus ad eum qui pontificis indumentis indutus erat. Et quamq; pleriq; τὰ χειρόβιμα neutrali genere, numeróque plurali dici putẽt: nos scire debemus singulari numero esse cherub generis masculini, & plurali eiusdem generis cherubim: nõ quo sexus in ministris dei sit, sed quo unumquodq; iuxta linguæ suæ proprietatẽ diuersis appelletur generibus. Angeli uocantur numero plurali Malachim, & cherubim, & seraphim eiusdem generis & numeri. Porrò sabaoth, quod interpretat militiarũ, siue exercituum atque uirtutum, dicũtur genere fœminino, numero plurali: & desinũt in extremam syl-

B

C

D

Apoc.4

1.Reg.16.1
2.Cor.5.1
Rom.9.2
Psal.4.8

A animæ imbecillitatem teſtantur. Quibus uniuerſis nõ parcitur, ſi abſq; Chriſti ſignaculo aliquid eſſe ſe credunt. Quodq; ſequitur: Et à ſanctuario meo incipite: ſi/ue ut Lxx. tranſtulerunt καὶ ἀπὸ τῶ ἁγίων μου ἄρξασθε, id eſt & à ſanctis meis incipite: Vel ſacerdotes ſignificat, qui uerſabãtur in templo & adorabant idola: uel eos qui pro ſacerdotij merito ſancti uocabantur in populo, & qui fuerãt in populis cauſa peccati, primi meruere ſupplicia. Tẽpus enim eſt, ut iudicium incipiat à domo dei. a ¶ Cœperunt ergo &c.] Pro atrijs quæ Hebraice dicũtur חֲצֵרוֹת Lxx. poſuere uias. Occidũtur aũt uiri ſeniores, de quibus ſupra legimus, q̃ haberẽt thuribula & adolerent idolis incenſum. Nec eſt ulla tẽpli religio: qa offenſo religiõis deo, cõtaminata ſunt omnia, ut unde peccatũ, indeiudiciũ ſit. Atria que cadaueribus cõplẽtur in tẽplo, & nõ uiæ, quæ utiq; foris erant. Niſi forſitã uias intelligere poſſimus
B plateas ciuitatis: nec audere poterãt angeli contaminare tẽplũ ſanguine mortuorũ: in quo prius habitabat gloria dei: niſi hoc recedẽtis gloriæ dñs præcepiſſet. Omnis qui peccato mortuo eſt, cõtaminat atria templi, & uias urbis dñi, in quibus uiuit: qui cũ Chriſto reſurgens, mortuus eſſe deſiſtit. b ¶ Et egreſſi &c.] Siue ut alij trãſtulerunt: percutiebãt ciuitatem: pro his qui erant in urbe, ipſam urbẽ appellantes. c ¶ Et cæde cõ. &c.] Cunctis q ſignaculũ non habebãt cæde proſtratis, corruit propheta in faciem ſuã, pro interfectorũ multitudine, nullũ præter ſe arbitrãs remanſiſſe. Quod quia uidebaẽ eſſe contrariũ ei ſententiæ quã iuſſerat dñs ſignatarũ frõtium uiros non eſſe cædẽdos, propterea in uulgata æditionẽ ſubtractũ eſt. Nos autem ſequentes Hebraicã ueritatem, poſuimus, remanſi ego. Notandũq; q̃ nõ dixerit, ſolus: quod ſi dixiſſet, uidebatur eſſe cõtrarium: ſed remanſi ego, ut ſubaudiatur cum
3 Reg. 19. b cæteris qui frontes habuere ſignatas. Vt autem ſciamus ſignanter hoc dictum, remanſi ego: in Regũ uolumine, quando Helias loquitur ad deum: Altaria tua demoliti ſunt, & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animã meam auferre, ſolũ, poſuit: quia remanſiſſe alios neſciebat. Quidam putant ex perſona dñi, in cuius typũ præceſſit Ezechiel, poſſe hoc intelligi de populo Iudæorum: quan/
Pſal. 13. a do omnes declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt. Et pro
Ibid. 11. a pheta teſtatur: Saluum me fac dñe: quoniã defecit ſan/
1 Pet. 2. d ctus. Solus enim inuentus eſt dominus: qui peccatũ nõ fecit: neq; inuentus eſt dolus in ore eius. Quod autẽ intulit: Effundẽs furorem tuũ ſuper Hieruſalem: uerbum
Pſal. 106. d effuſionis, pœnarũ oſtendit magnitudinẽ, ut alibi legi/
Ibidem 72. a mus: Effuſa eſt deſpectio ſuper principes. Et iterũ, Penè
Rom. 5. a effuſi ſunt greſſus mei. Et in bonam partẽ: Charitas dei
Pſal. 44. a effuſa eſt in cordibus noſtris. Et effuſa eſt gratia in labijs
Ibid. 78. b tuis. Et in cõtrarium: Effunde furorem tuũ ſuper gentes quæ te nõ intellexerunt, & ſuper regna quæ nomen tuũ non inuocauerunt. Et: Effunde frameã & cõclude ex ad C
uerſo eorũ qui perſequuntur me. d ¶ Et dixit ad me: Iniquitas &c.] Videns dñs prophetã ſuum fiere pro populo, & admirari indignationis magnitudinem: reddit cauſas: non ut ille putabat iniuſti uel excedentis modũ ſupplicij, ſed meritæ iuſtæq; ſentẽtiæ. Iniquitas, inqt, decẽ tribuũ Iſrael, & duarum tribuũ Iuda magna eſt, & nõ ſolũ magna, ſed magna nimis. Nec hoc dixiſſe ſufficit, ſed repetit ualde: ut pro magnitudine iniquitatis, magnitudo ſupplicij ſit. ex q̃ diſcimꝰ, nõ ut pleriq; æſtimãt & maxime Stoici, paria eſſe peccata, ſed uel magna uel parua, & pro qualitate menſuraq; peccantiũ, diuerſitatẽ eſſe iudicij puniẽtis. Repleta eſt, inqt, terra ſanguinibꝰ: ſiue ut Lxx. tranſtulerũt, populis & ciuitas eſt repleta auerſione: aut ut uulgata habet æditio, iniquitate & immundicia: nõ modicus ſanguis effuſus eſt, ſed de porta uſq; ad portam, & oĩs ciuitas de/ D
clinauit à cultu dei, & pro eo plena eſt immũdicia, idololatriæ uidelicet ſordibus. Cauſa aũt tantorũ ſcelerum illa eſt, q̃ putauerunt prouidentiã non eſſe ſuper terrã, nec deũ curare mortalia, iuxta illud quod alibi legimus. Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos Sollicitat. Quia igit illi uel putauerũt nõ eſſe prouidẽtiam uel quæ ante fuerat in populis, hoc tẽpore ſuum populũ reliquiſſe, propterea & dei nõ parcet oculus, nec miſerebitur: ut cõtra uitia ſæuiens, placabilis ſit uirtutibus: uiasq; eorũ atq; peccata reddat ſuper capita eorũ: uel ſuper principale cordis: uel ſuper principes populi, iuxta Numerorũ librum, in quo capita populorũ principes eſſe dicuntur. e ¶ Et ecce uir &c.] Ipſe eſt uir, cui iuſſum eſt trãſire per mediã Hieruſalẽ & ponere ſignũ in frõtibus uirorũ gementiũ & dolentiũ ſuper cunctis iniquitatibꝰ eorũ. Dicit ergo ſe dñi præcepta conpleſſe, & ſignaculo Thau ת literæ frontes ſignaſſe lugentium. Sex autẽ uiri quibus præceperat dominus, dicens: Trãſite per ciuitatẽ ſequẽtes eum: & percutite, nulliusq; miſereamini uſq; ad interniciõnẽ, nihil tale renunciant. Neq; enim læticiæ, ſed mœroris impleuere ſententiã: quæ non ſermone, ſed opere ꝓbatur. Et in hoc loco pro ποδήρη, id eſt ueſte talari quã interpretati ſunt Lxx. Theodotio ipſum uerbũ Hebraicũ poſuit בַּדִּים Symmachus, lineã: Aquila, præcipuam ſiue ſtolã. Pro zona quoq; Symmachus tabulas, Aquila, atramentarium: Theodotio, κάτω poſuerunt.

E T uidi & ecce &c.] De firmamento Cap. X.
quod erat ſuper cherubim, & de lapide ſapphiro qui habebat ſimilitudinẽ throni: & de rotis quæ animalia ſequebantur, ſupra dixiſſe ſufficiat, & illorũ lector explanatione contentus ſit. Nunc autẽ quod iubetur ille qui indutus erat lineis, pro quo Lxx. in hoc loco ſtolam interpretati ſunt: ut tollat prunas ignis de medio cherubim, & effundat ſiue ſpargat ſuper ciuitatem: illud mihi uidetur

tis & à ſanctuario meo incipite. Cœpẽrunt ergo à uiris ſenioribus qui erant ante faciem domus. Et dixit ad eos: Contaminate domum: & implete atria interfectis: Et egrẽſſi ſunt & percutiebant eos qui erant in ciuitate. Et cædẽ completa, remanſi ego: ruiq; ſuper faciem meam, & clamans aio: Heu domine deus, ergo ne diſperdes omnes reliquias Iſrael: effundens furorem tuũ ſuper Hieruſalem? Et dixit ad me: Iniquitas domus Iſrael & Iuda, magna eſt nimis ualde. Et repleta eſt terra ſanguinibus, & ciuitas repleta eſt auerſione, Dixerunt enim: Dereliquit dominus terram, & dominus non uidet. Igitur & meus non parcet oculus, neque miſerebor: uias eorum ſuper caput eorum reddam.

HEB. Et ẽcce uir qui indutus erat lineis, qui habebat atramentariũ in lumbis ſuis, reſpondit dicens: Feci ſicut præcepiſti mihi.

SEP. Et ecce uir q indutus erat podere (i. ueſte talari) & accinctus zona lumbos ſuos, & rñdit uerbũ dicẽs: Feci ſicut mandaſti mihi.

ET uidi, & ẽcce in firmamento quod erat ſuper caput cherubim quaſi lapis ſapphirus: quaſi ſpecies ſimilitudinis ſolij apparuit ſuper eã. Et dixit ad uirum qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio

Cap. X.

A uidetur ostendere, quod post interfectionem cædemq; multorũ,& in uijs cadauera mortuorũ,prunarum ignis assumitur, ut puniat siue mũdet Hierusalem,iuxta illud quod in Esaia scriptum est: Sanctificauit eum in igne ardente:& deuorabit sicut fœnum materiã. Isti sunt carbo nes,quos in remediũ linguæ atq; mẽdacij desolantes uitia atq; peccata, propheta interrogatus exoptat: Quid deꝛ tibi & qd apponaꝛ tibi ad linguã dolosam? Sagittæ potentis acutæ, cũ carbonibus desolatorijs.Multaq; istiusmodi ĩ scripturis sanctis inuenire poterimus: de qbus crebro diximus. Hoc tantũ notãdũ est,q; in Esaia q tãtũ in sermõe peccaue rat, & immũda labia se habere dixerat, ad purgãdum unus forcipe carbo cõprehẽditur. Hic uero qa erat ciuitas plena iniquitate,& post supplicia cadaueribus mortuorum, plures assumuntur carbones ignis: & non una manu,sed ambabus: ut
B omnis purgetur Hierusalem. Quanq; & hoc intelligendũ sit, q; nõ ad purgationẽ, sed ad pœnas atque cruciat⁹,prunæ ignis assumendæ sint,quæ effundanꝛ sup Hierusalẽ. a ¶ Ingressusq; est &c.] Videnteprophe ta,ingreditur uir qui indutus erat talari ueste uel linea,& ut Lxx. nunc interpretatione cõmutant stola sancta, cum apud Hebræos, unus sermo habeatur בַּדִּים & cæteri interpretes in cœpta translatione persistant. Ingreditur autẽ ut secundo dicitur in medio rotarũ, quæ sunt subter cherubim:ut impleat manus suas igneis carbonibus. Qui cũ esset ingressus, stetit tantum iuxta rotam,& uel ob tristiciã puniẽdæ Hierusalem: uel ob gloriæ magnitudinem stupens, manũ ad ignem ipse non misit,sed unus de cherubim,id est cherub misit manum: & tulit ignẽ qui erat in medio cherubim , & dedit in manum eius qui indutus erat uestibus lineis. Qui accipiens egressus est,& tamen scriptura nõ dicit,egressus quid fecerit:ut tristis rei narrationẽ , intelligẽtiæ potius nostræ relinqueret,q; oculis subijceret. Introeunte autẽ uiro qui indutus erat uestibus lineis,cherubim stabant à dextris domus,ut sanctæ supernæq; uirtutes dexterã domus dei partem tenere uiderentur, & illæ quæ mittũ tur ad supplicia , de quibus scriptum est: Immissionem per angelos pessimos,siniſtras partes possidere credantur . Cumq; eleuata esset gloria domini de cherub qui carbones ignis uiro traditurus erat:& transisset ad limẽ domus , statim nube tenebris & caligine atrium implebatur interius.Neq; enim præsente domini maiestate exercentur supplicia , & gloria domini uidetur in atrio , de quo scriptũ est: Sonitus alarum cherubim audiebatur C uſq; ad atriũ exterius . Pro sonitu in Hebræo uox ponitur: quæ uox habebat similitudinẽ uocis dei omnipotẽtis loquentis.Pro quo Lxx.transtulerunt:Sicut uox dei quod אֵל שַׁדַּי Aquila,Symmach⁹,& Theodotio ἱκανὸν:qđ fortẽ potẽtem q; significat,trãstulerũt. Nota lector in quibus superior & hæc uisio cõcordẽt siue discordẽt, ut ex collatiõe utriusque absq; nostro admonitu,diuina intelligas sacramẽta, & illud quod ante cõmonui , quoniã & in firmamẽto & in throno & in manu hominis nõ ueritas,sed similitudo dicaꝛ. Neq; eñ facie ad faciẽ reuelato uultu,gloriam dñi contẽplamur: sed in similitudine omnia uidemus & imagine: q; diu fragili & corruptibili & mortali circumdamur corpore.

medio rotarum quæ sunt subtus cherub: & imple manus tuas prunis ignis,quæ sunt inter cherubim,& effunde super ciuitatẽ.Ingrẽssusq; est in cõspectu meo. Cherubim autẽ stabant à dextris domus cum ingrederetur uir, & nubes impleuit atriũ interius. Et eleuata est gloria domini desuper cherub ad limen domus: & repleta est domus nube, & atrium repletũ est splẽdore gloriæ dñi.Et sonitus alarũ cherubim audiebatur usq; ad atriũ exterius,quasi uox dei omnipotẽtis loquentis. Cumq; præcepisset uiro qui indutus erat lineis, dicens : Sume ignẽ de medio rotarũ quæ sunt inter cherubim: ingressus ille stetit iuxta rotã. Et extẽdit cherub manũ de medio cherubim ad ignẽ qui erat inter cherubim: & sumpsit & dedit in manu eius qui indutus erat lineis. Qui accipiens egressus est,& apparuit in cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorũ. Et uidi,& ẽcce quatuor rotæ iuxta cherubim. Rota una iuxta cherub unũ,& rota alia iuxta cherub unum. Species autẽ erat rotarũ quasi uisio lapidis chrysolithi: & aspectus earũ, similitudo una quatuor, quasi sit rota in medio rotæ. Cumq; ambularent,in quatuor partes gradiebãtur, & non reuertebãtur ambulãtes,sed ad locũ ad quẽ ire declinabat quæ prima erat, sequebãtur & ceteræ nec conuertebanꝛ.Et omne corpus earum,& colla,& manus,& pẽnæ,& circuli,plena erãt oculis in circuitu quatuor rotarũ.Et rotas istas uocauit uolubiles audiẽte me. Quatuor aũt facies habebat unũ. Facies una, facies cherub: & facies secunda, facies hominis: & in tertio,facies leonis:& in quarto,facies aquilæ:& eleuati sunt cherubim.

Ipsum carnes earum,& colla,& manus,& pennæ,& circuli.Nota carnes appellari in supernis uirtutibus, ut quando legimus : Caro & sanguis regnum dei non possidebunt: 1.Cor.15 neq; corruptio,incorruptionem : sciamus non substantiam carnis,sed opera condemnari, בָּשָׂר enim quod in hoc loco scribitur:non corpus,sed carnem significat. Circulos autẽ rotarũ, cantos ferreos appellauit:quibus lignorũ rotunditas artatur & stringitur . Rotæ autẽ istæ non solum carnes habẽt uel corpus,aut membra:sed & colla,& manus, & pennas:ut efficiẽtias rerũ in singulis, non membrorũ imagines sentiamus . Rotæ quoq; ipsæ appellatæ sunt lingua Hebraica גַּלְגַּל quod Symmachus,uolubiles:Aquila,rotã interpretatus est.Porrò qđ sequitur. Audiẽte me:usq; ad eũ locũ ubi scriptũ est:Eleuati sunt cherubim:in Lxx.non habetur,sed de Hebraico additum est.In quo obseruãdum, quod nequaq;, ut supra dicit:Facies hominis, & facies leonis quatuor: & facies uituli à siniſtris quatuor : & facies aqlæ quatuor à dextris : ut uidelicet alia à siniſtris , alia à dextris esse credantur. Sed omniũ æqualis ordo describitur,dicẽte scriptura:Quatuor autem facies habebat unum: Facies una,facies cherub: & facies secũda,facies hominis,& in tertio facies leonis : & in quarto,facies aquilæ: ut prima & secun

b ¶ Et uidi &c.] Observa quæ priꝰ fuerit uel quot species rotarũ, iuxta Lxx. quasi uisio tharsis : nũc aũt iuxta eosdẽ ὡς ὅρασις λίθου ἀνθρακος,id est quasi uisio carbunculi:ut pẽnarũ per ignẽ q; à cherub traditur, similitudo mõstretur: licet in Hebraico,& supra,& hic,tharsis scriptũ sit: quod Aquila,chrysolitũ:Symmach⁹, hyacintum trãstulerunt. Rursũq; ubi nos uertimus : Et oñe corp⁹ earũ , quod subaudiẽ rotarum , in Hebræo scriptũ est : Et omnes D

Psal.77.e

A & secunda,& tertia,& quarta facies,non locorum diuersitate dextri & sinistri sed uno per gradus ordine describatur. Vnã aũt faciem, id est primã appellauit cherub. pro qua supra dixerat, facies uituli. Ex quo intelligitur faciẽ cherub esse faciẽ uituli. Quorum omniũ sensum, præteritæ uisionis explanatio continet.

Ipsum est ānimal quod uiderã iuxta fluuium Chobar. Cumq; ambularẽt cherubim,ibant pariter & rotæ iuxta eos.Et cũ eleuarent cherubim alas suas ut exaltarentur de terra,nõ resistebant rotæ,sed & ipsæ iuxta erant. Stãtibus illis,stabant:& cũ eleuatis,eleuabantur. Spiritus enim uitæ erat in eis. Et ẽgressa est gloria domini à limine tẽpli,& stetit super cherubim.Et eleuantes cherubim alas suas exaltati sunt à terra corã me. Et illis egrediẽtibus,rotæ quoq; subsecutæ sunt.Et stetit in introitu portæ domus domini orientalis:& gloria dei Israel erat super eos. Ipsum est animal quod uidi subter deum Israel iuxta fluuium Chobar: & intellexi,quia cherubim essent.Quatuor,quatuor uultus uni:& quatuor alę uni: & similitudo manus hominis sub alis eorum: Et similitudo uultuum eorum,ipsi uultus quos uiderã iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum & impetus singulorũ ante faciem suam ingredi. Cap. XI.

ET eleũauit me spiritus, & introduxit me ad portam domus domini orientalẽ quæ respicit solis ortum, Et ẽcce in introitu portæ uiginti & quinq; uiri, & uidi in medio eorum Iezoniã filium Azur,& Phaltiam filium

a ¶ Ipsum est animal &c.] Omnia uiuunt deo,& suum sentiunt creatorem.Non est enim deus mortuorũ, sed uiuẽtium. Vnde & omnia corpora rotarũ plena sunt oculis.Et in psalmo dicitur: Cœli enarrãt gloriam dei,& opera manuum eius annũciat firmamentum. Dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat scientiam. Sol quoq; & luna,mare & flumina, montes & colles laudant deum, & in suum circulũ per annos singulos elementa uoluuntur: cœlorumq; rationẽ in terris deprehendimus: ut antiquæ legis ordinem cõseruantes uoluantur & currant: & nihil nouũ cernamꝰ super terrã. Quod autẽ dicitur: ipsum est animal quod uiderã iuxta fluuium Chobar, scriptura demõstrat eadem nos debere intelligere in expositione animalis quæ supra intellexímus. b ¶ Et egressa &c.] Gloria dñi siue maiestas quæ steterat in tẽpli limine, stetit super cherubim. Qui eleuãtes alas suas propheta cernente,exaltati sunt,rotis pariter sequentibus: & stetit in introitu portæ domus domini oriẽtalis,paulatimq; protectio dei reliquit Israel. Primũ fuit in tẽplo, deinde stetit in atrio tẽpli siue limine:qua recedẽte de templo,nubes & caligo impleuit templi penetralia. Rursumq; ipsa gloria sedit super cherubim,& illis statim auolãtibus,& ad exteriora abeuntibus, secutæ sunt rotæ.Et gloria stetit in porta domus dñi oriẽtalis nõ in ianua templi, sed post atriũ & limen in introitu portæ domus domini orientalis. Quod cũ propheta uidisset,ipsum est,inquit, animal quod uidi subter deũ Israel,iuxta fluuium Chobar,& intellexi,quia cherubim essent. Quid enim nouit uiderat:quod intelligeret esse cherubim,quæ prius non intellexerat? Cherubim in lingua nostra scientiæ multitudo est:noticia sacramentorũ dei, & thronus eius ac requies. Vnde & in psalmo dicitur: Qui sedes super cherubim manifestare. Semper enim gloria domini sedet in scientiæ multitudine: & tunc manifestatur, quando cuncta regi prouidẽtia demõstrtãur. Nec fortuitu quid fieri, nec dicere quempiam: Dereliquit dominus terram,& dominus nõ uidet: Vnde & intuitus cherubim & appetitus eorum, est obliuisci præteritorum,& in futura se extendere. Cap. XI.

ET eleuauit me spiritꝰ &c.] Quia egressa est gloria dñi à limine tẽpli,& stetit super cherubim: posteaq; auolãtibus cherubim, stetit ipsa gloria in introitu portæ domus dñi orientalis: & propheta quia per se ad eã ire nõ poterat, eleuatus à spiritu est, & ductus ad eandẽ portã domus dñi oriẽtalẽ:quæ respicit solẽ iusticiæ de quo scriptũ est:Ecce uir oriẽs nomẽ eius, ut nequaq; remaneret in tẽplo,quod erat ignorantiæ nube cõfusum, sed stans in porta domus domini orientalis,quæ sequũtur sacramẽta cognosceret. d ¶ Et ecce in introitu &c.] Quod sequẽ,in Lxx.nõ habeẽ,sed de Hebræo additũ est: Quia in præceptis meis nõ ambulastis, & iudicia mea nõ fecistis: sed iuxta iudicia gentiũ, quæ in circuitu uestro sunt estis operati. Assumit̃ prophẽta iuxta illud qd̃ scriptũ est. Assumẽs māsuetos dñs: siue eleuatur è terra, & introducitur ad portã domus dñi oriẽtalẽ, ut possit uigintiquinque uirorũ qui erant in introitu portæ & Iezoniæ filij Azur,atque Phaltiæ filij Banaiæ, principũ populi sacramenta cognoscere. Hi igitur qui erãt in introitu portæ domus dñi oriẽtalis: desperantes salutẽ,& scelerũ cõscientia parati ad interitũ: nec uolẽtes per pœnitudinẽ peccata corrigere dicunt:licet nuper post primã captiuita tẽ ædificatæ sint domus quæ ante corruerant: tamen scimus hãc ciuitatem esse instar lebetis:nosq; pro carnibus,ut in ea consumamur & concremẽmur, iuxta illud quod in Esaia scriptum est: Tempestas si trãsierit, non assumet nos.Illis ista dicentibus,irruit in prophetã spiritus dñi:& secundo præcipit ut uaticinetur,& dicat: Quoniã ista dixistis, & cordiũ uestrorũ me secreta non fallunt:ego uobis interpretabor quomodo ciuitas in lebetẽ,& uos in carnes reputemini:non iuxta illũ sensum quẽ locuti estis,sed iuxta alerum quem non timetis.Est quidẽ ciuitas in lebetis similitudinẽ,sed non uestris implebitur carnibus: uerũ eorum quos interfeciſtis. Vos aũt qui arbitramini uos in hac urbe morituros, educã de medio ciuitatis,& tradã hostium manibus:faciãq; in uobis iudicia, ut cum ceciderítis gladio nequaq; in urbe,nec extra terminos Israel,sed in finibꝰ uestræ prouinciæ,tũc cognoscatis q; ego sim dñs. Secũdoq; dicit̃:In finibꝰ Israel iudicabo uos,& scietis qa ego sum dñs. Hæc aũt uniuersa patiemini qa in præceptis meis nõ ãbulastis:& iudicia mea nõ feciſtis,sed cæterarũ in circuitu gẽtiũ scelera estis operati. Cũq; secũdum literã manifestũ sit quod dicit̃: omissis parũper Iezoniæ & Azur,Phaltiæ & Banaiæ nominibus, quæ in tempus aliud reseruamus:hoc dicendum est,quod usq; hodie in ecclesia quæ est domus domini: & ante portam, & in introitu siue in uia portæ, quæ significat saluatorem, per quem ingredimur ad patrem, sunt uigintiquinque uiri, ad sensus cuncta referentes. Et quantum non subterfugit memoriam meam,nunquàm in bonam partem,hunc numerum potui reperire: licet in Leuitico ad sacerdotale ministeriũ à uigintiquinq; annis eligantur. In Hebræo enim non habet hũc numerum qui in Lxx. dicitur, sed tricenariũ:qui in exordio huius prophetæ,& dñi cõtinetur ætate:quãdo uenit ad fluẽta Iordanis,& à Ioanne baptizatus est. Sin autem in euangelio quinque uirgines prudentes, & quinq; stultæ reperiuntur: sciamus hunc numerum in medio positum: & pro qualitate utentium uel

Mal.22.d supra 1.e psal.18.a

psal.145.a

B sapien.1.b

psal.79.b

supra 9.d

Zach.6.c

Luc.3.a

Mat.25.a

esa.28.d

A uel ad bonam uel ad malam partem posse conferri. Hi igitur uiri qui cuncta ad sensus referūt, & habent duos principes de quibus supra diximus, duali numero continentur: qui scindit unitatem, & in secundæ diei numero nō uidetur à domino, iuxta Hebraicam ueritatē. Vnde & in arca Noe, bina & bina introducūtur immunda. Dominus aūt scissionem in unum coartans, fecit utrunq; unū, & soluit mediū parietem, inimicitias in sua carne cōdemnans. Vnde & augustiⁿ quid loquitur atque sublimius: Ego & pater unū sumᵘˢ, ut à Iudaica dualitate in unionē nos reuocet fidei Christianæ. Deniq; pōtifica tu perdito Iudæorū, dominus patitur nequaq; sub uno principe, sed sub duobⁿ, Anna & Caypha: ut religiōis eorum scissum mōstraret errorē. Sunt multi in huius portæ introitu ante domū domini oriē talē, qui uitijs suis nationibus cōparātur, B & peccatorū cōscientia desperāt salutē, & dicūt: Ciuitas in qua uersamur, lebes est, et nos omnes carnes: & Babylonio consummemur ardore cuius iacula ignita sunt: nolentes agere pœnitētiam, & desperātes salutem: propterea audiunt, quod non ipsi sint carnes præteritæ & pditæ ciuitatis, sed hi quos scādalizauerint & quos interfecerint. Idcircoq; super eos gladiⁿ inducitur, ut postq; in finibⁿ Israel nequaq; inter gētes, sed inter Christianos fuerint iudicati: tunc cognoscant, q; ipse sit dominⁿ, secūdum illud qđ in psalmis legitur: Cū interficeret eos, reqrebant illū: ut quem per beneficia nō senserant, per tormenta cognoscant. a ¶ Et factum est cum &c.] Vaticinante prophe ta, unus è duobus principibus Phaltias filius Banaiæ moritur: qui interpretatur ruina declinans, & est filius structoris siue cementarij. οἰκοδόμος enim aliud in linguā nostram uerti nō potest. Alter principum seruatur incolumis, Iezonias filius Azur. Iezonias aures eius sonat, quod subauditur animæ. Azur uero fulcrum siue adiutorium. Qui igitur cadēdo à domino declinarat, & erat ædificationis pessimæ, recte cadit prophetante eo quem

Gen.6.d

Ephe.2.c

Ioan.10.f

Psal.77.d

פַלַטְיָהוּ בֶּן בְּנָיָהוּ

יַאַזַנְיָה עַזּוּר

filium Banaiæ principes populi. Dixitq; ad me: Fili hominis, hi uiri qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in urbe, ista dicentes: Nónne dudum ædificatæ sunt domus? Hæc est lebes, nos autem carnes. Idcirco uaticinare de eis, uaticinare fili hominis. Et irruit in me spiritus domini, & dixit ad me loquere. Hæc dicit dominus: Sic locuti estis domus Israel, & cogitationes cordis uestri ego noui. Plurimos occidistis in urbe hac, & implestis uias eius interfectis. Propterea hæc dicit dominus deus: Interfecti uestri quos posuistis in medio eius: hi sunt carnes, & hæc est lebes, & educā uos de medio eius. Gladiū metuistis, & gladium inducam super uos, ait dominus deus: & ejiciam uos de medio eius: daboq; uos in manu hostium, & faciam in uobis iudicia. Gladio cadetis: in finibus Israel iudicabo uos, & scietis quia ego dominus. Hæc non erit uobis in lebetem: & uos non eritis in medio eius in carnes. In finibus Israel iudicabo uos: & scietis quia ego dominus. Quia in præceptis meis nō ambulastis: & iudicia mea non fecistis: sed iuxta iudicia gentium quæ in circuitu uestro sunt estis operati. Et factū est cum prophetarē, Phaltias filius Banaiæ mortuus est: & cecidi in faciem meam, clamans uoce magna, & dixi: Heu, heu, heu domine deus: consummationem tu facis reliquiarum Israel?

HEB. Et factū est uerbū dñi ad me dicēs: Fili hominis, fratres tui, fratres tui: uiri propinqui tui & pñis domus Israel uniuersi quibus dixerunt habitatores Hierusalē: Longe recedite à domino: nobis data est terra in possessionem. Propterea hæc dicit dominus deus: quia longe feci eos in gentibus, & quia dispersi eos in terra, ero eis in sanctificationem modicā in terris ad quas uenerint.

SEP. Et factus est sermo dñi ad me dicens: Fili hois fratres tui & uiri captiuitatis tuæ, & ois domus Israel cōsummata est qbus dixerūt habitatores Hierusalē: Lōge recessistis à dño: nobis data est terra in hęreditatem. Propterea dic: Hæc dicit adonai dñs, qa repellā eos in gētes: & disseminābo eos in omnē terrā, & ero eis in sanctificationem paruulā in regionibus ad quas ingressi fuerint illuc. Pro

C confortauit deus. Qui autem præceptis obediebat dei, & illius sustētabatur ac fulciebatur auxilio, recte in imperio populi permanet. Legimⁿ in Exodo, mortuo Pharaone rege Aegypti ingemuisse filios Israel ab operibⁿ luti, palearū ac laterum: & clamasse ad dominū: quē illo uiuēte, inclamare nō poterant. Esaias quoque mortuo Ozia rege leprosō, uidit dominum sedentem super thronū excelsum & elcuatum, & seraphim stātia circa eū: intelligens q; immūda habere se labia, & habitare in populo immūda labia habēte: meretur ut de altari carbo mittatur, & labia eius purget immunda. Hic autē prophetante fortitudine dei, princeps q à domini declinaueratser uitute, cadit ut eleuetur à Christo, Si eñ resurrectio dñs, ruina diabolus est. In q̄ quæritur, quomodo de saluatore dicatur: Ecce hic positⁿ est in ruinā, & resurrectionem multorum in Israel. In ruinā eorum D qui stabant pessime: & resurrectionē corū qui ceciderāt. Quod cum propheta uidisset, cecidit in faciem suam: non peccantis merito, sed plangentis affectu: & uoce magna, quæ de magno fidei ardore ueniebat, tertio clamauit, & dixit: Heu, heu, heu, domine deus, cō summationē tu facis reliquiarū Israel? Et est sensus: Etiam ipsæ reliquiæ quæ esse uidebantur in populo, te indignante delentur. b ¶ Et factū est uerbum &c.] Primū de interpretatiōis ua rietate dicēdum est. Pro eo quod in Hebræo habetur, uiri propinqui tui hoc eñ significat גְּאֻלָּתֵךְ Lxx. trāstulerūt, uiri captiuitatis tuæ. Deinde ubi sequitur: uniuersi quibus dixerūt habitatores Hierusalem: pro uniuersis, illi posuerunt cōsummata est propter literarum & uerbi ambiguitatem בָּלָה enim quod Aquila & Symmachⁿ & Theodotio uniuersos interpretati sunt: illi uerterūt, cōsummata est, quod iuxta sensum omnino nō resonat. Factus est igitur sermo domini ad Ezechielē, qui dixerat: Heu, heu, heu, domine deus, consummationē tu facis reliquiarū Israel, in Phaltiæ uidelicet morte, & eorum qui cum eo interfecti sunt, quod

Ezech.11.a

Esa.6.a

Luc.3.a

Propterea loquere. Hæc dicit dñs deus: Congregabo uos de populis, & adunabo de terris in quibus dispersi estis, daboq; uobis humū Israel. Et ingrediētur illuc, & auferēt omnes offensiones, cunctasq; abominationes de illa. Et dabo eis cor unū (siue alterū) & spiritum nouū tribuā in uisceribus eorū. Et auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, ut in præceptis meis ambulent & iudicia mea custodiāt, faciantq; ea, & sint mihi in populū, & ego sim eis in deū. Quorum autem cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horū uiam in capite suo ponā, dicit dominus deus. Et eleuauerunt Cherubim alas suas & rotæ cum eis, & gloria dei Israel erat super eos. Et ascendit gloria domini de medio ciuitatis, stetitq; super montem qui est ad orientem urbis. Et spiritus leuauit me, adduxitq; in Chaldæam ad transmigrationem in uisione in spiritu dei & sublata est à me uisio quam uideram. Et locutus sum ad transmigrationem omnia uerba domini quæ ostenderat mihi. Cap. XII.

A quod nequaq; illæ sint reliquiæ quas in Hierusalē putabat propheta, sed hi qui in Babylone uidebant esse captiui. Et est sensus: O fili hominis, fratres tui de eadē tecum stirpe generati: fratres, inq; tui, quibus dixerūt habitatores Hierusalē, uos recessistis à dño, quia captiui estis, & cum Iechonia uos tradidistis, nobis aūt terra Israel data est in æternā possessionē. Dic ergo eis q; longe quidē eos fecerim à terra Israel, & dispersérim in nationes, & in alienis terris esse præceperim, sedqa meæ obedierit iussioni, sim in eis futurus etiā in peregrinis & hostilibus locis in paruā sanctificationē, dum plerisq; inueniant ex eis qui idolatriæ nequaq; colla submittāt, sed memores sint mādatorum dei, sicut fuerunt Daniel & tres pueri, & cæteros fuisse credendū est, in similitudinē tantorū principū, quos scriptura nunc cōmemorat. Ex quibus uniuersis discimus, nō esse insultandū his q; dei iudicio pœnis traditi sunt, nec exprobrandū homini cōuerso à peccatis suis, nec pœnitētibus & egressis de ecclesia aliB qñ dicendū: Longe recessistis à dño, nobis data est terra in possessionē. Quia hæc dicit dñs: Licet eos parūper à mea ecclesia separauerim, & inter gentes dispersérim, tñ ero eis in sanctificationē modicā, dū meminerint peccatorū suorū, ut qui propter uitia recesserunt de loco suo, propter pœnitentiā ad sedes pristinas redire festinent.

a ¶ Propterea lo. &c.] Loquitur sermo diuinus ad eos qui captiui erant in terra Babylonis ad fratres Ezechielis prophetæ, & ad propinquos, quibus dixerunt habitatores Hierusalē: Lōge recessistis à dño: nobis data est terra in possessionē. Loquit aūt hæc quæ sequuntur: Cōgregabo uos de populis, & reddam uobis terram Israel. Cūq; ingressi fueritis, auferetis cuncta idola, ppter quæ offenderatis deū, & dabo uobis cor unum timoris, & seruitutis dei, ut nequaq; diuersis idolis seruiatis, siue alterū q; prius habuistis. Et spiritū nouū tribuā in uisceribus Psal.50.e uestris, iuxta illud q̄d scriptū est: Cor mundū crea in me deus, & spiritū rectū innoua in uisceribus meis. Et auferā à uobis cor lapideū, id est cor durū, secundū illud q̄d Actu.7.f loquitur Stephanus primus martyr in Christo: Dura ceruice, & incircuncisi corde. Et induratur cor Pharaonis, ne dimittat populū Israel. Et, dabo, inqt, uobis cor Exo.7.d carneū, molle & tenerū & quod possit dei mandata suscipere, ut scribantur in tabulis cordis carnalibus. Idcir co aūt dat cor molle, & aufert cor durū, ut in præceptis meis ambulent, iudiciaq; custodiant, & sint in populo dei, dñsq; qui prius fuerat aduersarius, sit eis in deum. Qui aūt nequaquam pœnitētia priora peccata correxerint, sed ambulauerint post abominatiōes suas, retribuā ait eis, q̄d merent: ut uiæ eorū ponant in capitibus eorū. Hæc sub Zorobabel filio Salathiel, & sub Iesu filio Iosedek sacerdote magno, & sub Esdra ac Neemia accidisse tribui Iudæ, & his q; cū eis reuersi sunt, plerisq; existimāt. Habitatores quoq; Hierusalē q; sub Sedechia rege Iudæ capti sunt: uel qui fugerunt cū Hieremia in Aegyptū, in omnes terras esse dispersos, & nequaq; reuersos in urbē C Hierusalē. Plena aūt conuersio eorū qui captiui erant & reliquiarū Israel intelligitur in Christo, qñ reliquiæ saluæ factæ sunt, & una die crediderunt tria milia, & iterū quinq; milia, & alij de quibus loquitur Iacobus ad apo- Actu.2.g stolū Paulum: Vides frater tanta milia crē- Ibidem.21.d dētium Iudæorum, & hi oēs æmulatores legis sunt. Sed & quotidie superbi habitatores urbis Hierusalē, quorū cor post offendicula & abominationes suas ambulat, dei merētur offensam. Et hi qui foris erāt, ablato corde lapideo, & accepto corde mollissimo per pœnitentiā reuertuntur ad ecclesiam, & ambulant in præceptis dñi, iudiciaq; eius custodiūt, fiuntq; dñi populus, & dñs quem prius offenderāt fit eis deus.

b ¶ Et eleuauerunt Cherubim alas &c.] Paulatim gloria dñi recedit de Hierusalē. Primū templū deserens, stat in atrio uel in limine domus, & postea in introitu portæ orientalis, nouissime sublatis pennis rotisq; sequentibus, stat sup montē qui est ad orientē urbis, haud dubiū D quin montē significet oliueti, unde saluator ascendit ad patrē. Stabatq; gloria dñi quæ de Hierusalē urbe discesserat super montē oliueti, in signum resurrectionis & luminis, ut inde periturā arsuramq; cerneret Hierusalem. Quodq; dicit: Ascendit gloria de medio ciuitatis, alijs uerbis loquit dñs ad discipulos: Surgite, abeamus hinc. Ioan.14.d Et ad Iudæos: Relinquetur domus uestra deserta. Iose- Luc.13.g phus quoq; refert auditā uocē in tēplo angelorū & fortitudinē cœlestiū, quæ prius in urbis præsidio erāt, abeamus ex his sedibus. Mirumq; in modum usq; in præsentē diē gloria dñi quæ deseruit templū, stat super montē oliueti, & in crucis signo rutilans, spectat templū quondam Iudaicum, in fauillas & cineres dissolutū.

c ¶ Et spiritus leuauit me &c. Et sublata est à me uisio &c.] Pro eo q; nos ex Hebraica ueritate trāstulimus, & sublata est à me uisio quam uiderā: Septuaginta trāstulerūt, & ascēdi à uisione quam uiderā: Quod utrunq; significat non in corpore prophetam in Hierusalem de Babylone trālatum, sed in spiritu. sublataq; uisione quæ eum in spiritu duxerat Hierusalem, & uniuersa monstrauerat, quæ superior sermo narrauit, reuersus est in semetipsum, & locutus est ad transmigrationem omnia quæ ei fuerant demonstrata, ad eos uidelicet, de quibus supra scriptū Supra.8.a est: Ego sedebā in domo mea, & senes Iuda sedebant iuxta me, & cecidit super me ibi manus dñi dei, & uidi. Mirūq; in modū sedentibus his qui ad se uenerant uisitandum, uisiones mysticas propheta cernebat, & absens erat ab his qui coram se sederant, absens spiritu præsens corpore. Omniaq; fiunt, ut consolationem recipiant qui captiui erant, quod reducēdi sint in terrā Israel, & ambulaturi in præceptis domini, futuriq; ei in populū, & ille futur⁹ sit eis in deū. Qui aūt nō fuerint cōuersi ad pœnitentiam, sed ambulauerint post abominationes suas, recipiūt quæ fecerūt. Verba aūt in scripturis sanctis pro rebus dici, sæpe admonuimus. Cap. XII

ET factus est sermo domini ad me, dicēs: Fili homi/nis, in medio domus exasperantis tu habitas: qui oculos habent ad uidendum, & non uident, & aures ad audiendum, & nō audiunt, quia domus exasperās est.

HEB. Tu ergo fili homi/nis fac tibi uasa transmi/grationis, & migrabis per diem coram eis. Migrabis autem de loco tuo ad lo/cum alterum in conspectu eorum: si forte aspiciant, quia domus exasperans est. Et efferes forās ua/sa tua quasi uasa transmi/grantis per diē in cōspectu eorū. Tu autē egredieris uespere corā eis sicut egre/ditur migrans ante oculos eorum. Perfode tibi pa/rietem, & egredieris per eū in conspectu eorum. In hu/meris portabis, in caligine effugies. Faciem tuam ue/labis, & non uidebis ter/ram, quia portentum dedi te domui Israel. Feci er/gō sicut præceperat mihi: uasa mea protuli quasi ua/sa migrantis per diem, & uespere perfodi mihi parie tem manu. In caligine e/gressus sum, & humeris portaui in cōspectu eorū.

SEPTVA. Et tu fili ho/minis, fac tibi uasa ca/ptiuitatis, & captiuare per diem coram eis, & capti/uare de loco tuo in locum alterum in conspectu eo/rum, ut uideant quia do/mus exasperans est. Et proferes uasa tua, uasa ca/ptiuitatis per diem in ocu/lis eorum. Et tu egredieris uespere in conspectu eo/rum, sicut egreditur capti/uus. Perfode tibi parietē, & transibis per eum in cō spectu eorum. In hume/ris portaberis & absco/ditus egredieris. Faciem tu am operies, & non uidebis terram, quia portētum de/di te domui Israel. Et feci sic iuxta omnia quæ man/dauerat mihi, uasaq; ,ptu/li sicut uasa captiuitatis p diem, & ad uesperū perfo/di mihi parietem manu: & absconditus egressus sum, super humeros assumptꝰ sum in conspectu eorum.

Et fa/

A ET factꝰ est &c.] Pro eo quod nos uertimus: In medio domus exasperantis tu habitas: Lxx. posuerunt: In medio iniquitatum eorū tu habitas. Sed ex eo quod se/quitur: Quia domus exasperans est intelligimus priorē quoq; sententiam huic uersiculo conuenire. Pro exaspe/ratione quoq; dici a/maritudinē, crebro docuimus, ut sit sen/sus: In medio domus ad amaritudinē con/uertentis tu habitas, quæ deū natura dul/cem atq; clementē, ui tiorum suorum ama/ritudine, amarū facit atq; crudelem. Alio/quin de deo legimꝰ:

Psal.33.a Gustate & uidete, qm̄ suauis siue dulcis est dominus. Habitat au tem propheta in me/dio populi deum ad amaritudinē prouo/cantis, qui habet ocu los, & nō uidet, aures & non audit, non ui/tio sensuum, sed perti nacia prauitatis. Vn/de & dñs ad Iudæos:

Ioan.9.g Si cæci, inqt, essetis, peccatum non habe retis, uolūtariam cæ/citatē in illis argues atque condemnans. Quia ergo oculos ha bent ad uidendū, &

B non uident, aures ad audiendum & nō au diūt, & tua uerba cō/temnūt: doce eos per imaginem atq; pictu ram, & schematibus ostende corporeis ut uenturam captiuita/tē non solum auditu, sed & oculis recogno scant. b ¶ Tu ergo &c.] Nulli dubium qn uniuersa loci hu/ius continentia, futu/ram captiuitatem in/dicet regis Sedechiæ tribus Iudæ, qui ca/ptus est cum Hieruſa lem. Sed quoniam quidam uolunt captiuitatem Sede/chiæ, qui interpretatur iustus dominus, in typū præce/dere saluatoris, qui de cœlestibꝰ ad terrena descendēs, humanum corpus assumpserit, & hæc esse uasa captiui/tatis: Ideo præmonendum puto prudentem cautumq; lectorem, & hæc quidem nos ponere, ne quid præterire uideamur, sed non probare. Neq; enim rex impius in fi guram potest præcedere illius, qui totius pietatis exem plum est. Captum autem esse Sedechiam à Babyloniis

Hiere.39. & 4.Reg.25. atq; Chaldæis, & Hieremias propheta & regum narrat historia, & ductum de loco in locum, hoc est, de Hieru/salem in Babylonem, & cætera quæ Ezechiel in conse/quentibus loquitur. Qui autem referunt ad dominum Iesum Christum captiuitatem eius, & trāsmigrationem de loco ad locum, descensionem ex cœlestibus ad terre na significari putant. c ¶ Et efferes foras uasa &c.] Fa/cere iubet propheta in figura, quæ Sedechias facturus est in ueritate. Collige, inquit, sarcinas tuas, hæc em̄ ua/sa sunt transmigrātis, uidentibus eis. Et postq; uiderint c quæ facturus es, egredieris uespere in similitudinē trās/migrantis. Legimus Sedechiam nocte muro suffosso fu gisse ad deserta Iordanis, ibiq; à Babyloniis esse cōpre/hensum, & hoc significare perfossum parietem. Quod autem dicit: In hume ris portabis, subaudi tur, sarcinas tuas, & quicquid ad uiæ so/latium fugientes por tare consueuerunt. In caligine effugies, ne uidearis à quoq;. Fa/ciem tuā uelabis, uel cæcitate quæ ei acci/dit, erutis oculis à Na buchodonosor: uel ne cognoscat quod ipse sit rex, & maior fiat cura seruantium. Quodq; sequitur: Et non uidebis terram: illud significat, quod cæcus ducꝰ sit in Ba bylonē, eamq; nō ui/derit. Quia portentū dedi te, inqt, domui Israel: In signum em̄ & figuram propheta rum tam dicta q̄ fa/cta sunt. Vnde & in Zacharia, uiri portē/ Zach.3.c tosi uocātur, quod fu tura portēdant. Et in Osee loquit̄ deus: In Osee.12.c manibus propheta/rū assimilatus sum. D Qui autem uoluntin Ezechielis persona Christū intelligi, ua/sa captiuitatis, huma nū corpus accipiūt, & perfossum parietē, quo infernorū clau/stra perfregit, & resur gens à solis credenti bus uisus est, porta/tusq; in humeris q̄ cū angelicis potestā/tibus ad cœlum ui/ctor ascēdit. Et quod absconditus egredit̄, & uelat faciem suā ne in carne mortali ui/deatur diuina maiestas, & non uidet terram, ne oculis il lius illustretur, quæ eius non meretur aspectum. Oculi Psal.33.c enim dñi super iustos, & auertit faciem suam ab impijs. Hæc autem, inquiunt, om̄ia fecisse narratur, ut per simili tudinē hominis, dura ad fidem Israelitici populi corda conuerteret. Et in portentum datur domui Israel, iuxta illud quod scriptum est: Ecce hic positus est in ruinā & Luc.2.c resurrectionem multorū & in signum cui contradicet. d ¶ Feci ergo &c.] Quæ supra iussus est facere, opere se complesse testatur, nec interpretatione indiget iuxta u/tranque sententiam, quod supra expositum est. Illud au tem notandum, quod uno atque eodem tempore Here mias prophetabat in Hierusalem & Ezechiel in Babylo ne, & illiꝰ propetia mittebatur ad captiuos, & huius ad eos qui habitabant in Hierusalem: ut unius in diuersis regionibus dei prouidentia probaretur, & intelligerent audientes, quæcunq; accidebant populo, nequaquam idolorum potestate, sed domini iussione consistere.

Et factus

Et factus est sermo domini mane ad me dicens: Fili ho/
minis:nunquid non dixerunt ad te domus Israel, do/
mus exasperans,quid tu facis? Dic ad eos:Hæc dicit do
minus deus:Super principem onus istud,qui est in Hie
rusalem,& super omnem domum Israel,quæ est in me/
dio eorum.Dic:Ego portentum uestrum, quomodo fe
ci,sic fiet illis. In transmigrationem & in captiuitatem
ibunt.Princeps autem qui est in medio eorū, in hume/
ris portabitur,in caligine egredietur,parietem perfodiēt,
ut educant eum,facies eius operietur,ut non uideat ocu
lis terram.Et extendam rete meum super eum, & capie
tur in sagena mea, & adducam eum in Babylonem in
terrā Chaldæorum,& ipsam non uidebit,ibi morietur.
Et omnes qui circa eum sunt, præsidium eius & agmi/
na illius dispergam in omnem uentum,& gladium eua/
ginabo post eos: & scient quia ego dominus, quando
dispersero illos in gentibus,& dissipauero eos in ter/
ras.Et relinquam ex eis uiros paucos à gladio, & fame,
& pestilentia,ut narrent omnia scelera eorum in genti/
bus ad quas ingredientur,& scient quia ego dominus.

HEB. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis panem tuum in conturbatione comede, & aquam tuam in festinatione & mœrore bibe. Et dic ad populū terræ: Hæc dicit dominus deus ad eos qui habitant Hierusalem in terra Israel: Panem suū in solicitudine comedent, & aquam

SEP. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, panem tuum cum dolore comedes, & aquam tuam cum tormento & angustia bibes. Et dices ad populum terræ:hęc dicit Adonai dominus habitatoribus Hierusalem super terrā Israel:Panes suos cum egestate comedent & aquam

A a ¶ Et factꝰ est ser.&c.] Si te(inquit)interrogauerit do/ mus exasperans:Quare ista facis? Vel secundum Lxx. etiam si non interrogauerint,tu ingredere, ut sciant cur ista feceris. Dic ad eos:Hæc dicit dñs deus. b ¶ Super principem &c.] Primum exponamus historiam. Dic,in quit,ad eos,ò fili ho/ minis, qui uel inter/ rogant uel non inter rogant:Quid tu facis hæc,quod super du/ cem onus istud & ui/ sio sit,qui est in Hie/ rusalem,ducem signi ficans Sedechiam.Et dic:Ego portentū ue/ strū:siue ut Lxx.trās/ tulerūt:Ego qui por/ tenta facio,ut ex præ sentibꝰ futura cogno scantur, qūo feci, sic fiet illis, duci & cun/ ctis qui in comitatu ducis sunt. In trans/ migrationem Baby/ loniam captiui ducē/ tur, & dux qui est in medio eorum in hu/ meris portabitur uel iumentorum, uel eo/ rum qui cum eo fuge rant. In caligine,& in noctis tenebris egre/ dietur, murumq; suf fodient socij eius ut educant eum. Facies illius uelabitur uel ti
B more fugiētis,uel cæ/ citatis iniuria, ut cæ/ cus terrā non uideat Babylonis. Et ego ex tendam rete meū su/ per illum, & capietur in sagena mea. Con/ cedente quippe do/ mino à Babyloniis captꝰ est, & hæc quæ ab hostibꝰ passus est fieri, se fecisse testat. Ductusq; in babylo nem, terrā Chaldæo rū non uidebit, ibiq; captiuus morietur. Omnes autem socios eius & adiutores & comites fugæ, cum ille fuerit cōprehensus,huc illucq; dispergam: nec securos abire permittam:sed in manibus hostium euagi nabo gladium meum:ut quando dispersi fuerint in gen tibus, intelligāt quod ego sum dominus,& mea cuncta uoluntate sint facta.Et relinquam, inquit, ex socijs eius qui cū eo fugerint, & qui euadere potuerint paucos qui gladium,& famem,& pestilentiam euaserint: ut cum uel fuga, uel captiuitate ad diuersas peruenerint regiones, narrent omnia scelera sua uel sermōe, uel exemplo,pro/ pterquæ tanta meruerint mala, & intelligant quod ipse
Tropol. sim dominus. Qui aūt Tropologiam & cœptam expla/ natiōem super saluatore conatur exponere, ducem, qui est in medio Hierusalem,ipsum interpretatur qui in por tentū signumq; præcesserit, quod & ipse & socij eius ca/ ptiui istius mundi sint,& ab inferis uictor ascendens, in humeris portatus sit angelorū:in caligine egressus,igno tus incredulis, destructo medio pariete, fecerit utrunq; unum:facies illius operta, ut terrā non respiciat Iudæo/ rum. Nec mirum si dominus cælauerit faciē suam: cum

C uisq; hodie ante uultū Moysi uelamen positum sit popu/ lo non credenti.Extenditq; dominus rete suum super il lum: iuxta id quod de eo sponsa loquitur in canticocan ticorum:Ecce iste post parietem nostrū, prospiciens per fenestras,apparēs per retia. De q̄ & Hieremias:Spiritus uultus nostri Chri/ stus dominus:captus est in peccatis nostris Et: Cum non fecisset 2.Cor.5.d peccatum,pro nobis peccatum factus est. Et adducetur, ait, in Babylonē, cōfusionē istius mundi, in terrā Chaldæorū, qui in/ terpretātur,quasi dæ monia: ut eos qui dæ monibus fuerāt man cipati, retraheret ad salutem, & captiuam duceret pristinam ca ptiuitatem. Ipsamq; (inquit) terrā Chal/ dæorum nō uidebit, et ibi morietur,ut oēs nos sua morte uiuifi/ cet. Cunctos autē ad/ iutores eius & socios, apostolos & apostoli/ cos uiros dispersit in uniuersum orbē. Et e/ uaginauit gladium post eos, ut uarijs co/ ronarētur martyrijs, & tunc intelligerent
D uel ipsi,uel hi qui per eos crediderant, qd ipse sit dominus, & idcirco dispserit eos in gētibus, & dissemi nauerit in terras, ut multum fructū face/ rēt. Et reliquit ex eis paucos uiros:sicut Io annem apostolum,& cæteros, à gladio, & fame,& pestilentia li/ beratos,& persecutio num impetum decli/ nantes, ut narrēt sce/ lera Iudæorum & ini quitates cunctarum gentium ad quas ingressi sunt:ut acta pœnitentia, scirēt quod ipse esset dominus.Hæc diximus,lectoris arbitrio iudicium relinquentes. Cæterum nulla dubitatio est,pe riculosum esse regis impij captiuitatem & necem, sacra/ mēto domini comparare. c ¶ Et factus est sermo &c.] Post principis & sociorum eius prophetiā, quæ sub cor porali imagine mōstrabatur,uenit ad populum,& quic/ quid prophetæ dicitur,per prophetam refertur ad ha/ bitatores Hierusalem,quod in obsidionis malo panem suum comedant in angustia & egestate,& aquam suam nequaquam in abundātia,sed cū tormēto bibant & tri/ bulatione.Hæc autem,inquit,ò propheta tibi dicuntur, ut tu loquaris ad populum terræ tuæ,& dicas:hæc dicit dominus habitatoribus Hierusalē,quæ est in terra Isra/ el:Obsessi à Nabuchodonosor atq; à Chaldæis, famis & sitis sustinebitis malum:ut omnis terra cum sua pleni tudine deleatur,habitatores significās per eam quæ in/ habitatur.Et ne putent sibi hoc euenire sine causa: Dic, inquit, eis, quod propter scelera eorum & impietates, omnes urbes Iudeæ ad solitudinem redigendæ sint, &

A uniuersa terræ cultura dispereat, ut cognoscãt deum sæ/uientem, quem miserantem cognoscere noluerunt. Pos/sumus iuxta Anagogen habitatores Hierusalem creden/Anagog. tes Christo dicere, qui habitant in ecclesia. Et si per pec/cata illius offensam meruerint, comedant panem cum/ egestate, & bibant a/quam cũ mœrore &
Amos.8.d angustia: Non cibũ panis, nec potum a/quæ sed famẽ sermo/nis & doctrinæ dei su/stinentes. Quando e/nim uel uitio princi/pũ, qui capiendi sunt & tradendi Babylo/nijs, uel nostra duri/cia perdiderimus ser monem dei, aquas q̃ nõ meruerim⁹ habe re utiles: tũc in dolo/re & penuria, nostrũ sumemus cibũ, & ter ra perdet multitudi/nẽ credentiũ, & ciui/tates quæ in toto or/be intelligũtur eccle/siæ, desolabunt̃, & ter ra deserta erit, ut oẽs sciant, quia offensa sit domini. Quod qui/dem & in persecutio/nis tempore intellige re possumus. a ¶ Et fact⁹ est sermo domi/ni &c.] Quod nos di ximus, prouerbiũ, iu xta Symmachũ: oẽs B alij interpretes para/bolam transtulerũt, quæ Hebraice appel lat̃ משל. Rursũ ubi à nobis æditũ est: Ne que erit diuinatio am bigua, uertere Lxx. nec diuinans iuxta gratiã, pro quo oẽs lubricũ interpretati sunt, quod nos ambiguũ diximus ut decipientia audientes suos prophetarũ uerba nosca/mus. Est autem sensus oẽis capituli hic: Supra prophe/tauerat cõtra principem qui erat in Hierusalem, deinde populo famẽ & ardorem sitis nũciauerat esse uẽturum. Quod multitudo non credens, uetus assumebat triuũq̃ C prouerbiũ: in longũ tẽpus differtur cõminatio prophe/tarũ, & omnis uisio peribit, dũ frustra cernit̃, uel iuxta Symmachũ διαπνοὴν, id est, in uentum & auram tenuem dissoluetur. Dic ergo (inquit) eis, quod nequaq̃ mea cõ/minatio differat̃, nec diuinatio falsa atque ambigua proferat̃ in populos, quæ finẽ ha beat incertũ: ut alio dicat̃ tẽpore, alio im/pleatur: sed nunc ui/uẽte te qui loqueris, & his qui audiũt, uer bũ q̃d locutus sum, cõpleatur. Significat autẽ uicinã captiuita tem urbis Hierusalẽ, & Sedechiam cũ po/pulo Iuda iamiã ca/piendũ. Non solũ au tem illo tempore, sed usq̃ hodie uulgus in credulũ & dura cor/da mortaliũ prophe/tiã dei nõ recipit, sed omnia quæ prophe/tæ cõminantur, quæ prædicat euangeliũ, in aliud tempus exi stimant differẽdum. Sciamusq̃ hic para/bolã, quæ à Septua/ginta ponitur accipi pro prouerbio: iu/xta illud q̃d in psal/mo legimus: Et fact⁹ D sum eis in parabo/lam. Et in hoc eodem propheta: Quid est Psal.68.1 uobis parabola ista Infra.18.1 in populo Israel, di/centium: Patres co/mederunt uuam a/cerbam: & dentes fi/liorum obstupuerũt.

HEBR. & aquam suam in desolatione bibent, ut desoletur terra à multitu/dine sua propter iniquita/tem omnium qui habitãt in ea. Et ciuitates quæ nũc habitantur, desolatæ e/runt, terraq̃ deserta, & scietis quia ego dominus. Et fãctus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, quod est prouerbiũ istud uobis in terra Israel dicentiũ: In longum differentur dies, & peribit omnis uisio? Ideo dic ad eos: hæc dicit dominus deus: Quiescere faciam prouerbium istud, neq̃ uulgo dicetur ultra in Israel. Et loquere ad eos, quod appropinquauerint dies & sermo omnis uisionis. Non enim erit ultra omnis uisio cassa, neq̃ diuinatio ambigua in medio filiorum Israel. Quia ego dominus loquar, quodcunque locutus fuero uer/bum, & fiet. Non prolongabitur amplius, sed in diebus uestris domus exasperans loquar uerbum, & faciam il/lud, dicit dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, ecce domus Israel dicen/tium: Visio quam hic uidet in dies multos, & in tempo/ra longa iste prophetat. Propterea dic ad eos, hæc di/cit dominus deus: Non prolongabitur ultra omnis ser mo meus: uerbum quod locutus fuero, complebitur: di/cit dominus deus.

SEP. & aquam suã cũ dissi/patione bibent, ut dissipet̃ terra & plenitudo eius. In impietate em̃ oẽs qui ha bitãt in ea: & ciuitates eo/rũ quæ habitantur in de/solationem erunt, & terra dissipabitur, & cognosce/tis quia ego sum dominus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, ecce domus Israel dicen/tium: Visio quam hic uidet in dies multos, & in tempo/ra longa iste prophetat. Propterea dic ad eos, hæc di/cit dominus deus: Non prolongabitur ultra omnis ser mo meus: uerbum quod locutus fuero, complebitur: di/cit dominus deus.

Manifesta perstringimus, ut in obscurioribus immo/remur.

Commentarij tertij in Ezechielem prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARTVM COMMENTA riorum Ezechielis ad Eustochium proœmium.

VEllem, si fieri posset Eustochium, explanationes in Ezechielem per singulos libros proprijs texere prophetijs, & quod uaticinatione cõiunctum est, nequaquã exposi tione diuidere, ut facilior esset cursus dictantis pariter & legentis: longumq̃ & im/mensum interpretationis iter, certis spacijs separare, ut quasi titulis & indicibus, & ut prius loquar, argumentis ostenderem, quid libri singuli cõtinerent. Sed quid faciam, cum aliæ prophetiæ breues sint, aliæ longæ, ut sæpe necessitate coganur, & plures in unum librum coartare, & unam in multos diuidere? Vnde & nunc contra prophetas & prophetias ad seniores quoq̃ populi Israel, & ad terram super quam inducuntur quatuor plagæ pessimæ, & de ligno ui tis, quod cum fuerit abscisum, inutile est inter omnia ligna syluarum, catalogum etiam uitiorum Hierusalem uolumus quarto libro comprehendere. Quem quia unius uoluminis non patitur angustia, alteram partem eius quinto uolumini reseruamus, prudentissimi lectoris sollicitudinẽ præmonentes, ut sciat quid nobis in hoc explanandum, & quid sibi legendum sit.

Com/

A COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Ezechielem prophetam
liber quartus.

ET factus est &c. qui prophetant &c.] Hoc ꝺd nos posuimus: Qui prophetāt, & dices prophetanti bꝰ de corde suo: omisere Lxx. & pro eo quod nō habetur in Hebræo, addiderunt, & prophetabis & dices ad eos. Est aūt sermo contra pseudoprophetas, q decipiebant populū & contra dei mandata, aliud ꝓphetabāt. Nec quempiam moueat, cꝫ prophetæ appellantur: hanc enim habet sancta scriptura consuetudinem, ut unūquencꝫ uaticinationis suæ & sermonis prophetam nuncupet, sicut prophetæ appellantur Baal, & prophetæ idolorū & prophetæ cōfusionis. Vnde & apostolꝰ Paulꝰ poetā Græcū,
Tit.1.c prophetā uocat: Dixit quidā proprius eorū propheta: Crenses semper men-
Osee.9.b daces, malæ bestiæ,
B uētres pigri. Et in Osee legimus: Sicut ꝓpheta insaniens homo portās spiritum. Quicquid autē eo tēpore Israelitico populo dicebatur, hoc nunc refertur ad ecclesiā, ut prophetæ sancti sint apostoli & apostolici uiri. Prophetæ aūt mēdaces atqꝫ furiosi, oēs hæretici, quorū principes ex suo corde cōfingant: qui aūt ab eis seducti sunt, aliorū mendacijs acquiescāt. b ¶ Væ prop. &c.] Lxx. Væ his qui prophetant de corde suo, & omnino non uident, relinquentes illud quod à nobis propositū est, qui sequūtur spiritum suū. Cum prophetarum nomen secundum regulā scripturarū bonis malisꝫ commune sit, in eo differunt, quod boni prophetæ esse dicunt sapientes, mali autē stulti & insipientes, quorū alterū refert ad ecclesiasticos uiros, alterū ad oēs hæreticos, qui dei spiritū relinquentes, sequunt spiritū suum, quia nequaqꝫ diuino instinctu, sed proprio corde uaticinantur, unde & nihil uident. Qui autem sapiens est, nō cordis sui cogitationes, sed dei spiritum sequit, iuxta illud quod in superioribus
Supra.1.e animalia & rotæ spiritū dei sequebātur. Et propheta di-
Psal.118.e cit. Post dñm deum tuū ambulabis. Et in alio loco: De-
Psal.142.e duc me in semitā rectam. Et iterū: Spiritus tuus bonus
Exo.13.e ipse deducet me in terrā. Et populo dei, colūna ignis & nubes erat dux in solitudine. Et Hieremias loquit: Non laboraui sequens te. Quis aūt hæreticorum qui sequit spiritū suū, nō impingat in tenebris, & cæcus cæcos ducat in foueā? Vnde licet sibi in mysterijs, imò orgijs suis plura ecclesiasticis doctoribus uidere uideantur, tamē nihil omnino uidēt, quia solem iusticiæ perdiderūt fru-
Amos.7.e straꝫ imitantur eos qui prius uocabantur uidentes, &
Ioan.4.e quibus dicitur: Qui uides, uade: recede in terrā Iuda, & in Bethel non prophetabis. Quamobrem uisio Esaiæ & Abdiæ ponuntur in titulis. Et dominꝰ apostolis præcepit: Leuate oculos uestros & uidete. Et propheta supplici- C
ter deprecat: Reuela oculos meos, & consyderabo mi- Psal.118.c
rabilia de lege tua. c ¶ Quasi &c.] Dicamus primum iuxta Hebraicū. Prophetæ Israel uulpiū similes sunt ꝗri-
die auiū domesticarū furta facientes, qui habitant iuxta

Cap. XIII.

ET factus est sermō dñi ad me dicēs: Fili hominis, uaticinare ad prophetas Israel qui ꝓphetant, & dices prophetātibus de corde suo: Audite uerbū dñi: Hæc dicit dñs deus.
HEB. Vę prophetis insipiētibus, qui sequuntur spiritum suum & nihil uident.
SEP. Væ his qui prophetant de corde suo, & omnino non uident. Sicut uulpes in desertis prophetæ tui Israel. Non steterunt in firmamento & congregauerunt greges super domum Israel. Non resurrexerunt qui dicūt in die domini, uidentes mendacia, diuinantes uana, qui dicunt dicit dominus, & dominus nō misit eos, & cœperunt suscitare sermonem. Nónne uisionem falsam uidistis, & diuinationes uanas locuti estis? Et dicebatis, dicit dominus, & ego non sum locutus. Ideo Pro-
tionibus sentētiæ dei. Quia igitur uana cōspiciunt & diuinant mendaciū, & à dño missos esse se dicunt, cum nō sint missi ab eo, & perseuerāt in erroribus, & suū cupiūt firmare sermonem: arguuntur ꝙ omnia sint cassa quæ prædicant, suum mendaciū dñi sermonem esse dicētes. Porrò iuxta Lxx. hic sensus est: Oēs hæretici propter fraudulentiam ac nequitiam uulpiū similes sunt, de qui- Matth. 8.c
bus saluator loquitur: Vulpes foueas habēt, & uolucres Lu.13.g
cœli nidos. Et de Herode scriptū est: Dicite uulpi huic. Cant.2.d
& eisdem uulpibus quæ paruulos simplicesꝫ decipiūt, & populantur uineam Christi, Salomon loquitur: Capite nobis uulpes paruulas dissipantes uineas. Et in psalmo super his qui eorum fraudulentia supplantantur canitur: Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus Psal.62.c
gladij, partes uulpium erūt. Hi prophetæ ꝙ uulpium similes sunt, non steterunt in firmamento, nec cum Petro audire meruerūt: Tu es Petrus, & super hanc Petrā ædificabo ecclesiam meam. Nec Moysi similes sunt, cui dictū Matth.16.c
est: Tu uero hic sta mecū. Nec illius qui dicit: Statuit su- Deut.5.d
pra petram pedes meos, sed fluctuauerunt omni uento doctrinæ: Nec steterunt in firmamento: De quo in octauodecimo psalmo legimus: Cœli enarrant gloriam dei, & opera manuū eius annunciat firmamentum. Isti congregauerunt irrationabiles quosqꝫ, & propter nimiā innocentiam pecudum similes, contra domum dei. Vnde nunc dicitur: Et congregauerunt greges super domum Israel: nec surrexerunt ipsi, nec alios suscitare potuerūt, sed quæcunqꝫ egerunt & agunt, plena mendacijs sunt. Quodꝫ sequitur: Et cœperunt suscitare sermonē: illud significat, quod uelint quidem consurgere & se ad excel-

Aquilā & Lxx. in desertis, iuxta Symmachum & Theodotiōnē, in parietinis atꝫ ruinosis, qui nō possunt ascendere ex aduerso, neqꝫ murū pro domo Israel oppone- Num.16.g
re. Legimꝰ Aarō aduersum ignem Israelis populum deuorātem occurrisse & stetisse medium, & opposuisse murū pro salute populi. Hiere- Hiere.7.e
miæ quoqꝫ dicit, ne occurrat dño: neque stet cōtra irā eius orationis perseuerantia. Sicut ēn murus hosti opponitur, & aduersario occurri solet ex aduerso contra que uenienti: ita dei sententia sanctorum precibus frangitur. Vnde & Moysi dicitur: Dimitte me, & delebo populum istum. Cui enim dicitur: Di- Exod.32.c
mitte me, ostenditur D
ꝙ tenendi habeat facultatem. Isti stare nō possunt in prælio in die dñi, ut pro populo precibus dimicēt & resistant obsecrationibus sentētiæ dei.

A ſa ſuſtollere, ſed ꝺ̄d cupiant, implere non poſsint. Dicitq̄ eis: Nónne uiſionem falſam uidiſtis, & diuinationes uanas locuti eſtis? Quodq̄ ſequitur: Et dicebatis, dicit dominus, & ego non ſum locutus: in Lxx. non habetur.

« ¶ Propterea &c.] Sub prophetarū perſona, ſermo cōtra hæreticos eſt, qui loquūtur uana & uidēt mēdaciū, & perſeuerant ſuam firmare doctrinam, quod ipſe dñs cōtra eos ueniat atq̄ conſurgat, & extēdat manum ſuā ſuper illos ad percutiendū, & non contrahat ad parcendum, & cōminatur q̄ nō ſint in cōcilio populi dñi futuri, nec in eccleſia eius ſed in ſynagoga diaboli, nec ſcribātur in domo Iſrael. De quibus in alio loco dicitur: Super terrā ſcribantur non in terrā

Hiere.17.b

B Iſrael, quæ terra uiuētiū eſt, & de qua nūc dicitur, nec in terrā Iſrael ingredientur, ſed in terrā mortuorū & umbrā mortis: ut poſtq̄ iſta ꝓpeſsi fuerint, ſeparati à cœtu populi dei, intelligant quod ipſe ſit dominus. Pro eo ꝺ̄d nos uertimus, in concilio populi mei non erūt: Lxx. tranſtulerūt, in diſciplina ſiue in correptione populi mei non erunt. Alia enim aduerſariorum, alia filiorū correptio eſt. Vnde & Hieremias:

ibid.10.d Corripe, inquit, nos domine, ueruntamē in iudicio & nō in furore, ut nequaq̄ nos paucos facias. Effunde furorē tuum ſuper gentes quæ te ignorauerunt, & ſuper regna quæ nomen tuū non inuocauerunt.

b ¶ Eo quod &c.] Prophetæ Iſrael qui non erunt in cōcilio populi dei, nec ſcribētur in ſcriptura domus Iſrael, nec terrā repromiſsionis intrabūt: ideo iſta patien-

HEB. Prōpterea hæc dicit dominus deus: Quia locuti eſtis uana & uidiſtis mēdacium, ideo ecce ego ad uos, ait dominus deus. Et erit manus mea ſuper prophetas qui uident uana & diuinant mendacium. In concilio populi mei non erunt, & in ſcriptura domus Iſrael non ſcribentur, nec in terram Iſrael ingredientur: Et ſcietis quia ego dominus deus. Eo q̄ꝺ̄ deceperint populum meum dicētes: pax, & nō eſt pax. Et ipſe ædificabat parietē, illi autem linebant illum luto abſq̄ paleis. Dic ad eos qui linunt abſq̄ temperatura quod caſurus ſit. Erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes deſuper irruentes, & uentum procellæ diſsipantem. Si quidem & ecce cecidit paries. Nunquid non dicetur uobis, ubi eſt litura quam liuiſtis? Propterea hæc dicit dominus deus: Et faciam erumpere ſpiritum tempeſtatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides grandes iræ in conſummationē. Et deſtruam parietē quem liuiſtis abſq̄ temperamento & æquabo eum terræ, & reuelabitur fundamētum eius, & cadet & conſumetur in medio eius, & ſcietis quia ego ſum dominus. Et complebo indignationem meam in pariete, & in his qui linūt eū abſq̄ tēperamento, dicamq̄ uobis non eſt paries, & non ſunt qui linunt eum. Prophetæ Iſrael qui prophe-

tant

SEP. Ideo dic: Hæc dicit adonai dñs. Quoniā uerba ueſtra mendacia & diuina nationes ueſtræ uanæ: idcirco ecce ego ſuper uos, dicit dominus deus, & extendam manū meā ſuper prophetas qui uident mendacium & qui loquunt uana. In diſciplina populi meinō erunt, nec in ſcriptura domus Iſrael ſcribentur, & in terram Iſrael non intrabunt, & ſcient quia ego adonai dominus. Quoniā deceperunt populum meum dicentes: pax pax, & non erat pax, & iſte ædificabat parietem & iſti liniunt eum ſtulticia. Dic ad eos qui linunt ſtulticia, cadet. Erit pluuia inundans, & dabo lapides magnos in iuncturas eorum, & cadent. Et ſpiritus auferens, & diſrumpetur. Et ecce cecidit paries, & nō dicent ad uos, ubi eſt litura ueſtra quā liuiſtis? Propterea hęc dicit adonai dominus. Et diſrumpam ſpiritum auferentem in furore meo, & pluuia inundās in ira mea erit, & lapides magnos in furore inducam in conſummationem, & ſuffodiam parietem quem liuiſtis & cadet. Et ponam eum ſuper terram, & reuelabuntur fundamenta eius, & cadet, & conſumemini cum increpationibus, & cognoſcetis quia ego dominꝰ. Et complebo furorem meum ſuper parietem, & ſuper eos qui linunt eum, cadet: dixiq̄ ad uos: Non eſt paries, neque qui linunt eum prophetæ Iſrael, qui prophe-

tant

tur, quia deceperunt C populum meū: pro rigore pœnitētiæ & cō uerſanōis iniuria, pacē eis & proſpera nūciantes, ſecundum illud quod alibi dicit: Pax pax, ubi eſt pax? Hiere.10.d Deus itaq̄ metaphorice ædificabat eis p legis mādata ſanctorūq̄ prophetarū eloquia & cōminatiōes maceriā. Hoc em̄ uerbum Hebraicū ſignificat חָרַץ ut omnem ab illis incurſionē beſtiarum & hoſtilē impetum ſubmoueret: dum cōuerſi ad deū, hoc quaſi muro & pariete firmiſsimo cingerentur. Pſeudo uero prophetæ non ſemel, ſed frequenter pollicebantur eis pacē, hoc em̄ repetitus pacis ſermo ſignificat. Ipſumq̄ parietē qui in ſequentibus קִיר appellatur linebant pſeudoprophetæ abſq̄ temperamēto, ut interpretatus eſt Symmachus, hoc D eſt puro luto, & quod paleas nō haberet, ut nec præbere poſſet aliquā fortitudinem. Vt uero Lxx. & Theodotio, linūt eum ſtultitia: Aquila aūt uerbū Hebraicum טָפַל interpretatus eſt ἀναλῶσαι, quod ſignificat abſq̄ ſale, de tranſlatione tranſiens ad aliam translationem, ut quomodo cibus abſq̄ ſale nullum habet ſaporē, ita & lutū abſq̄ paleis quibus firmatur & ſtringitur, nil roboris poſsit præbere parieti. Dic, inq̄t, ad eos q̄ illis uana ꝓmittūt, et caſſum pollicentē auxiliū, ꝺ̄d caſurus ſit iſte paries & hæc maceria, & immittā imbrē uehemētiſsimū, hoſtes uidelicet ſæuiſsimos. Babylonios autē Chaldæos q̄ ſignificat, & eoſdē lapides grandinis deſuper irruentes, omnia per metaphorā: quo inſtabilē maceriā ſubitꝰ turbo ſubuertat & ſubruat, & poſtea dicat eis, id ē, pſeudo

A pseudoprophetis: ubi est litura quã leuissus, & ubi est qđ' poliiciti estis auxilium? Quicqd añt de pseudoprophetis dixim⁹, & ad hæreticos referri potest: quod oĩa eorũ dei ira figmenta soluantur, & ædificatio pessimorum dogmatũ, quæ spirit⁹ sancti non habet condimentũ corruat: & usque ad fundamẽta & puluerẽ dilabatur: & adæquetur ipsa maceria terræ, & cadat & cõsumãtur prophetæ qui promittebant: & populus cui promittebatur in medio ei⁹: ut postquã compleuerit indignationẽ suã & dixerit eis: non est iste paries: hoc est, nõ est uestra defensio & nõ sunt qui linunt eũ sed omnia uana sunt & in nihilum proficientia: tunc opere cognoscatis quod ego sim dñs. Vt autẽ sciamus qui sint isti qui li
B nunt parietẽ, Sequitur. Prophetæ Israel, hoc est pseudoprophetæ qui prophetãt ad Hierusalẽ, & uidẽt ei uisionem pacis: isti sunt causa peccati & ruinæ, & stultæ securitatis. Non enim erit pax, dicit dñs: quia dñs nõ misit eos: nec est locut⁹ ad eos. Hoc quod Lxx. transtulerunt, & super iuncturas eorum, in Hebraico nõ habetur. Significat autem iũcturas lapidum in pariete, uel adminicula lignorum, quibus parietes roborãtur. Necnõ illud quod supra legimus: ipse ædificabat parietẽ, pleriq; ad populũ referunt Israel, qui uanũ sibi uel Aegyptiorum uel pacis promittebat auxiliũ.
a ¶ Et tu fili, &c.] Supra ad prophetas diuinus sermo directus est, qui luto linebant parietẽ, quod paleas non haberet nec ullũ posset parieti siue maceriæ robur tribuere: Nunc aduersus filias populi prophetissas

HEB. tant ad Hierusalem, & uident ei uisionẽ pacis, & non est pax, dicit dominus deus. Et tũ fili hominis pone faciem tuam contra filias populi tui quæ prophetant de corde suo, & uaticinare super eas, & dic: Hæc dicit dominus deus: Væ his quæ consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite uniuersæ ætatis ad capiendas animas: & cum caperent animas populi mei, uiuificabant animas eorum. Et uiolabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmentum panis, ut interficerent animas, quæ non moriuntur: & uiuificarent animas quæ non uiuunt, mentientes populo meo credenti mendacijs. Propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad pulluillos uestros, quibus uos capitis animas uolantes: & disrumpam eos de brachijs uestris, & dimittam animas quas uos capitis, animas ad uolandum. Et disrumpam ceruicalia uestra, & liberabo populum meum de manu uestra, neque erunt ultra in manibus uestris ad prædam: & scietis quia ego dominus. Pro eo quod mœrere fecistis cor iusti mendaciter quem ego non contristaui, & confortastis manus impij ut non reuerteretur à uia sua mala & uiueret: Propterea uana non uidebitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, & eruam populum meũ de manu

SEP. tant super Hierusalẽ, & qui uident illi pacẽ, non est pax eis, dicit dominus deus. Et tu fili hominis, obfirma faciem tuam super filias populi tui quæ prophetant de corde suo, & propheta super eas & dices: Hæc dicit adonai dñs. Væ his quæ consuunt ceruicalia sub omni cubito manus: & faciunt uelamina super omne caput uniuersæ ætatis, ut peruertant animas. Animæ subuersæ sunt populi mei. Et animas saluabant, & contaminabant me ad populum meũ propter pugillũ hordei & fragmentum panis: ut occiderẽt animas quas nõ oportuit mori, & saluarent animas quas nõ oportuit uiuere: dum loquuntur populo audiẽti uanos sermones. Propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego super ceruicalia uestra super quæ uos colligitis animas, & disrumpã ea de brachijs uestris. Et dimittam animas quas uos peruertitis, animas eorum in dispersionẽ: & disrumpam uelamina uestra, & liberabo populũ meũ de manibus uestris, & nõ erunt ultra in manib. uestris in congregationem, & cognoscetis quia ego dominus. Pro eo quod peruertebatis animã iusti inique, & ego nõ puertebã eũ, & cõfortabatis manus iniq: ut penitus nõ cõuerteret à uia sua pessima & uiueret. Propterea mẽdacia uestra ultra nõ uidebitis & diuinatiões neq; q̃ diuinabitis adhuc: et liberabo populũ meũ de manu

iubetur faciẽ suã ponere siue dirigere: & ut Lxx. transtulerũt, obfirmare. Quomõ autẽ aduersum pphetas, alij pseudoprophetæ inspirabantur diabolico spiritu, ut dei mãdata subuerterent, ita aduersum pphetissas: qualis fuit Debora & Olda: & in Actib. apostolorũ Philippi euãgelistæ quatuor filiæ prophetantes, inspirabantur dæmoniaco spiritu aliæ eiusdẽ sexus, quarũ fuit Prisca & Maximilla, quæ uaticinatione mẽdacij, fidem subuerterũt ueritatis. Has autẽ dicunt Hebræi maleficis artib. eruditas, per necromãtias & pythicũ spiritũ: q̃lis fuit illa quæ uisa est suscitasse animam Samuelis. Et in Actibus apostolorũ, cuius diuinatio multos dominis reditus acqrebat, de qua ad apostoli Pauli impe- D riũ immũdus iectus est spiritus. Nos autẽ ita dicemus, alios hæreticos falsitate dogmatum suorũ prædicare uirtutẽ. Quorũ fuit Pythagoras & Zeno, à quo Stoici, Indorum brachmanes & Aethiopũ gymnosophistæ, qui ob uictus continẽtiam, miraculũ sui, gentibus tribuunt. Rectecq; dicuntur parietem linire: & aliquam fortitudinem polliceri: sed quia Christi non habent condimentum, uanus est eorum labor, & peritura ædificatio. Nisi enim dominus ædificauerit domum, in- Psal.126.a uanum laborant qui ædificant eam. Alij autem uoluptatum libidinis que doctores, dicuntur consuere puluillos, & ponere sub omni cubito manus, Epicurei, & Pyrrhonij, & apud nos Iouinianus & Eunomius, qui dicunt: Manducemus & bibam⁹, cras enim morietur. Iu-

C

Iudic.5.a
4.Reg.22.c
Act.21.b
1.Reg.28.c
Act.16.d

A Iubetur ergo prophe
ta ponere liue obfir/
mare faciē ſuam con/
tra filias populi ſui.
Primumq; dicendū,
quid ſibi uelit poſita
facies ſiue directa &
obfirmata. Nempe il/
lud quod de dño ſcri
ptum eſt: Facies dñi
ſuper facientes mala,
ut diſperdat de terra
memoriā eorū. Sicut
enim liqueſcit cera à
facie ignis: ſic pereūt
peccatores à facie dei.
Secūdū quē ſenſum
in hoc eodē prophe/
Infra.20.g ta dicit: Fili hoīs ob/
firma faciē tuā ſuper
Theman & Darom &
Nageb. Et iterum: Fa
Infra.21.a ctus eſt ſermo dñi ad
me, dicens: Fili ho/
minis, obfirma faciē
tuā ſuper filios Hieru
ſalem. Et poſt paulu/
lum: Factus eſt ſermo
Infra.25.a dñi ad me dicēs: Fili
hominis: obfirma fa/
ciem tuā ſuper filios
Infra.29.a Amon. Et rurſū: Ob/
firma uultū tuum ſu/
per Pharaonē regem
Infra.38.a Aegypti. Et iterū: Fili
B hominis, obfirma fa/
ciem tuā ſup Gog &
Magog. Et in alio lo/
Infra.14.c co: Firmabo faciē me
am ſuper hominem il
lum, & ponā illum in
deſertū & in diſſipa/
tionē & auferā eū de
medio populi: & ſcie
tis quia ego dñs. Væ
igitur his hæreſibus
hisq; doctrinis: quæ
requiē pollicētes, om
nem ætatē ſexumq; decipiūt, ut capiāt a/
nimas miſerorū & cō
taminent me ad po/
pulū meum, dum cre
dor diligere uolupta/
tem: & hoc nō ꝓpter
chorū & hemichorū
Oſee.5.a hordei: ut in Oſeæ le/
gimꝰ: ſed propter pu
gillū hordei quo bru
ta ueſcūtur animātia,
& fragmētum panis.
Non panē integrum
nec ſolida teſtimonia
ſcripturarū, ſed quæ
hæretica prauitate fra
cta & decurtata atq;
imminuta ſunt: ut ſā/
ctos quoſq; decipiāt
& ad mortē trahāt, &
peccatores uanis pro
miſſionibus uiuifica
re cōtēdāt. Propterea

HEB. nu ueſtra, & ſcietis quia ego dñs. Cap. XIIII

ET uenerūnt ad me ui
ri ſeniores Iſrael, & ſe/
derunt coram me. Et fa/
ctus eſt ſermo dñi ad me
dicēs: Fili hominis, uiri iſti
poſuerunt immundicias
ſuas in cordibus ſuis, & ſcā
dalum iniquitatis ſuæ ſta/
tuerunt contra faciem ſu/
am: nunquid interrogatus
reſpondebo eis? Propter
hoc loquere eis & dices ad
eos: Hæc dicit dominus
deus: Homo homo de do
mo Iſrael qui poſuerit im/
mundicias ſuas in corde
ſuo: & ſcandalum iniquita
tis ſuæ ſtatuerit ei contra
faciem ſuam: & uenerit ad
prophetam interrogans
eum per me, ego dominus
reſpondebo ei in multi/
tudine immundiciarum ſu
arum: ut capiatur domus
Iſrael in corde ſuo, quo re/
ceſſerunt à me in cunctis
idolis ſuis. Propterea dic
ad domū Iſrael: Hæc dicit
dominus deus: Cōuertimi
ni & recedite ab idolis ue/
ſtris, & ab uniuerſis cōta/
minationibus ueſtris auer
tite faciesueſtras. Quia ho
mo homo de domo Iſrael
& de proſelytis quicūque
aduena fuerit in Iſrael, ſi
alienatus fuerit in Iſrael
à me: & poſuerit idola ſua
in corde ſuo, & ſcanda/
lum iniquitatis ſuæ ſtatue/
rit contra faciem ſuam, &
uenerit ad prophetam ut
interroget per eum me:
ego dominus reſpondebo
ei per me. Et ponam fa/
ciem meam ſuper homi/
nem illum, & faciam eum
in exemplum & in prouer
bium

SEP. nu ueſtra, & ſcietis quia ego dñs. Cap. XIIII

ET uenerunt ad me ui
ri de ſeniorib. Iſrael,
& ſederūt ante faciē meā.
Et factus eſt ſermo dñi ad
me, dicēs: Fili hominis, uiri
iſti poſuerūt cogitationes
ſuas in cordibus ſuis, & tor
mētū iniquitatū ſuarū po/
ſuerūt ante faciē ſuā: ſi re/
ſpondens reſpōdebo eis?
Propterea loqueris eis, &
dic ad eos: Hæc dicit ado/
nai dñs: Homo homo de
domo Iſrael q̄ poſuerit co
gitationes ſuas in corde
ſuo, & tormentū iniqtatis
ſuæ poſuerit ante faciem
ſuā, & uenerit ad prophe/
tam ut interroget eum in
me: ego dñs reſpondebo
ei in his quib. tenetur mēs
eius: ut auerteret domum
Iſrael ſecundum corda eo/
rum quæ abalienata ſunt
à me in cogitationibus eo/
rum. Propterea dic ad do/
mum Iſrael. Hæc dicit do/
minus deus: Cōuertimini
& recedite ab inuentioni/
bus ueſtris, & ab omnibus
impietatibus ueſtris, & cō/
uertite facies ueſtras ad
me: Quia homo homo de
domo Iſrael & de aduenis
qui peregrinantur in terra
Iſrael, qui abalienatus fue/
rit à me, & poſuerit cogita
tiones ſuas in corde ſuo,
& tormentum iniquitatis
ſuæ poſuerit ante faciem
ſuam: & uenerit ad pro/
phetā ut interroget eum
in me, ego dominus re/
ſpondebo ei in eo quo
tenetur, & obfirmabo fa/
ciem meam ſuper homi/
nem illum: & ponam eum
in deſertum & in exter/
minium

clemēs & miſericors C
deus non ipſas pro/
phetiſſas iterficit, ſed
diſrūpit puluillos ea/
rum, qui inſtar retiū
uolātes animas capi/
unt: ut poſtquā rupti
fuerint, liberā uolādi
habeant facultatem.
Et ſcindet uelamina
ſiue ceruicalia, in qui
bus principale ani/
mæ recūbebat, & qui
bus deceptorū capi/
ta operiebantur: Cū 2.Cor.3.d
Apoſtolus doceat ui/
rorū capita non uelā/
da, ſed reuelata facie
dñi gloriā contēplan
dam: Vos enim, inqt,
falſis terroribus ſer/
uiētium deo animos
frāgebatis: & promiſ/
ſionibus fraudulētis,
impios tenebatis in/
cluſos: ne agētes pœ/
nitentiā, uitam recipe
rent quam perdide/
rāt. Propterea uanas
nequaquā uidebitis
uiſiones, nec uocabo
ueſtra mendacia pro
phetias, ſed diuinatio
nes, de quib. ſcriptū
eſt: Nō eſt augurium Num.23.d
in Iacob neq; diuina D
tio in Iſrael: ut eruam
populū meum de ma
nibus ueſtris, & ope/
re cognoſcatis me eſ/
ſe dñm, qui perditos
liberaui.

Cap. XIIII

ET uenerūt ad me
uiri ſeniores Iſra/
el, & ſederunt coram
&c.] Poſtq̄ locutꝰ eſt
ad prophetas qui ꝓ/
phetabant in corde
ſuo, & linebant parie
tem abſq; tēperamen
to: & ad prophetiſſas
quæ conſuebāt cerui
calia & ponebant ſub
omni cubito manus:
faciebantq; uelami/
na, & operiebant ca/
pita uniuerſæ ætatis,
per quæ peruerſorū
dogmatum doctrina
monſtratur: uenerūt
ad prophetam, non
omnes ſenes ne cun/
cti uiderētur errare,
ſed quidā ſeniorum
Iſrael. & ſederunt co/
ram propheta: quam
ob cauſam uenīſſent
interim ſilentio diffe/
rentes: ſtatimq; dei
ſermo factus eſt ad
prophetam, indicās
cur

A cur adessent: Neq; enim naturæ hominis est quãuis sancti cordis arcana cognoscere: Vnde de solo dicit saluatore: Videns autẽ Iesus cogitationes eorũ, dixit: Vtqd cogitatis mala in cordib. uestris? Et est sensus: Fili hominis, isti uiri qui corã te sedẽt, posuerũt immundicias suas in cordib. suis siue cogitatiões: & iuxta Symmachũ & Theodotionẽ idola & scandalũ: id est, ruinã atq; tormentũ iniqtatis suæ, posuerũt contra faciẽ suã, & sic ad scisciten-dum dñi uenere sermonẽ: Nũquid huiusce modi hominib. debeo respondere: qui cũ cogitationib. pristinis ad me ueniũt: ne hoc quidẽ tẽpore impietatis suæ scelera relinquẽtes, sed credentes idolis & diuinationib. fraudulẽtis & habentes ruinã iniquitatis contra faciem suam atq; tormentum, dũ meliora desperãt: & parati sunt ad suppliciũ, & sic mea per te cupiunt uerba cognoscere? Quia igit̃ peruerso ad te corde uenerũt: respondeis nõ ex persona tua, ne leuis sit autoritas respõdẽtis, sed ex meo imperio, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus. Est autẽ totius loci, ut latã explanationẽ breui sermone comprehẽdam, ista sentẽtia: Homo homo non aliarũ gentiũ, quarũ error potest habere ueniã, sed domus Israel: qui cum pristinis uitijs, de quib. supra diximus, ad prophetã uenerit scisciandũ: ego respõdebo ei iuxta cor & immũdicias suas: ut iuxta quod uult & credit, ita & audiat. Nõ enim mereẽ correctionẽ: qui nõ discẽdi, sed tentãdi animo interrogat. Recesserũt enim à me, & idola sunt secuti. Breuisq; ista est cõminatio, ut recedãt ab idolis cogitationibusq; peruersis, & cõuertantur ad me, priora scelera relinquẽtes. Nõ enim meretur audire ueritatẽ, qui fraudulenter interrogat: sed suo corde capiẽdus est: secundum quod scribæ & pharisæi interrogantes dominũ imò tentantes, audiũt: Quid me tentatis? Et rursum: Nec ego dicam uobis, in qua uirtute hæc faciam. Qui autẽ homo talis est & sic interrogat: ponit deus faciẽ suam super illũ, siue confirmat: ut austeritate uultus, frontis duritia molliatur, & sit in exemplũ & in prouerbium, siue in solitudinem & in interitũ: ut illo perdito de populo dei, cognoscant cæteri quod ipse sit dñs qui cordis arcana cognoscit, & peruersitatẽ mentis intelligit: nec cõsiderat uerba loquentiũ, sed corda. Quodq; sequitur, & uidetur facere quæstionẽ: Propheta cum errauerit & locutus fuerit uerbum, ego dominus decepi prophetam illum: non putemus de uero propheta dici, sed de pseudopropheta, qui σπουδογραφος propheta appellatur. Et de illo scripturarũ loco solui potest: quãdo Achab rex Israel uadẽs ad prælium, non uult audire Micheam prophetã: sed pseudoprophetarũ consilijs acquieuit. Dicitq; Micheas, quod uiderit dñm sedentẽ in solio, & erroris spiritũ ultro se obtulisse ad decipiendũ regem. Diabolus quoq; in uolumine Iob circuiens terrã: stare dicitur in cõspectu dei, & in substantiam primo Iob: deinde in corpus eius accipere à dño potestatẽ. Sed & Balaam hariolus à domino mittitur, ut decipiat Balac filiũ Beor. Hoc autẽ totũ dicitur, ne pseudoprophetarum fortitudini reputetur, quod decipitur populus: & magis uult audire mendaciũ, quàm ueritati aurem accõmodare, sed quo dei iræ sit, ut peruersus populus & incredulꝰ magis pseudoprophetas audiat quàm prophetas. Deniq; extẽdit manum suam super eum: subauditur prophetã: & deletur de medio populi eius ut portet iniquitatẽ suã: quia simili erroris, & pœna cõsimilis sit: ut tã ille q̃ interrogat quàm ille qui interrogatur portent iniquitatẽ suam: & nequaq; domus Israel eorũ qui dei uerba audire uoluerint, peruersis uaticinationibus illudat̃, sed sit populꝰ dei: & ipse dominũ habere mereat̃. In eo quod dixit: Ego dñs decepi illũ: Salomonis uerba consentiunt, qui de deo disputans, ait: Et illusoribus illudet, illudq; testimoniũ: Si ambulauerint ad me peruersi, & ego ambulabo contra eos in furore peruerso. Quodq; secundo dicitur, homo, homo filiorũ Israel & aduenarum qui iuncti sunt eis: duplicem in nobis iuxta Apostolum ostendit hominẽ, exteriorem & interiorẽ. Multi enim habentes hominis faciem corporalẽ, diuersarum bestiarũ assumũt imagines: quas dissipari propheta cupiens, deprecat̃ur: Domine in ciuitate tua imaginẽ eorũ dissipabis. Illi de quibus scriptũ est: Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumẽtis insipientibus, & similis factus est illis: non sunt homines homines, sed homines sunt iumẽta. Rursum qui in euangelio audiũt: Serpentes genimina uiperarũ: quis ostendit uobis fugere à uẽtura iraꝫ nõ sunt homines homines, sed homines atq; serpentes. Et de quibus scriptum est: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos. Ac de Herode: Dicite uulpi huic: nõ sunt homines homines, sed homines uulpes. Qui uero utrũq; hominis uocabulũ possident: si erraũerint, ideo per supplicia corriguntur, ut intelligant quod ipse sit dominus. Necnon quod iuxta LXX. posuimus: Homo qui abalienatus fuerit à me, & posuerit cogitationes suas in corde suo, & tormentum siue supplicium iniquitatis suæ ante faciem suam, illi testimonio conuenit quod in Esaia scriptum est: Ambulate in lumine ignis uestri, & in flamma quam succẽdistis. Vnusquisq; enim ipse sibi flammarum succendit ardores paratq; supplicia, dum non uult pœnitudine errata corrigere, sed permanet in erroribus qui flammarũ meretur incendium.

a ¶ Et factus est sermo, &c.] Quatuor plagæ inducũtur super terram præuaricatricem: siue ut LXX. trãstulerunt peccatricẽ: fames, bestia, gladius, pestilentia: quarũ si singulæ per partes inductæ fuerit singulis regionib. & tres uiri isti Noe & Daniel & Iob: quorũ iustitia scripturarũ uocib. prædicat̃, pro terra peccatrice fuerint deprecati: non

HEBR. bium, & dispersam eum de medio populi mei, & scietis quia ego dominus. Et propheta cum errauerit & locutus fuerit uerbum: ego dominus decepi prophetam illum, & extendam manum meam super eum: & delebo eum de medio populi mei Israel. Et portabunt iniquitatem suam: iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophetæ erit, ut non erret domus Israel à me neque polluatur in uniuersis præuaricationibus suis, sed sit mihi in populum, & ego sim eis in deum: ait dominus exercituum.

SEPT. miniũ, & auferam eũ de médio populi mei, & cognoscetis quia ego dominus. Et propheta si errauerit & locutus fuerit uerbum: ego dominus errare feci prophetam illum. Et extẽdã manum meam super eũ, & exterminabo illũ de medio populi mei Israel. Et accipiẽt iniquitatem suam secũdum iniquitatem interrogantis, & iniquitas similiter prophetæ erit: ut nequaquam erret domus Israel à me, & non polluantur adhuc in cunctis delictis suis. Et erunt mihi in populum: & ego ero eis in deum, dicit adonai dominus.

B Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, terra cum peccauerit mihi ut præuaricetur præuaricãs: extendam

C Num. 22. b

D Prouer. 3. d

Leui. 26. c

1. Cor. 12. f

Psal. 72. c

Ibi. 48. d

Matth. 23. d

Matth. 8. e

Luc. 13. g

Esa. 50. d

3. Reg. 22

Matth. 11. c

Ibi. cap. 2

A non ſolum illam ſaluare non poterũt: ſed ne filios quidẽ & filias ſuas ſi terræ peccatricis opera perpetrarint: ſed ſeipſos tantũmodo poterũt liberare. Quæriẽ cũ & Abraham & Iſaac & Iacob, Moyſes quoq; & cæteri patriarchæ & prophetæ iuſti fuerint: cur horũ tantũmodo fiat mentio quod facile ſolui-

Gene.6.&7 tur: Noe enim immittens orbi terrarũ diluuium, quia omnis terra polluerat uias dñi, prohibere nõ potuit: ſed filios qui forſitan eiuſdẽ uirtutis erant, & ob ſeminariũ humani generis haDan.1.b buit reſeruatos. Daniel quoq; imminentem captiuitatem populi Iudæorũ, nullis fletib⁹ mitigauit. Sed

Iob.1.d & Iob nõ ob peccata, ſed ob ꝓbationẽ, nec domum nec filios liberauit. Alij autem dicunt, quia hi tantum tres uiri & ꝓſpera & aduerſa, & rurſum ꝓſpera conſpexerunt: idcirco pariter nominatos, & hoc latenter ſignificari: ut quomodo illi & bona & mala, & rurſum læta uiderunt: ſic & populũ Iſrael qui pri⁹ bonis fruitus fuerat: &

B poſtea captiuitatis ſuſtinuit iugum: ſi egerit pœnitẽtiã, redire ad priſtinã felicitatem. Quod ſi Noe & Daniel & Iob pariter cõgregati, & in uno loco poſiti, peccatricẽ terrã: hoc eſt eos q in terra habitãt, nõ poſſunt iræ dei ſubtrahere: quid dicẽdum eſt de his, qui putãt meritorio parẽtum atq; uirtutibus poſſe filios peccatores de gehennæ ignibus liberari? Vnde nec peccatorem filium, iuſtus pater poterit liberare, nec ſanctæ cõuerſationis mater, impudicæ filiæ

Infra.18.a dabit præmia pudicitiæ. Et ecõtrario, parentũ uitia filijs non nocebũt, ſed anima quæ peccauerit, ipſa morietur.

Gene.19.d Lot in Sodomis habitans, ſed & ſpiritu & carne peregrinus: uxorẽ quia poſt tergũ reſpexerat non liberauit: ſed

4.Reg.23.f tantum filias, quæ forſitan non peccauerãt. Et Ioſias uir ſanctus, non ſolum peccatorẽ populum ſuis uirtutibus non ſaluauit: ſed & ipſe in peccatis illius mortuus eſt. Quod ſi aliquãdo propter Abraham & Dauid in poſteros eorũ miſericordiã ſuam dominus pollicetur: notandum quod non his parcat qui in ſceleribus perſeuerẽt: ſed qui agunt pœnitudinẽ, ut merita patrum, filiorũ adiuuet conuerſio, Cum, inquit, hæc ſe ita habeant, & terrã peccatricem à ſingulis plagis tantorũ uirorũ non ſaluet deprecatio, ſic dicit dñs deus: quia Hieruſalem nefanda peccauit, quatuor ſimul plagas inducam ſuper eam: gladium, quo ab hoſtibus trucidatur: & famẽ, quam in obſidione ſuſtinet: & beſtias, quibus fugiẽtes in deſertis & ſaltibus deuorant: & peſtilentiã, quæ ſemper famẽ ac penuriam ſequitur: Pro qua uulgata æditio mortẽ tranſtulit.

Hæc autẽ, inquit, inducã ſuper eam, ut nec homines in C
ea remaneant, nec iumenta. Et tamẽ pro mea clementia
quatuor ſimul imminẽtibus plagis & cũcta uaſtãtibus:
relinquã in ea aliquos qui educant filios ſuos & filias, &
captiui huc ueniant: hoc eſt, in Babylonẽ & in Chaldæã:

extendam manum ſuper eam, & conteram uirgam panis eius: & immittam in eam famem, & interficiã de ea hominẽ & iumenta. Et ſi fuerint tres uiri iſti in medio eius, Noe & Daniel & Iob: ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas, ait dominus exercituũ. Quod ſi & beſtias peſsimas induxero ſuper terrã ut uaſtem eam: & fuerit inuia eo quod non ſit pertranſiens propter beſtias: tres uiri iſti ſi fuerint in ea: uiuo ego dicit dñs, quia nec filios nec filias liberabunt: ſed ipſi ſoli liberabũtur, terra autẽ deſolabitur. Vel ſi gladium induxero ſuper terram illã: & dixero gladio, tranſi per terram: & interfecero de ea hominem & iumentum, & tres uiri iſti fuerint in medio eius: uiuo ego, dicit dominus deus: non liberabũt filios neq; filias, ſed ipſi ſoli liberabuntur. Si autem & peſtilentiam immiſero ſuper terram illam, & effudero indignationem meam ſuper eam in ſanguine: ut auferam ex ea hominem & iumentum: & Noe & Daniel & Iob fuerint in medio eius: uiuo ego, dicit domin⁹ deus: quia filium & filiam non liberabunt, ſed ipſi in iuſtitia ſua liberabũt animas ſuas. Quoniã hæc dicit dominus deus: Quod ſi quatuor iudicia mea peſsima, gladium & famem & beſtias malas & peſtilentiam miſero in Hieruſalem, ut interficiam de ea hominem & pecus: tamẽ relinquetur in ea ſaluatio educentium filios & filias. Ecce ipſi egredientur ad uos & uidebitis uiam eorũ & adinuentiones eorum: & cõſolabimini ſuper malo quod induxi in Hieruſalẽ in omnibus quæ importaui ſuper eã. Et cõſolabuntur uos cum uideritis uiam eorum & adinuentiones eorũ: & cognoſcetis quod nõ fruſtra fecerim omnia quæ feci in ea, ait dñs deus. Cap. XV

ut cum uideritis eos & opera ipſorũ perſpexeritis, tũc intelligatis iuſte eos captos, & meam iuſtã fuiſſe ſententiam, & habeat cõſolationẽ ueſtra captiuitas: dũ intelligitis, idcirco me eos de gladio, fame, beſtijs, & peſtilentia liberaſſe: ut eorum peruerſitate diſcatis, merito eorũ ſubuerſam Hieruſalẽ tẽplumq; ſuccenſum, & populum ductum eſſe captiuũ, præter eos quos gladius, fames, beſtiæ, peſtilentiaq; cõſumpſerit. Hæc dicta ſint de illa Hieruſalẽ, cui prophetãte Ezechiele apud Chaldæos appropinquabat captiuitas. Cæterũ & ſuper noſtrã terrã cui dicit: Terra es & in terram ibis, & ſuper noſtrã Hieruſalẽ ſingulosq; credẽtiũ: ſi dei mãdata contẽpſerint D
& præuaricatores me ruerint appellari: inducetur fames, nõ fames panis neq; ſitis aquæ, ſed fames audiendi uerbum dei. Inducetur & gladi⁹, de quo legimus: Tradẽtur in manus gladij, partes uulpiũ erunt. Et ad Mariam: Tuam quoq; animã ptranſibit gladi⁹. Inducẽtur & beſtiæ: quibus ne tradaſ iuſtus, poſtulat: Ne tradas beſtijs animam confitentẽ tibi. Inducetur & peſtilẽtia: pro qua Lxx. mortẽ interpretati ſunt. De qua ſcriptum eſt: Mors peccatorũ peſsima eſt. Et: Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Et, ſi ſic ſeparat amara mors. De quib. cunctis, nec ſpiritualiũ parentum quos magiſtros intelligimus doctrina: nec principes nos poterũt liberare, niſi filiorum fuerit aſſenſus, & illorũ obſecrationes ſuis conatibus iuuerint. Iuſtitia enim iuſti erit ſuper eum: & iniquitas iniqui in ipſo commorabitur. Vnuſquiſque peccato
proprio morieſ, & iuſtitia ſua ſaluabitur. Fruſtraq; dicũt
Iudæi: Abrahã pater noſter, cum opera Abraham non
habeãt. Quod ſi in aliquo fiducia eſt, in ſolo domino cõfidamus. Maledict⁹ enim omnis homo qui ſpem habet
in homine: quamuis ſancti ſint, quamuis prophetæ. Legimus: Nolite confidere in hominibus. Et iterum: Bonum eſt confidere in domino, quàm confidere in principibus. Non in principibus tantum ſeculi: ſed & in principibus eccleſiarum: qui ſuas tantum animas ſi iuſti fuerint liberabũt. Filios autem ac filias, quos in eccleſia genuerint, ſi fuerint negligentes, ſaluare non poterunt: & tamen Apoſtolus loquitur: Si cuius opus arſerit

Pſal.67.c
Luc.2.c
Pſal.77.d
Pſal.33.d
Deute.24.d
Ioan.8.c
Hierem.17.d
Pſal.144.d
Ibidem.d

A ſerit,ipſe ſaluus erit:ſic tamē quaſi per ignem. Manus au
Leuit.3.c tem ſuper terram præuaricatricē extēditur,ut uirga ſiue fortitudo panis cōteratur. Quæ extēta,minatur plagas, nolēte qui eam extēdit & ſubleuat peccantes percutere, ſed extenſione terrere,& territos cōſeruare. Ca. XV

ET factus eſt, &c.] Pro eo quod nos interpretati ſumus: utranq; partem eius conſumpſit ignis, & medietas eius redacta eſt in fauillam: Lxx. tranſtulerūt: Annuā purgationē eius conſumit ignis & dimittit in finem. Rurſum ubi nos diximus: Cū poſuero faciem meā in eos, illi uerterunt, cū obfirmauero. Præuaricationē quoque, delictum interpretati ſunt. Varijs autē ſimilitudinib. quas Græci parabolas uocant: prænūciatur ſubuerſio urbis Hieruſalem.
supra 4.d Et quomō ſupra in ſartagine in qua carnes populi frigebantur,& in latere in quo munimēta & aggeres arietum ac uinearum machinæ pingebant, eiuſdem urbis obſeſſio fames q; deſcripta eſt: & poſtea in
B hoc eodem lecturi ſumus: In Hieremia q; que ſcriptum eſt Ol-
Hiere.2.c lam quæ à facie aquilonis accenditur, ſignificare urbem Hieruſalem: ſaltus q; Nageb & Theman & Darom, ſuciſus, hoc ipſum prænunciat: ſic in præſenti loco eadem Hieruſalem, uineæ & uiti fructiferæ cōparatur. De qua
Hiere.2.d in alio loco ſcriptum eſt: Ego te plantaui uineā frugiferā, omnem ueram: quomodo conuerſa es in amaritudinē
Eſa.5.a uitis alienæ? Et in Eſaia: Plātaui, inqt, uineā ſorek, quod
Pſal.79.b electam & pulchrā ſonat. Et in pſalmis legimus: Vineā ex Aegypto tranſtuliſti: eieciſti gentes & plantaſti eam. Dux itineris fuiſti in conſpectu eius. Et manifeſtius diſcimus ſcriptura dicente: Vinea autē domini ſabaoth domus eſt Iſrael. Hæc uinea quandiu affert fructus, in omnibus lignis ſaltuū nihil ea precioſius eſt. Sin autē uuas habere deſierit: in nullo utilis erit, niſi ut cum radice & propaginibus ſuis, tradatur incendio. Cætera ligna ſyluarum, ut de pomiferis arboribus taceam: quorū & ſcriptura modo nullam facit mentionem, cum poma nō habeant, ſucciſa plurimā præbent utilitatem: & in omnem agriculturam & in uſum armorum proficiunt: dum attenuantur in ſcuta, raduntur in haſtilia, cludunt foribus, continent armarijs, riſco, loculis, omnemq; domus tribuunt ſupellectilem. Vitis autem ſi ſemel uuas afferre ceſſauerit: intātum inutilis eſt, ut ne paxillus quidem ex ea poſsit fieri, de quo aliquid pēdeat. Cumq; malleolos excideris, utrāq; partem eorum primū ignis arripit: deinde flāma conſumit, tantumq; nihil prodeſt cum reducta fuerit in fauillam: ut etiam cum integra ſit, abſq; frugibus nullam præbeat utilitatem. Ambiguitas autē uerbi Hebraici שְׁנֵי quod tribus literis ſcribitur, ש & נ & י Si legatur שְׁנֵי duo ſignificat: ſi שָׁנִים annos. Vnde factū eſt, ut pro duabus ſummitatibus eius, quod nos interpretati ſumus utranq; partem eius: Lxx. interpretarentur, annuam purgationē eius, cum Aquila dixe C
rit, duo nouiſsima eius: Symmachus & Theodotio, duas ſummitates eius. Et eſt ordo. Sicut uitis infructuoſa incēdio traditur in nullam utilitatē: ſic & Hieruſalē, imò habitatores eius tradentur ardoribus: ut egrediantur de igne, & ignis cōſumat eos: id eſt, etiā ſi de urbe euaſerint, foris hoſtili gladio conſumētur: & qui remāſerint, ipſo miſeriarū preſſi pondere, me eſſe dominū recognoſcent: cum poſuero ſiue ob firmauero faciē meā ſuper eos, & dedero illos in æternam ſolitudinem. Nō enim peccatores ſicut cæteræ gētes, ſed præuaricatores extiterūt. Aliud eſt em̄ negligere q̄ ignores, aliud cōtemnere quod colueris. Poſſumus uineam & Hieruſalem iuxta intelligentiā ſpiritualē, intelligere credentiū multitudinem. Quæ ſi negligens fuerit, & culturā priſtinæ religionis amiſerit, nec attulerit fruges uirtutum: nec uinum fecerit quod lætificat cor hominis, æternis D
tradetur ardoribꝰ, & in nihilū reputabit. Seruus enim qui ſcit Luc.12.f
uoluntatē dñi ſui, & non facit eam, uapulabit multis. Tale quid & dñs loquit in euāgelio ſecundū Ioannē: Ego ſum uitis uera, & pater Ioan.15.a
meus agricola. Omnis palmes qui manet in me & nō facit fructū, tollet illum pater. Et omnis qui affert fructū, purgabit eum ut fructum plus afferat. Sin autem ſaluator uitis eſt & nos palmites, & deus pater agricola: quandiu dei præcepta ſeruamus, ſemper excolimur: & cultura noſtra purgatio eſt. Nō eſt enim uolentis neq; curren Rom.9.d
tis, ſed miſerentis dei. Quod ſi afferētes fructum, purgamur à patre, ut fructus ampliores afferamus: oſtenditur omnem noſtrū conatum adiutorio dei peruenire ad finem, & fructum facere plenitudinis. Qui autem palmes fruges non fecerit, tolletur à patre. Et cum ſublatus fuerit, quid de eo pater faciat, ſcriptura nō dicit: niſi forte ſeparatio à Chriſti corpore, pœna perpetua eſt & interit. Quod in uinea & uite intelleximus, ſub alia figura ſaluator docet in euangelio: Bonum eſt ſal: ſi autem ſal inſa Marc.9.g
tuatum fuerit, ad nihil eſt utile: niſi ut foris proiiciatur, & ab hominibus conculcetur. Et oculus qui totum corpus illuminat: ſi fuerit excæcatus, audit à domino: Si lumen Matth.9.c
quod in te eſt tenebræ ſunt: ipſæ tenebræ quantæ erunt? Comparatione quippe præuaricatoris & eius qui cōfeſſum prius negauerit deū, leuior pœna eſt eorū qui nunquam dei habuere notitiā. Ligna autem ſaltuū ſiue ſyluarum, ſecundum uarietatē credentium, habent in magna domo aliquam utilitatem: in qua non ſolū uaſa aurea & argentea ſunt, ſed lignea & fictilia: alia in honorem, alia in contumeliam.

Cap. XVI

ET factus eſt &c.] In quib. breuis erat ſingularū prophetiarū circūſcriptio, tota capitula poſuimus, quid nobis uideret ilico ſubiūgentes. Hic aūt quia lōgus ad Hieruſalē ſermo dirigitur teſtificātis & docētis eam peccata quæ

ET factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis, quid fiet ligno uitis ex omnibus lignis nemorum quæ ſunt inter ligna ſyluarum? Nunquid tolletur de illa lignum ut fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus: ut pendeat ex eo quodcunq; uas? Ecce igni datū eſt in eſcam, utranque partem eius conſumpſit ignis, & medietas eius redacta eſt in fauillam. Nunquid utile erit ad opus? Etiam cum eſſet integrum non erat aptum ad opus: quanto magis cum ignis illud deuorauerit & combuſſerit, nihil ex eo fiet operis? Propterea hæc dicit dominus deus: Quomodo lignum uitis inter ligna ſyluarum quod dedi igni ad deuorandū: ſic tradā habitatores Hieruſalem, & ponam faciē meam in eos. De igne egredientur, & ignis conſumet eos. Et ſcietis quia ego dominus, cum poſuero faciem meā in eos, & dedero terram inuiam & deſolatam, eo quod præuaricatores extiterint, dicit dominus deus.

Cap. XVI

ET factus eſt ſermo domini ad me, dicēs: Fili hominis, notas fac Hieruſalē abominationes ſuas, & dices: Hæc dicit dominus deus Hieruſalem:

ET factus eſt ſermo domini ad me, dicēs: Fili hominis: teſtificare Hieruſalem iniquitates ſuas, & dices ad eam: Hæc dicit adonai dominus:

Radix

quæ fecerit,& penè uſque ad ducentorũ uerſuum numerum extenditur uaticinium, uſque ad eum uidelicet locum in quo ſcriptum eſt, Cum placatus fuero tibi in omnibus quæ feciſti, dicit dñs deus, neceſſe habemus omnem prophetiam per partes ponere: & his quæ propoſuerimus, explanationes debitas coaptare.

Rãdix tua & generatio tua de terra Chanaan. Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa.

HEBR. Et quãdõ nata es, ĩ die ortus tui nõ eſt præciſus umbilicus tuus, & in aqua non es lota in ſalutem: nec ſale ſalita, nec inuoluta pannis. Non pepercit ſuper te oculus, ut faceret tibi unum de his, miſertus tui: ſed proiecta es ſuper faciem terræ, in abiectione animæ tuæ, in die qua nata es.

SEPTVA. Et generatio tua in die qua nata es: non ligauerunt mamillas tuas, & umbilicus tuus non eſt præciſus, & in aqua non es lota in ſalutem, nec ſale ſalita: & pannis non es inuoluta: nec pepercit ſuper te oculus tuus ut facerẽ tibi unũ ex omnibus iſtis, & pateretur quippiam ſuper te: & proiecta es ſuper faciem campi prauitate animæ tuæ, in die qua nata es.

Sub ꝓſona mulieris meretricis quæ primum uiri fuerit conſortio copulata: Hieruſalem & ortus, & educatio, & pubertas, & nuptiæ, & adulterium, & repudium, & rurſum reuocatio cõtexit: ut & clemẽtia uiri atq; iudiciũ, & adulteræ atque meretricis ſcelera cognoſcãtur: dũ poſt uniuerſa ſupplicia ſuſcitat ei pactum ſempiternũ, ut recordetur iniquitatis ſuæ & cõfundatur: & non ſit ei ultra aperire os præ cõfuſione ſua, cum placatus fuerit illi in omnib. quæ fecerat. Multũ namq; prodeſt peccatoribus ſcire quid fe-
Pſal. 50 cerint. Vnde & pœnitens loquitur: Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatũ meum corã me eſt ſemper. Quatuor autem modis intelligi poteſt Hieruſalem: Vel hæc quæ Babylonio & Rhomano igne ſuccenſa eſt, uel cœleſtis primitiuorum, uel eccleſia quæ interpretatur uiſio pacis, uel animæ ſingulorũ quæ fide cernunt
B deum. Illudq; quod plericq; de cœleſti Hieruſalẽ interpretandum putãt, eccleſia non recipit: ne omnia quæ in præſenti prophetia cõtexuntur, ad cœleſtium fortitudinum ruinas atque cruciatus, & reſtitutionem in priſtinũ ſtatum ſuſcipere compellamur. a ¶ Radix tua & generatio tua de terra Chanaan &c.] Magna fides & grãdis audacia prophetarum, unum hominem, totam urbem
Dan. 13. f ignobilitatis arguere. Mirabilis Daniel, qui ad presbyterum delinquentem & adulterio iungentem homicidium, puer auſus eſt dicere: Semen Chanaan & non Iuda, ſpecies decepit te. Magnus & Eſaias, qui clamat ad
Eſa. 1. c principes & ad populum Iudæorum: Audite uerbũ domini principes Sodomorũ: auribus percipite uerba domini populus Gomorræ. Sed non minor Ezechiel, qui ad totam urbem loquitur confidenter: Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa. Quãquã & Stephanus primus martyr euangelij, ad inſanientem populum ſit locutus. Du-
Act. 7. f ra ceruice & incircunciſi corde: uos ſemper ſancto ſpiritui reſtitiſtis. Et licet poſsimus radicem Hieruſalẽ & generationem eius terrã Chanaan, ſecundum illud accipere quod in Aegypto uocatus ſit populus, & ibi multo tẽpore habitauerit: Cham quippe pater Chanaan princeps fuit gentis Aegyptiæ: tamẽ iuxta ſcelerũ ſimilitudinem, radicem Hieruſalẽ terram Aegypti eſſe dicemus:
אמורי חתית Vnde & pater illius appellatur Amorræus qui interpretatur λαλημών, id eſt, multo ſermone celebratus. Et mater tua Cethæa, id eſt, ιξιτῶσα: quæ uel ipſa inſanit, uel
χεπαια Ioan. 8. d alios mittit in amentiã. Omnis enim qui facit peccatũ, de diabolo natus eſt. Vnde & in toto orbe huius antiqui patris famoſum uocabulũ eſt: & multos uertens in amẽtiam. Præcipiturq; Hieruſalem uel iuxta literam uel iuxta ſpiritum, ut relinquat antiquum patrem, & dicitur ad
Pſal. 44. c eam: Audi filia & uide & inclina aurẽ tuam, & obliuiſcere populũ tuum & domũ patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum. Et promittitur ei ſi poſt peccatũ ad ue-
A rum uoluerit patrem reuerti: Reſtituã te ſicut fuiſti quando nata es. Cuius tanta nobilitas, ut urbs Hieruſalẽ quæ de Abraham, Iſaac, & Iacob ſtirpe deſcendens deum habuit patrem: & tamẽ quia peccauit & uerum reliquit parentẽ, meretur audire: Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa. Si illa hoc audiuit, quid de nobis fiet qui uocati ex gentium ſordibus, omnem maculã in lauacro ſaluatoris amiſimus: ſi poluerimus indumẽtũ Chriſti, & nõ habuerimus in conuiuio ueſtẽ nuptialem? Vtiq; illud: Matth. 22. b ut uinctis manib. pedibusq; æternis tradamur ardoribus: in quibus eſt fletus oculorum & ſtridor dentium. b ¶ Et quãdo nata es &c.] Iuxta ordinẽ lectionis de ſingulis diſſeramꝰ. Quãdo nata eſt Hieruſalẽ de patre Amorræo & matre Cethæa, & effuſa ex utero: non eſt præciſus umbilicus eius quo fœtus aluntur in uẽtre inſtar arborum & uirgultorũ quæ per radices humore terræ nutriũtur occulto. Et quomodo uirorũ ſeminariũ ſignificatur in lumbis: ita genitalia fœminarũ honeſto ſermone iuxta conſuetudinem ſcripturarum umbilicus uocantur, teſtimonio Iob, qui ſub figura draconis loquitur de diabolo: Vir-
D tus eius in lũbis eius, & fortitudo illius in umbilico uentris. Iſte enim draco coluber antiquus, qui uocatur diabolus & ſatanas: & decepit orbem terrarum: aduerſus uiros uirtutem habet in lumbis, aduerſus fœminas in umbilico. Hoc autem ſignificat de Hieruſalẽ: quod non ſtatim legem acceperit, nec ei pudendæ natiuitatis exordia ſint abſciſa: ſed gẽtilem primum uixerit uitam: pro quo Lxx. interpretati ſunt: In die qua nata es, nõ alligauerũt mamillas tuas: hanc habente ſcriptura ſancta conſuetudinem, ut pro corde pectuſculũ ſiue pectus & mamillas nominet: ut unicuiq; loco congruũ uiderit. Sacerdotes in quibus debet eſſe doctrina, & legem requirunt ex ore eorum, accipiunt pectuſculum. Ioannes ſuper pectus recumbit domini, ut de fonte uberrimo hauriret fluẽta ſapientiæ. Virginis in Cantico canticorum duæ mamillæ Ioan. 13. c
ſunt, quaſi duo hinnuli gemini capreæ, qui paſcũtur in Cant. 4. b
liliis, donec reſpiret dies & amoueãtur umbræ. Mater diligẽs, ſtatim ut nata fuerit infantula, ligat mamillas eius. ut à tenero tumore deſiſtãt, & pulchritudinẽ cuſtodiant uirginalem. Cum autem ad ætatẽ uenerit pubertatis, dicetur de ea: Nunquid obliuiſcetur ſpõſa ornatus ſui: aut Hier. 2. f
uirgo faſciæ pectoralis ſuæ? Sequitur. Et in aqua nõ es lota in ſalutẽ. Cruenta infantiũ corpora, ſtatim ut emittuntur ex utero, lauari ſolent: Ita & generatio ſpiritualis, lauacro indiget ſalutari. Nullus enim mũdus à ſorde, nec Ieh. 15. c. 14
ſi unius quidem diei fuerit uita eius. Et in pſalmis legimus: In iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis con- Pſal. 50
cepit me mater mea. Secunda natiuitas ſoluit primã natiuitatẽ. Scriptum eſt enim. Niſi quis renatus fuerit ex Ioan. 3. d
aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum dei. Multaq; ſunt lauacra quæ ethnici in myſterijs ſuis & hæretici pollicẽtur: qui omnes lauãt, ſed non lauant in ſalutem. Propterea additũ eſt, & in aqua non es lota in ſalutem. Quod quidẽ non ſolũ de hæreticis, ſed de eccleſiaſticis intelligi poteſt: qui nõ plena fide accipiunt baptiſmum ſalutare. De quibus dicendũ eſt, quod acceperint

aquam

aquam,ſed non acceperint ſpiritũ, ſicut & Simõ ille magus, qui pecunia uolebat redimere gratiã dei: baptizatus quidẽ eſt in aqua,ſed nequaquã baptizatus eſt in ſalutem. Tertio dicitur, nec ſale ſalita. Tenera infantiũ corpora dum adhuc uteri calorẽ tenent,& primo uagitu laborioſæ uitæ teſtãtur exordia, ſolẽt ab obſtetricibus ſale cõtingi,ut ſicciora ſint & reſtringantur. Porrò Hieruſalẽ,quæ de malis parentib. nata eſt, nihil ſaporis, nihil diligentiæ cõſecuta eſt. Qui autẽ renaſcũtur in Chriſto,dicitur ad
Matth.5.b eos: Vos eſtis ſal terræ. Et præcipitur eis
Coloſ.4.a ab Apoſtolo: Sermo ueſter ſemper in gratia ſale ſit cõditꝰ. Vnde & uulgo ſapientes ſalſi,& ſtulti uocãtur inſulſi. Et in Leuitico
Leui.2.d lege ſancitur: Oñe ſacrificiũ ueſtrum ſale ſalietur. Non ceſſabit ſal teſtamenti dñi de ſacrificijs ueſtris: in cunctis munerib. ueſtris ſal offeretis. Qui hoc ſale cõditus fuerit,& omnẽ putorem humorẽq; noxiũ huius admixtiõe ſiccauerit,ultra non dicet: Computruerũt & corruptæ
Pſal.37.b ſunt cicatrices meæ à facie inſipiẽtiæ meæ. Scio me legiſ
B ſe in quodã uolumine de dño ſaluatore: quod ipſe ſit ſal cœleſte: & nõ ſolum terrena & inferna,ſed cœleſtia quoque ſuo ſapore condiuerit:& impleatur illud quod ſcri-
Luc.2.b ptum eſt: Gloria in excelſis deo,& ſuper terrã pax hominibus bonæ uoluntatis. Quartũ eſt, nec inuoluta pãnis. Et ſaluator pãnis eſt inuolutus infantiæ:& omnis qui naſcitur per inuolucra pãnorum protectione indiget dei. Naturale eſt,ubi tamen parentũ non deeſt diligentia,ortis infantib. primũ præcidi umbilicũ: deinde ad eluendum ſanguinem lauari eos aqua. Tertio,humorem corporum paruulorũ,ſalis adiectione ſiccari. Quarto,ut tenera infantium corpora pãnis inuoluantur, duplicẽ obcauſam:ut & ſale ſiccetur corpus quod pãnis ne defluat ſeruatur & ſtringitur:& membra tenerrima ne facile deprauentur. Vnde & corpora barbarorum,Romanis corporibus rectiora ſunt,Vſq; ad ſecũdum enim & tertium annum,ſemper pannis inuoluuntur. Sed nõ talis Hieruſalem,cuius nec umbilicus abſciſus,nec ligata ſunt ubera,nec aqua lota eſt in ſalutem,nec ſale ſalita, neq; inuoluta atq; cõſtricta pannis infantiæ. Cur autẽ nihil horũ meruit,ſequẽs ſcriptura teſtatur. Non pepercit ſuper te oculus,ut faceret tibi unum de his miſertus tui. Pro quibus Lxx. poſuerunt: Non pepercit ſuper te oculus tuus, ut facerem tibi unum ex omnibus iſtis. Et neceſſe eſt, ut duplex æditio,duplicem habeat intelligentiã. Prior hoc ſignificat: Non pepercit ſuper te oculus,ut faceret tibi unum de his miſertus tui. Et eſt ſenſus: Nullus tui miſertus eſt, offenſo deo: nullius ſuper te mota ſunt uiſcera,ut de quatuor ſuperioribus ſaltem unum tibi faceret: quia omnia ſimul non merebaris accipere. In altera dicitur: Nõ pepercit ſuper te oculus tuus ut facerem tibi unum de his miſertus tui. Et hũc habet ſenſum: Ita egiſti,& ſic in peccatis nata es,& in delictis concepit te mater tua,ut ne ipſa quidẽ tui miſereris. Cumq; ſic geſſeris ut aduerſum te per mala opera crudelis exiſteres: ego quid tibi potui facere: quæ ne unum quidẽ ſuperiorum accipere mereris? Quia igitur nihil horum quæ fieri infantibus ſolent in te factum eſt: & hoc non ſine cauſa nec abſq; iu- C
dicio,ſed tuo uitio atq; peccato,quæ ne ipſa quidem tui miſerta es: ideo proiecta es in faciem terræ ſiue campi:& proiecta ꝓpter prauitatẽ animæ tuæ in die qua nata es. Oremus ne prauitate animæ proijciamur in faciem cam

HEB. Tranſiẽs autẽ per te, uidi te cõculcatã in ſanguine tuo: Et dixi tibi cũ eſſes in ſanguine tuo,uiue: dixi, inquã,tibi in ſanguine tuo uiue. Multiplicatã q̃ſi germen agri dedi te, & ingreſſa es & perueniſti ad mundum muliebrem. Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit: & eras nuda,& cõfuſionis plena. Et tranſiũi per te & uidi te: & ecce tẽpus tuũ, tempus amantiũ. Et expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiã tuam. Et

SEPTVAGIN. Et tranſiui per te, & uidi te mixtam in ſanguine tuo: & dixi tibi, de ſanguine tuo uita multiplicare,ſicut hortum agri dedi te, & multiplicata es & magnificata es & ingreſſa es in ciuitates ciuitatum. Vbera tua erecta ſunt, & pilus tuus ortus eſt: tu autem eras nuda, plena ignominiæ. Et tranſiui per te & uidi te, & ecce tempus tuũ, tempus diuertentium: & expandi alas meas ſuper te, & operui ignominiã tuam. Et

pi: in quo lata & ſpacioſa uia eſt quæ ducit ad mortẽ, in quo Chaldæorum debacchatur equitatus. Simulq; conſiderandũ quod nullus in die quo naſcitur, prauũ aliquid cõmittere poteſt, niſi lauacri tẽpore,quando ſapiẽs generatio fide credẽtis aſſumitur. a ¶ Trãſiens autẽ &c.] Poſtq̃ proiecta es in faciem campi ſiue ſuper faciem terræ propter prauitatem animæ tuæ, meum ultra nõ mereberis auxilium: attamen tranſiẽs per te uidi te conculcatã ſiue cõmixtã in ſanguine tuo,id eſt,ream mortalium criminum,& prouocaui te tribuẽs pœnitentiã: dixiq; tibi: Licet ſis in ſanguine,tamẽ uiue conuerſa: tantaq; fuit in te omniũ rerum abundãtia,ut agri uberrimi haberes ſimilitudinẽ & benedictionẽ Iacob, qua benedixit ei pater ſuus,dicens: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni Gene.27.d
cui benedixit dominus. Et intrares penetralia domini, D
diceresq; cum ſponſa: Introduxit me rex in cubiculum Cant.1.a &
ſuum. Et ad mundum muliebrem peruenires: pro quo 3.b
Lxx. tranſtulerũt: & ingreſſa es in ciuitates ciuitatum,ut quomodo canticum cãticorum & ſeculum dicitur ſeculorum: ita ciuitates appellẽtur ciuitatum. De quibus in
euangelio dicitur: Habeto poteſtatem ſuper decẽ ſiue ſu Luc.19.b
per quinq; ciuitates: ut non ſolũ ciuitas ſed metropolis ciuitas appelleris,ſecundũ illud quod in Eſaia legitur: Eſa.1.g
Mater urbiũ fidelis Sion. Porrò quod interpretatus eſt Symmachus,& peruenisti ad ornatũ mulierum, ſiue ut Theodotio, & ingreſſa es ad ornatũ ornamentorũ, pro quo nos ſecuti ſenſum Hebraicũ diximus, & peruenisti ad mundũ muliebrẽ: tempus pubertatis oſtendit, quando puellæ nubiles appellantur,& poſſunt maritorũ amplexibꝰ copulari. Deniq; ſequit: Vbera tua intumuerũt, & pilus tuus germinauit. Honeſte adoleſcẽtularũ maturitas indicatur quãdo intumeſcunt ubera ſiue erigũtur, & germinat pilus. Cumq; parata eſſet ad nuptias & haberet pulchritudinẽ corporis, ueſtimẽtorũ tegmina nõ habebat,nec dei protegebatur auxilio. Si quis Chriſti non habet indumentũ, nudus eſt. Si quis non eſt indutus uiſceribus miſericordiæ,bonitatis,humilitatis,pudicitiæ,mãſuetudinis,patientiæ: iacet ſuper faciẽ terræ: & pulchritudo eius cõfuſione & nuditate turbatur. b ¶ Et tranſiui per te,&c.] Quanta clemẽtia. Non ſuffecerat ſemel uidiſſe eam conculcatã in ſanguine, & ad pœnitentiam prouocaſſe: ſed peccãtẽ rurſum inuiſit, & quia erat nuda & confuſionis plena: rurſum uenit & uiſitat: & ecce tempus eius,tempus amantiũ: ſiue iuxta Lxx. diuertentium,& iuxta interpretationẽ Aquilæ ſecũdã, σωαλλαγῆς, ſponſaliũ uidelicet & tẽporis nuptiarum. Iuxta primam uero eiuſdẽ æditionẽ & Theodotionis ματῶν. quod interpretatur uberũ: pro quo Symmachus uertit ἀγαπῆς, quod dilectionem ſonat. Illud igitur tempus erat, quando poſſunt mulieres uiris ſociari & ſuſtinere coitum maritalem

A ritalem. Attamẽ misericors deus expãdit alas suas, & su/
scepit eos, & in humeris suis portauit eos: iuxta illud qđ
Luc.13.g in euangelio scriptũ est: Quotiẽs uolui cõgregare filios
tuos sicut gallina cõgregat pullos suos sub alas suas: & noluisti. Siue amictum expãdit pro alis: hoc ẽm interpretatur πτερύγιον: quo o/
Ruth.3.c perta est Ruth ad pedes dormiens Booz. Et in ora, id est, πτερυγίῳ uestimẽti nostri, iubemur hyacithinas fimbriasalligare. Hæc autẽ fecit ut operiret ignominiã Hierusalẽ, genitale fœminarum sub hoc nomine corpus ostendẽs. Etenim
2.Cor.12.c iuxta Apostolũ: Inhonesta corporis nostri maiore honore circundamus. Vnde & psalmista canit:
Psal.31.a Beati quorũ remissæ sunt iniquitates & quorũ tecta sunt
Gene.9.d peccata. Quæ Cham quia nõ protexit in patre, æterna maledictione signat. Quod de Hierusalẽ diximus, referamus ad animã nostram: quæ quãdiu in infantia cõstituta est, peccato caret. Cum aũt ætatis eius tẽpus aduenerit, multi sunt amatores dæmonũ & hæreticorũ, perUersorumq; dogmatũ, qui ad eam cupiũt declinare. Qui protectione dei repellũtur: ut nõ satellites diaboli, sed ministros saluatoris recipiat. Pro diuertentiũ dilectione & uberũ, in Hebraico habeẽ דֹּדִים quod secundũ linguæ eorũ proprietatẽ, omnia quæ supra uersa sunt significat. Potest tẽpus dilectionis & uberũ siue amatorũ dei, intelligi Abrahã, Isaac, & Iacob: quãdo eis pollicitus est dñs post Aegyptiã seruitutẽ, suum populum liberandũ.
a ¶ Et iuraui tibi &c.] Quia expãdi amictum meũ siue alas meas super te, & operui cõfusionẽ tuã: propterea iu/
B raui tibi & ingressus sum pactum siue testamẽtũ tecum: ut mihi potius quã cæteris q ad te uolebãt diuertere iun
Psal.109 gereris, iuxta illud: Iurauit dñs & nõ pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternũ, secundũ ordinem Melchisedech. Omnis enim cõtrouersiæ finis est iuramentũ. Et uiuo ego, dicit dñs: nisi malo pœnitentiã peccatoris q̃ mortem. Tempore igitur nuptiarũ, Israel iuramentũ accipit dei, pro omni dotali munere. Et quia Dauid de se dixerat:
Psal.131 Memento dñe Dauid, & omnis mãsuetudinis eius: Qui iurauit dño, uotum uouit deo Iacob: & ipse dñs iurat ei, scriptura dicẽte: Iurauit dñs Dauid ueritatẽ, & nõn frustrabitur eum. b ¶ Et facta es &c.] Quia expandi alas meas & operui ignominiã tuam, & iuraui tibi & ingressus sum pactũ tecum: propterea mea es facta possessio, ut quæ aliena eras, quãdo uidebaris immunda: mea esse cœperis quando pactũ meum tecũ iuramẽto firmaui. Si ue iuxta consuetudinẽ prophetarũ, facta es mihi ait, pro eo quod est, meo coniugio copulata es: & laui te, inquit,
Ioan.3.a aqua baptismi salutaris. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest intrare in regnũ dei. Et
Marc.1.a alibi legim⁹: Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni.
Esa.4.b De quo baptismate & Esaias loquitur, dicens: Lauabit dñs sordes filiorũ & filiarum Sion, & sanguinẽ mundabit de medio eorũ, spiritu iudicij & spiritu cõbustionis.
Marc.5.c Cum autem lauerit & mundauerit sanguinem: quo & ἁγιαῖς αἱμορῥοοῦσαι, quæ duodecim annis cruore manabat, fimbriæ sanauit attactu: nõ sufficit ei lauare aqua & mundare sanguine, nisi oleo quoque unxerit: iuxta quod Sa
Luc.10.f maritanus qui interpretat̃ custos, seminecis uulnera, primũ olei infusione liniuit, deinde uini austeritate compescuit. Dñs autem noster alio unctus est oleo, quod nõ dolorem uulnerũ mitigaret, sed lætitiam tribueret, dicente
Psal.44.b ad eum spiritusancto: Propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis præ consortibus tuis. Habent & contrariæ fortitudines simulati olei lenitatem, dulcia per hæreticos pollicentes: quæ uertũtur in amaritudinem,

HEBR. Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait dominus deus. Et facta es mihi, & laui te aqua, & mundaui sanguinem tuum ex te, & unxi te oleo.

SEP. Et iuraui tibi, & ingressus sum in testamentũ tecũ, dicit adonai domin⁹.

HEB. Et uestiui te discoloribus. Et calciaui te iãthino.

SEP. Et indũi te uarijs. Et calciaui te hyacintho. Et cinxi tẽ byssо.

& quæ detestatur propheta cõmemorãs: Oleum autem C
peccatoris non impinguet caput meum. Sin autẽ ab unctione unctus, id est, Christus appellatur: uide quãtum profecerit Hierusalẽ, ut & ipsa uncta oleo spirituali, Christi nomẽ acceperit: iuxta quod & in psalmis de Abrahã legimus: Nolite tãgere Christos meos: & in prophetis meis nolite malignari. c ¶ Et indui te uarijs.] Legis ceremonijs: quarũ occupata studio, idola derelinqueres. Ista sunt uaria uesti/
Gene.37.c menta quibus indutus est Ioseph: nec potuerũt eũ fratres uendere: nisi prius eũ tunicæ uarietate nudas/
sent. Et de sponsa dicit in quadragesimoquarto psalmo:
Psal.44.c Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circundata uarietate. Hoc est uestimentũ, de quo & Apostolus
Ephe.4.f loquitur: Induite nouum hominẽ: qui renouatur in cognitionem iuxta imaginẽ creatoris. Volumus scire quæ sint uaria uestimenta? Idem nos Apostolus doceat, credentibus scribens: Induimini ergo uisceribus misericor
Coloss.3.b diæ, bonitatis, humilitatis, mansuetudinis, patientiæ. Quid hac uarietate pulchrius? De qua & Iob loquebatur: Quis dedit mulieribus texturæ sapientiam, aut uarietatis disciplinam? Et pontifex semel in anno: quando
Exod.39.d pro populo adolebat incẽsum, ingrediens in sancta sanHeb.9.a ctorum, uarijs uestibus utebatur. Certe si diuitiæ, uarietatem uestiũ & non sanctitas faceret diuersitasq; uirtutum, Pharao & Nabuchodonosor hæc uestimẽta habuisse scriberent̃ & non Ioseph qui sub peregrino & pastorali patre, uestes discolores & regias habere non poterat. D
d ¶ Et calciaui te ianthino.] Aquila & Symmachus ianthina: Lxx. & Theodotio, hyacinthina trãstulerunt. Pro quo in Hebræo scriptum est יָכִנְתוֹ Et pulchre quia ad Hierusalẽ sermo dirigitur: & sub persona fœminæ, omnis eius ornatus exprimitur, hyacinthina siue ianthina calciamẽta narrantur: quæ uirorũ personæ non cõueniũt. Denicq; facturis pascha præcipitur absq; ulla coloris uarietate, ut accinctis lumbis, & pedibus calciatis sint. Ista sunt calciamenta, de quibus & Apostolus scribit: Calciati pedes in præparatione euãgelij pacis. Philo uir disertissimus Iudæorum, hyacinthon in uestibus pontificis aeri cõparat: per quem superna atq; cœlestia significari arbitratur. Nec prius Hierusalẽ calciatur hyacinthinis nisi
Matth.10.b lauetur aqua. Vnde & apostolorũ, quibus prius præceperat dñs ut excuterẽt pedum suorũ puluerem, lauãtur à saluatore pedes. Et sponsa dicit in Cantico cãticorum:
Cant.5.b Laui pedes meos, quomõ inquinabo illos? Et Moysen &
Exod.3.b Iesum diuinus sermo testatur, ut soluant corrigiã calciamẽti sui, quia locus in quo stent sanctus sit. Cum autem loti fuerint pedes & omni sorde purgati, calciantur hyacinthinis siue ianthinis: quod utrunq; aerij & κυανέου, coloris est, ut rapiãtur in occursum dñi in aerem: & ad cœlestia regna festinent. e ¶ Et cinxi &c.] Hierusalẽ non solum uestitur discolorib. & calciatur hyacinthinis, sed & byssо accingitur: de qua tenuissima in ueste põtificis
Prouer.31.c fila texuntur. Et uxor in Prouerbijs, quæ uiro suo duas texuit chlamydes, & præsẽtis seculi & futuri, sibi de byssо & purpura fecisse dicitur uestimenta. Hac byssо accingunt̃ renes, quotiens pinguia libidinis incentiua tenuãda sunt: nihilq; in eis crassi humoris relinquitur: & im/
Ephe.6.c plemus præceptũ Apostoli dicẽtis: State ergo succincti
Luc.12.c lumbos uestros in ueritate: quasi alijs uerbis diceret, byssо, Et dñs ad apostolos loquit̃: Sint lumbi uestri præcincti & lucernæ ardẽtes in manib. uestris. Nisi enim astrinxerimus fluentia lumborum reumata, lucernas in manibus habere non possumus. Vnde & ad Iob loquit̃ deus:
Iob.38.c

Accinge

A Accinge ſicut uir lumbos tuos. Et comeſſuri agnum, calciati pedes, tenentes baculum, ſtantes in euangelij ueritate, & ad Chriſti ſanguinẽ præparati, lũbos accinctos habere dicuntur. Qua zona mortificãte lumbos, Helias quoq; & Ioãnes baptiſta accinguntur. De quibus & pœnitens flebiliter ingemiſcit, dicẽs: Quoniã lũbi mei impleti ſunt illuſionib. a ¶ Et circũdedi &c.] Pro quo Aquila florido ſiue palpabili, Symmachus indumẽto, Theodotio ipſum uerbũ Hebraicum poſuit מְשִׁי Cumq; diligẽter inquirerẽ quid ſibi uellet uocabulũ trichapti, quod Lxx. trãſtulerunt, & à nullo græcorũ nec uſum, nec etymologiam poſſem inuenire ſermonis: tandẽ didici à Lxx. eſſe compoſitũ. Reb. enim nouis noua fingẽda ſunt nomina: quod tantæ ſubtilitatis fuerit ueſtimentũ, ut pilorum & capillorũ tenuitatem habere credatur. Vnde & ego uolens tenuitatẽ exprimere ueſtimenti: pro trichapto, ſubtilibus tranſtuli: quod tenui ſtamine atq; ſubtegmine textum erat. Et congrue illis de quibus increpãs dixerat: Incraſſatum eſt cor populi huius, & manducauit & bibit Iacob, & ſaturatus eſt & incraſſatus & calcitrauit dilectus, & dereliquit deũ factorem ſuum, nunc tenuitas ueſtium condonatur. Nam & in libro ſapientiæ qui à quibuſdam Salomonis inſcribitur: ſpiritus ſapientiæ unigenitus & multiplex, tenuis & mutabilis appellatur. Et manna de quo ſcriptum eſt: Panem angelorum manducauit homo, tenuiſsimum in ſimilitudinem pruinæ, & ſementis coriãdri fuiſſe narratur. Poſſumus iuxta interpretationem ſecũdæ æditionis Aquilæ qui floridum interpretatus eſt, ueſtimentũ ubertatem terræ Iudææ per metaphoram intelligere: uel diuini cultus pulchritudinem. b ¶ Et ornaui te ornamẽto.] Generaliter ornamenta nunc ponit, de quibus in conſequentib. per partes enumerat, armillas & torquẽ, inaures & coronam, & reliqua: quæ ornamenta tribuit Hieruſalem. Et in Eſaia dicitur: quod uitio ſuo uniuerſa perdiderit. Scriptũ eſt enim: Pro eo quod eleuatæ ſunt: hoc eſt, ſuperbierunt filiæ Hieruſalem & ambulauerunt excelſa ceruice & reliqua: Pro zona accinctæ ſunt funibus, & pro ornatu capitis caluitio deturpatæ: & pro pulchris & mollibus indumentis, ciliciſ aſperitate circundatæ. c ¶ Et dedi armillas in manibus.] Quando nobis bona opera dederit deus, circundat armillas manibus noſtris. Vnde & in manibus prophetarum aſſimilatum eſſe ſe dicit: & crebro in manu Aggei ſiue Hieremiæ & reliquorum factum ſermonem legimus. In Iob quoq; draconis labium perforatur armilla, omnesq; eius uenenati ſibili, qui in peruerſis intelligũtur dogmatibus, bonorum operum circulo perforantur, d ¶ Et torquem circa collum tuũ.] Pro torque quam nos iuxta Aquilæ ſecundam æditionẽ & Symmachum interpretati ſumus: Lxx. & Theodotio περίθεμα tranſtulerũt: quod nõ ſolum hic, ſed & in Eſaia ſcriptum eſt: Auferet dñs gloriam ueſtimenti earum & murenulas, & corymbos & circulos & περίθεμα. Puto autem περίθεμα ab eis dictum, ex uarijs gemmis in pectus mulierum monile deſcendens, qui & ipſe ornatus pulcherrimus mulierum eſt. e ¶ Et dedi inaurem ſuper os ſiue nares tuas.] Verbum Hebraicũ נֶזֶם excepto Symmacho qui interpretatus eſt ἐνωτίσμον, omnes inaurem tranſtulerunt: non quo inaures ponantur in naribus, quæ ex eo quod de auribus pendeant inaures uocantur: ſed quo circulus in ſimilitudinem factus inaurium, eõdem uocabulo nuncupetur: & uſque hodie inter cætera ornamẽta mulierum, ſolent aurei circuli in

HEB. Et idui te ſubtilib⁹. SE. Et circũdẽdi te trichapto. Et ornãui te ornamento.

HEBR. Et dẽdi armillas in manibus tuis. SEPTVA. Et circundedi armillis manus tuas. Et torquẽm circa collum tuum. Et dẽdi inaurem ſuper os (ſiue nares tuas).

HEBR. Et circũlos in auribus tuis. Et coronãm decoris in capite tuo. SEPT. Et rotulas ſuper aures tuas. Et coronã glorationis ſuper caput tuum.

os ex fronte pendere & imminere naribus. Quos tunc accipimus iuxta myſticos intellectus, quãdo cum Apoſtolo poſſumus dicere: Chriſti bonus odor ſumus in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem: alijs autem odor uitæ in uitam. Quãdo uiuimus & de nobis dici poteſt: Non mortui laudabunt te domine, ſed nos uiuẽtes: tũc odoratur deus odorẽ ſacrificij noſtri bonæ fragrantiæ: & aureum circulum ſenſuum ac dogmatũ diuinorum habemus in naribus. Quando uero mortui ſumus, & uerſamur in cœno atq; in ſordibus turpitudinum: habemus illam inaurem in naribus, de qua ſcripſit Salomõ: Sicut inauris aurea in naribus porcæ, ſic mulieri male moratæ pulchritudo. f ¶ Et circulos in auribus tuis.] Qui claudit aures ſuas ne audiat iudicium ſanguinis: & ſepit eas ſpinis ne particeps fiat inuidis & detractoribus, de quibus ſcriptum eſt: Cum detractoribus ne commiſcea־ris: quoniam repente ueniet interitus eorum, & ruinam utriuſq; quis nouit? tam uidelicet eius qui detrahit quã illius qui libenter auſcultat: Iſte circulos habet & rotulas in auribus, non rotas quæ ſequuntur Cherubim: illud enim angelicarum fortitudinum eſt, ſed rotulas diminutiue, quæ humanæ conueniunt fragilitati. Quamobrem & ad deum dicitur: Vox tonitrui tui in rota. In his enim qui terrena pertranſeunt, & uix modicis ueſtigijs contingũt terram, de quibus ſcriptum eſt: Lapides ſancti uoluũtur ſuper terram: uox tonitrui domini & excelſorum dogmatũ perſonat. Qui autẽ erroribus ducuntur humanis, & non habent ſolida ueſtigia, ſed circumferuntur omni uento doctrinæ: & electi de paradiſo firmitatis, habitant in regione Naid, quæ interpretatur fluctuatio: merentur linguæ mendacis ferre ſententiã, quæ inflãmat rotam natiuitatis noſtræ. g ¶ Et coronam decoris in capite tuo.] Decorem iuxta Symmachum obſenſus elegantiam interpretati ſumus. Alioquin & in Hebræo תִּפְאָרֶת & in reliquis translatorib. καύχησις gloriatio dicitur. Ornamenta cætera, membrorum ſunt ſingulorum. Capitis ornatus, totius corporis dignitas eſt. Coronam autem uocat diadema fœminarum, quo capillorum ſtringitur & ornatur ambitio. Volumus ſcire quæ ſit corona decoris in capite Hieruſalem? reuoluamus Exodum in quo ſcriptum eſt: Et fecit laminam auream, & ſcripſit in ea literas deformatas ſigillo ſanctificationis domini, & poſuit ſuper Aaron. Signum dominicæ ſanctificationis nomen eſt omnipotentis dei: quod quatuor literis Hebraicis ſcribitur, & apud eos uocatur ineffabile, dum nomen eius non poteſt dici. Cuius maieſtatem etiam gentilitas non ignorat, & Athenienſium teſtatur ara, ignoto deo. Vnde & apoſtolus: Quem uos, inquit, ignotum colitis, hunc nos annunciamus uobis. Iſtam puto coronam eſſe de qua & pſalmiſta dicit: Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine. Et Apoſtolus loquebatur: Curſum conſummaui, fidem ſeruaui, de cætero repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi iuſtus iudex. Et in alio loco ad credentes: Gaudium meum & corona mea. Gloria enim patrũ filij. Et in Salomone ſcribitur: Corona gloriæ ſenectus, eorum uidelicet qui deſtruxerunt ea quæ paruulorum ſunt, & poſt ætatem perfecti uiri uenerunt ad ſenectutem & ad patrum nomina. Quibus ſcribit Ioannes poſt pueros & iuuenes qui poſſunt dicere: Quando eram paruulus, loquebar ut paruulus, ſapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus: qñ aũt factus ſum uir, deſtruxi ea quæ par-

Et ornata es auro & argento.

HEB. Et uestita es byſſo & polymito & multicolorib. Similã & mel & oleum comediſti, & decora facta es uehementer nimis. Et profeciſti in regnum.

SEP. Et amictus tui byſsini & trichapta & uerſicoloria

HEB. Et egreſſum eſt nomẽ tuũ in gẽtes ꝓpter ſpeciẽ tuã, quia perfecta eras in decore meo quẽ poſui ſuper te, dicit dñs deus.

SEP. Et exiuit nomẽ tuum in gẽtes in ſpecie tua, quia completũ erat in pulchritudine quam poſui ſuper te, dicit dominus deus. Et habens fidũciam in pulchritudine tua: fornicata es in nomine tuo, & expoſuiſti fornicationẽ tuam omni tranſeunti ut eius fieres.

A uuli ſunt. a ¶ Et ornata &c.] Crebro diximus aurũ ad mẽtem, argentũ ad eloquiũ pertinere. Tribuatq; nobis dñs, ut diuinũ ſenſum accipere mereamur atq; ſapiẽtiã, & id quod mẽte cõcipimus eloquij uenuſtate proferre, & nequaquã ex his facere idolũ ſicut faciũt hæretici, de quibus ſcriptum eſt: Dedi eis argentũ & aurũ: ipſi uero ex argẽto & auro fecerunt Baal. Et hoc magis iuxta intelligentiã ſpiritualẽ, ornatui aptum eſt fœminarum. Alioquin argẽti uilior materia, ruſticarũ & pauperũ ancillarũq; ornatus eſt, q̃ non cõuenit Hieruſalẽ quæ in reginã dicitur profeciſſe. b ¶ Et ueſtita es byſſo &c.] Verbũ Hebraicũ בּוּץ & hic Theodotio ipſum ut ſupra poſuit, Aquila ἄνθιμον, Symmachus polymitũ. Nos autẽ quod ſupra ſubtile, hic iuxta Symmachũ polymitũ dixi mus: Lxx, τρίχαπτα tranſtulerunt, ſeruãtes interpretationem præteritam, ut ad ſimilitudinẽ capillorũ tenuia ueſtimenta mõſtrarent. Omnis aũt ornatus deſcribitur fœminarũ, ut lauetur, ut mundetur, ut ungatur oleo, & diſcoloribus ueſtiatur, calcietur hyacintho, accingatur byſſo, induatur trichaptis ſiue ſubtilibus, accipiat armillas & torquem aureã: circulos in ora pendẽtes, & rotulas in auribus, diadema in capite, auro argentoq; decoretur: quanquã argenti uilior ſit materia, & poſt omnia inferat: B Veſtita es byſſo & polymito & uerſicolorib. ſiue ut Lxx. tranſtulerũt, amictu & pallijs, hoc enim περιβόλαια ſignificant, ut nõ ſolũ cultu corporis eſſet ornata, & omnia haberet monilia fœminarũ, ſed ſtrati quoq; eius & lectuli ſollicita eſſet diligẽtia maritalis, ut poſtq̃ iſta cõpleſſet, ueniret ad ciborũ delicias, & ne in his quidẽ aliquid ei deeſſe pateretur. Quæ omnia iuxta ſuperiorẽ explanationem aptabimus intelligentiæ ſpirituali, ut byſsinis operiatur atq; ſubtilibus, ne delicata coniugis mẽbra graui palliorum onere prægrauent, ſed & uſum pariter exhibeant & decorẽ. c ¶ Similã & mel &c.] Poſt ueſtitũ, ciborum curã gerit, ut comedat Hieruſalẽ ſimilã & mel & oleum: uel per partes, ut plerique æſtimãt, uel cõmixtione trium, dulciorẽ panem, qui panis de cœlo deſcendit: ac ſub tribus nominibus, ut nõnulli putant, ſacramentum indicat trinitatis: non quo alia atq; alia ſubſtãtia ſit, ſed quo diuerſis ſimilæ & mellis & olei nominibus, patris & filij & ſpiritus ſancti una dulcedo monſtretur. Et hoc animaduertendũ, quod in multis ſacrificijs offeratur ſimila, medulla frumenti atq; puriſsima, de qua ſcriptum eſt: Et de adipe frumẽti ſaturauit eos: non de hordeo nec de farina, quæ tunc ſolũ offertur, q̃ maritus zelotypiæ ſpiritu cõmouet. In Iudicũ uolumine Deborã legimus, quæ interpretatur apis: cuius prophetia mella dulciſſima ſunt, & referẽ ad ſpiritũ ſanctum, qui apud Hebræos appellatur genere fœminino רוּחַ In euangelio quoq; Hebræorũ quod lectitant Nazaræi, ſaluator inducit loquẽs: Modo me arripuit mater mea, ſpiritus ſanctus. Porrò ſimila quæ de frumento conficitur, refertur ad dñm, qui de ſemetipſo ait: Niſi granũ tritici ceciderit & in terra mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Sin autem mortuum fuerit, multũ fructum affert. Oleum uero quod laſſorum mẽbra ſuſtentat & reficit, & eſt luminis nutrimentum, & quo in tabernaculo dei iuge lucernæ lumẽ accenditur, patri dicitur cõuenire. Quæ omnia unã credentibus tribuũt gratiã, dicẽte apoſtolo: Diuiſiones ſunt gratiarum, unus autẽ ſpiritus & diuiſiones miniſteriorum, C unus autem dñs: & diuiſiones operationũ, unus autẽ & idem deus. Qui talẽ comederit cibũ, & hoc dulciſsimo & ſuauiſsimo pane oleiq; ſplẽdore fulgẽte paſtus fuerit ac nutritus, uertetur in decorẽ & fiet pulcherrimus: non ſemel ſed repetito nimis nimis. Duplicatum enim aduerbiũ pondus facit orationis: quo ad pulchritudinis magnitudinem addi ultra nihil poſsit. d ¶ Et profeciſti &c.] Hoc in Lxx. nõ habetur: qui forſitan Alexãdriæ in Græcum ſermonẽ ſcripturas ex Hebraica ueritate uertentes, timuerunt hoc ædere: ne regem Aegypti uiderẽtur offendere, dum à deo Hieruſalẽ debitũ regnũ eſſe cõmemorarẽt: quãq; eruditi ſolos q̃q; libros Moyſi ab eis interpretatos probẽt. Poſt ornatũ ergo multiplicem, poſt coronã, poſt auri & argenti abundantiã, poſt indumẽta palliaq; pulcherrima, poſt decorẽ incredibilẽ proficit in reginam, quia ciuitas eſt magni regis, de quo ſcriptũ eſt: Deus iudiciũ tuum regi da, & iuſtitiã tuam filio regis. Et in Apocalypſi Ioannis Hieruſalẽ quaſi ſpõſa ornata atq; cõpoſita deſcribit uiro ſuo. In pſalmis quoq; de eadẽ dicit: Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato circundata uarietate. Omne autẽ quod dicimus de Hieruſalẽ, ne in ſingulis hæreamus, & librorũ magnitudo tædium legentibus faciat, referamus ad eccleſiam. Si enim Hieruſalẽ, iuxta Apoſtolũ, mater noſtra eſt, mater autẽ noſtra eccleſia eſt, conſequenter, Hieruſalẽ eccleſia eſt, mater primitiuorũ qui deſcripti ſunt in cœlis. e ¶ Et egreſſum eſt &c.] Hunc locũ manifeſtius interpretatus eſt Symmachus: Et egreſſum eſt nomen tuum in gentes quod perfectũ erat propter dignitatẽ meam quã poſueram ſuper te, dicit dñs deus. Et eſt ſẽſus: Meis beneficijs meaq; incredibili largitate ad reginæ uocabulũ peruenisti: ita ut de te omniũ gentium ſermo loqueretur, & eſſes non tuis meritis atq; uirtutibꝰ, ſed mea liberalitate perfecta. Niſi enim dñs ædificauerit domũ, in uanum laborauerunt qui ædificãt eam. Niſi dñs cuſtodierit ciuitatẽ, fruſtra uigilabit qui cuſtodit eam. Qui plãtat enim & q rigat, nihil eſt, niſi dñs dederit incrementũ: quia non eſt uolentis neq; currentis, ſed miſerẽtis dei: ut poſtquã omnia fecerimus, dicamus: Serui inutiles ſumꝰ, quæ debuimus facere fecimus. Non quo ex beneficẽtia dei liberũ homini tollatur arbitrium, ſed quo ipſa libertas dñm habere debeat adiutorem. f ¶ Et habẽs fiduciã &c.] Grãde diſcrimen, non in dei clemẽtia, ſed in ſuo decore cõſidere. Quãtoq; quis ſublimior fuerit, debet timere ne corruat, & fornicetur in nomine ſuo. Aduerſariæ ſiquidẽ poteſtates ſolitos contemnũt cibos, & peregrina alimenta deſiderãt. Vnde de diabolo dicit: Eſcæ eius electæ. Non uult quẽlibet decipere. Saul regẽ qui electus à dño eſt, & Iudã apoſtolũ ſupplãtare feſtinat. Non ergo cõfidamus in propria pulchritudine: nec dei liberalitatẽ, noſtrã putemus eſſe uirtutem, ſed potius audiamus: Ne glorieris in craſtinum: Neſcis enim quid uẽtura pariat dies. Et in alio loco: Fratres ſi præuẽtus fuerit homo in aliquo peccato, uos q ſpirituales eſtis perficite huiuſcemodi in ſpiritu manſuetudinis, conſiderans teipſum, ne forte & tu tenteris. Neq; exponamus ſiue effundamus fornicationem noſtrã omni trãſeunti: ut nõ dei in quẽ credimꝰ, ſed eius fiamus à quo polluimur. Qui cũcta recipit uitia, & diuerſorum

Oſee.2.b
Ioan.6.d
Pſal.80.c
Iudic.4
דְּבוֹרָה
Ioan.12.d
1.Cor.12.d
Pſal.44.d
Apoc.21.d
Pſal.121.a
Pſal.126.a
1.Cor.3.b
Rom.9.c
Luc.17.c
Abac.2.d
Prouer.27.a
Gal.6.a
Gal.4.d

A diuersorum peccatorũ ſpiritũ trãſeuntẽ, ſuo ſuſcipit gremio,& diuaricat pedes ſuos omni tranſeunti: iſte effũdit fornicationẽ ſuam,& eius incipit ſuſtinere dominatum, cuius hoſpes extiterit. a ¶ Et ſumẽs &c.] Symmachus hunc locũ ita interpretatuseſt. Cũq; tuliſſes de ueſtibus tuis, feciſti tibi excelſa multicoloria,& fornicata es in eis,nõ facta neque futura. Procõſutis & uerſicoloribus & excelſis ſiue idolis:Aquila & Theodotio ἐμβολίσματα trãſiulerũt: quod ſignificat diuerſos pannos hinc inde cõſutos,& inſtar emplaſtri factũ idolũ, q̃ſi πολύῤῥαφον, ueſtimentũ. Veſtiui, inquit, te uerſicoloribus,& induta es byſſo & polymito & multarũ uarietate formarum. Tu aũt ueſtimẽta tua quib.mea largitate donata es tuliſti, & feciſti tibi idola uel excelſa, quæ Hebraice dicuntur בָּמוֹת quod nunquã ante factũ eſt neq; fiet, ut quæ acceperis ad ornatũ, tranſtuleris ad iniuriam donatoris. Quod ſuper Hieruſalẽ iuxta literã intelligi poteſt:ut omnia præcepta legis & diuitias ac rerum omniũ abundantiam idolis deputauerit, quod gẽs alia nõ fecerit nec factura ſit. Omnes enim nationes quæ à principio idolis ſeruierũt,non tãti criminis reæ ſunt. Noſtra autẽ Hieruſalem quæ interpretatur uiſio pacis,ab hæreticis ſcindi-
B tur,quãdo unum & alterũ teſtimoniũ ſcripturarum de proprijs carpentes locis,conanẽ aſſuere his quibus non queunt coaptare. Ad quos & ſupra dictũ in hoc eodem
Supra.13.c propheta legim⁹: Væ his qui cõſuunt ceruicalia ſub omni cubito manus,& factiũt operimẽta ſuper caput uniuerſæ ætatis: quod dñs fieri prohibens, loquitur in euange-
Matth.9.b lio:Nemo aſſumit cõmiſſuram panni rudis in ueteri ueſtimẽto: Alioquin tollit de plenitudine eius & peior ſciſſura fiet, nec mittunt uinũ nouũ in utres ueteres. Tales ſunt Nazaræi,q̃ ueteris legis obſeruantiã, euãgelicæ gratiæ aptare conantur. Et omnes hæretici, qui teſtimoniũ in ſuo loco alteri ſenſui cõgruens, alteri nitũtur aſſuere, cum dñica tunica deſuper texta per totũ, ſcindi omnino nõ poſsit,ſed texta ſpirituſancto nullã recipiat ſciſsionẽ. Quod aũt dicitur iuxta Lxx.& nõ intrabis neq; erit, hoc ſignificat: Cũ tibi idola feceris peruerſorũ dogmatũ quæ arbitraris excelſa,& fornicata ſis ſuper eis,credens in his quæ ipſa finxiſti,templũ dei intrare nõ poteris,& ſimulacra tua ſubſtantiã nõ habebũt,neq; erunt in perpetuũ,dicente apoſtolo:Scimus enim quia nihil eſt ido- C
lam in mundo. b ¶ Et tuliſti &c.] Iuxta literã dñs lege 1.Cor.8.a
præcepit ut fierẽt turibula,phialæ, cãdelabrũ, arca teſtamenti:cunctaq; uel aurea uel deaurata,& alia ex argẽto, quæ omnia cõflauit Hieruſalẽ & uertit in idola Belis ſiue Baalis, Chamos & Aſtaroth,& Melchõ. Iuxta intelligentiam ſpiritualẽ de auro & argento ſanctarũ ſcripturarũ idola facim⁹ qñ gratiã ſenſus & eloquentiæ, hæretica prauitate corrumpimus,& ponim⁹ in cœlo os noſtrũ,& lingua noſtra pertrãſit in terrã. Maſculinæ autẽ dicunt imagines, in q̃bus oñis hæreſis fornicat, ex eo qđ unuſquiſq; ſe putat robuſtiſsima colere, & habere quæ finxit: nec ulla poſſe oppugnatiõe ſubuerti. Hæſunt imagines quas de noſtro corde confinximus,& quæ in cœleſti Hieruſalẽ deſtruendæ ſunt, de quibus propheta pronunciat: Domine in ciuitate tua imaginẽ ipſorũ diſ- Pſal.72.c
ſipabis. Quicunq; enim homo eſt & dei nomẽ amiſit,dicitur de eo: Veruntamen in imagine perambulat homo, Ibid.38.b
ueruntamen fruſtra conturbatur. Nos autem unum habemus uirũ,& unam ueneramur imaginẽ, quæ eſt imago inuiſibilis & omnipotẽtis dei. c ¶ Et ſumpſiſti ueſtimenta &c.] Subauditur imagines maſculinas,ut omnẽ cultum quem acceperat ad utendũ,uerteret in blaſphemiam:Hoc autẽ facimus,quotiens prudentia,temperan- D
tia,fortitudine,iuſtitia, cunctiſq; uirtutibus hæreticam circundamus prauitatem,& ſub occaſione earũ, ſimplices quoſque decipimus:ut uidentes mella uirtutũ,uitiorum uenena non caueant. d ¶ Et oleum meum, &c.] Oleum de quo ſupra diximus, & thymiama ſiue incenſum,de quo pſalmiſta proclamat: Dirigatur oratio mea Pſal.140.a
ſicut incenſum in conſpectu tuo: & panes propoſitionis quos deo iubemur offerre: ſimilam quoq; ſenſum puriſſimum ſcripturarum:& mel quod guſtauit Ionathan,& 1.Reg.14.d
aperti ſunt oculi eius,& cõfortatus eſt,poſuit miſera Hieruſalem in conſpectu idolorum ſiue coram imaginibus maſculinis,ut eſſent his in odorẽ ſuauitatis. Quæ natura ſua dulcia ſunt atq; ſuauiſsima:ſed dum offerũtur idolis falſisq; doctrinis,uertuntur in amaritudinem.

HEB. Et ſũmẽs de ueſtimẽtis tuis, feciſti tibi excelſa hinc inde cõſuta, & fornicata es ſuper eis, ſicut non eſt factũ, neq; futurum eſt

SEPTVAGINTA. Et tuliſti de ueſtibus tuis, & feciſti tibi idola conſuta, & fornicata es ſuper eis, & non ingredieris neq; fiet.

Et tũliſti uaſa decoris tui de auro meo atque argento meo quod dedi tibi,& feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis.Et ſumpſiſti ueſtimẽnta tua multicoloria,& operuiſti illas.Et oleum meum & thymiama meum poſuiſti corã eis. Et panem meum (ſiue ut Lxx. tranſtulerunt,panes meos) quem dedi tibi, ſimilam & oleum & mel quibus enutriui te,poſuiſti ea in cõſpectu eorum in odorem ſuauitatis.

Commentarij quarti in Ezechielem prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVINTVM commentariorum Ezechielis ad Euſtochium proœmium.

NE librorum numerus confundatur,& per longa temporum ſpacia: diuiſorum inter ſe uoluminum ordo uitietur,præfatiunculas ſingulis libris præpoſui,ut ex fronte tituli ſtatim lector agnoſcat,quotus ſibi liber legendus,& quæ nobis prophetia explananda ſit. In præterito igitur uolumine,id eſt, quarto,partem prophetiæ contra Hieruſalem,cuius iſtud exordiũ eſt: Radix tua & generatio tua de terra Chanaan,uſq; ad eum locum,ubi ſcriptum eſt:Similam & oleum & mel quibus enutriui te,poſuiſti in conſpectu eorum in odorem ſuauitatis, ut potui breui ſermone diſſerui. Nunc eiuſdẽ prophetiæ pars reliqua cum cæteris quæ ſequuntur,quinto uolumini, & tuo Euſtochium nomini dedicatur. In quo nihil ex arte Rhetorica,nihil ex compoſitione reperies,& uenuſtate uerborum:ſed curam ſimplicis & ſollertis diligentiæ:ut iſta & ſola laus mea ſit,ſi prophetæ per me dicta intelligas.

A

COMMENTARIORVM Hieronymi in Ezechielem prophetam Liber quintus.

ET factum est &c.] Quod filios suos & filias Hierusalem de quib. scriptū est: Filios genui & exaltaui: ipsi aūt spreuerūt me, idolis immolauerit, sancta scriptura commemorat: Immolauerūt filios suos & filias suas dæmonibus. Et iterum: Effuderunt sanguinem innocētem, sanguinē filiorū suorum & filiarū suarum quas immolauerunt sculptilib. Chanaan. Suos aūt uocat iuxta Hebraicū. Ipse ēm de eis dixerat: Filius primogenitus meus Israel. Siue iuxta Lxx. tuos, quos de fornicatione genuisti. In eo autē loco in quo nos posuimus, & dedisti illos cōsecrans eis: pro quo Lxx. trāstulerūt, & dedisti eos ad placandū siue expiādū: Aquila, Symmachus & Theodotio posuerūt, trāstulisti & transduxisti eos: qa ethnici per ignē filios suos uel transferūt paruulos uel adultos transire cōpellūt. Cū hæc, ait, feceris, non es recordata infātiæ tuæ, qñ tuli te cōspersam sāguine & laui, & post multa quæ propheticus sermo narrauit copulaui mihi. Nostra quoq; Hierusalē si hæretica fraudulentia supplātata fuerit, tollit filios suos qui robustiores sunt in fide, & filias quæ non habent tantā fidei fortitudinē: Aut certe filios qui mystica quæq; cognoscūt: filias quæ simplicē sequuntur historiā: & tradit dæmonibus deuorandos, & cum interficiat eos, uiuificare se credit & placare simulacra, quorū occisione saturantur. Quodq; dicitur iuxta Lxx. hoc est super oēm fornicationē tuam, & abominationes tuas: illud significat, quod cūctis peccatis & fornicationib. peior sit doctrina hæreticorum, quæ dei filios facit filios dæmonum: imò interficit eos, quos uel multo labore genuerat deo, uel suos fecerat filios quos in fornicatione generauit. b ¶ Et accidit post omnē malicia tuam: uæ uæ tibi, dicit dominus deus. Et ædificasti tibi lupanar, & fecisti &c.] Hoc quod secūdo dicitur, uæ, uæ tibi, uulgata æditio nō habet: Sed de Theodotionis æditione additum est. Rursumq; ubi nos diximus: Et ædificasti tibi lupanar, pro quo Lxx. transtulerūt: Et ædificasti tibi habitaculū fornicationis: Symmachus & Theodotio προπύλον interpretati sunt: Aquila uolēs exprimere etymologiā sermonis Hebraici בָּבָה posuit βόθυνον: quod nos dicere possumus, foueā: ut significet ganeam ac defossum specum atq; tenebrosum: in quo prostitutarum libido uersatur. Quodq; sequit: Et fecisti tibi prostibulū in cunctis plateis: pro quo Lxx. trāstulerūt ὑπόπυρα, in Hebraico habet גַּבִּיָּה & tam Aquila quàm Symmachus, & Theodotio, excelsum siue sublime interpretati sunt. Denicp & in cōsequentibus, ubi scriptū est: Ad omne caput uiæ ædificasti signū prostitutionis tuæ: Prosigno & fornicatione, rursum in Hebræo habet גַּבִּיָּה quod nos uel prostibulū, uel signum interpretati sumus: cum apud Hebræos unum uocabulum sit: hoc autem ponit, siue excelsius sit: ut uolētibus fornicari, ꝓcul appareat fornicatiōis locus, & nō necesse sit quæri. Qđ semel & iterum atque iterū diximus, in perpetuum dixisse sufficiat, sub persona mulieris post multa mariti beneficia fornicātis describi fornicationem Hierusalem, quomō à deo recesserit, & iuncta sit idolis, nec occulta fuerit fornicatione contenta, sed ædificauerit sibi lupanar, & in omni uia signum transeuntibus posuerit, ut uenirent ad scortum, & satiarent libidinem, non tam suam quàm eius quæ diuaricauit crura sua omni transeunti: & pulchritudinis magnitudinē fornicationis magnitudine deturparit, & inter cætera etiā Aegyptijs uicinis suis amore magnarū carniū prostrata sit: Et ut omne genus turpitudinis demonstraret, multipli ci spurcitiæ genere deformata sit. Nulli autem dubium, quod Aegypto uicina sit Palæstina, dicente domino ad Abraham: Dabo tibi omnē terrā à fluuio Aegypti, usq; ad fluuiū magnum Euphratem: ut ex una parte Aegyptios, & ex altera habeat Assyrios: cum quib. & in posterioribus dicitur fornicata. Fornicatio autem Hierusalem cum Aegyptijs, idololatriæ eorum imitatio est. Ad nostram autem Hierusalem, siue eccleſiam, siue credētium animas, si fuerint negligentes, & omnibus uitijs patuerint, duplex maledictionis sermo dirigitur, ut audiant: Væ uæ tibi, ait dominus deus, iuxta illud quod in Apocalypsi Ioannis scriptum est: Væ super omnes habitatores terræ. Si enim sanctus dicit: Aduena sum & peregrinus sicut omnes patres mei, quare non peccator habitator terræ esse dicitur? Aedificat autē sibi lupanar: qui tota frōtis libertate delinquit, iuxta illud quod scriptum est: Peccator quum uenerit in profundū iniquitatis, contemnit. Et extruit altissimū locum in cunctis plateis: Lata enim & spaciosa uia est quæ ducit ad mortē. Et in omni capite uiæ ædificat: ut nulla peccatorū genera derelinquat: sed imitās scortum prouerbiorū, manifeste in plateis & in angulis platearum, prætereuntes stultos

Esa.1.a

Psal.105.f

Exo.4.f

B

C

D

ET factum est ait dominus deus, & tulisti filios tuos & filias tuas, quas genuisti mihi, & immolasti eis ad deuorādū. Nunquid parua est fornicatio tua, immolantis filios meos? & dedisti illos consecrans eis. Et post omnes abominationes tuas & fornicationes non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda & confusionis plena, conculcata in sanguine tuo. Et accidit post omnem maliciam tuam: uæ uæ tibi, dicit dominus deus. Et ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. Ad omne caput uiæ ædificasti signum prostitutionis tuæ, & abominabilem fecisti decorem tuum, & diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas. Et fornicata es cum filijs Aegypti uicinis tuis magnarum

ET factum est post hæc dicit adonai dominus, & tulisti filios tuos, & filias tuas quas genuisti, & immolasti eis in consumptionē: quasi parum fornicata sis: & interfeciſti filios tuos, & dedisti eos cum offerres illis: hoc est super omnem fornicationem tuam & abominationes tuas: & non es recordata diei infantiæ tuæ quando eras nuda & ignominiosa: mixta in sanguine tuo uixisti. Et factum est post omnes malicias tuas: uæ uæ tibi, dicit adonai dominus. Et ædificasti tibi habitaculum fornicationis: & fecisti tibi prostitutionē in omni platea. Et in principio omnis uiæ ædificasti fornicatiōes tuas: & corrupisti decorem tuum, & diuaricasti crura tua omni transeunti, & multiplicasti fornicationē tuā, & fornicata es cū filijs Aegypti uicinis tuis qui sunt magnarum

Gene.13.d

Apoc.8.d

Psal.38.d

Prouer.18.d

A tos iuuenes ad suos inuitet amplexus, & polluat decorem animæ, quem pro beneficio à deo conditore sortita est. Et omnia itinera eius plena sunt turpitudinis cunctis & cogitationibus quæ uitiorum incentiua suppeditant, aperit cor suum, & crura diuaricat, & fornicatur cũ Aegyptijs uicinis suis, quorũ exempla sectatur, ethnicis uidelicet q̃ in suis turpitudinib⁹ gloriant, & tam nefaria est, ut ipsos quoq; superet in turpitudine. Et hæc oĩa facit, ut deum ad iracundiã prouocet. Magnarum autem carnium, Aegyptij esse dicuntur, siue ob turpitudinis magnitudinem, siue ob peccatorũ deformitatem. Vnde sanctus, carniũ dicitur paruularum, quæ in eo decrescunt quotidie & per uirtutes attenuantur, ita ut nequaquã caro appelletur, sed spiritus, & loquatur in psalmo: Sitiuit anima mea ad te de⁹ & multipliciter tibi caro mea: Siue (ut quædam habẽt exemplaria quõ consumpta est caro mea: In terra deserta & inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi. Quamobrem & Corinthius fornicator traditur in interitum carnis, ut spiritus B saluus fiat. De hac carne scriptum est: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Aruit fœnũ, & flos eius decidit: uerbum autem domini manet in æternum. De qua & apostolus loquebatur: Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Et in Genesi loquitur deus: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. Et ad credentes dicitur: Qui in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem nõ estis in carne, sed in spiritu. Alia autem caro sanctorum est, de qua scriptũ est: Omnis caro uidebit salutare dei. a ¶ Si autem extendero manum meã &c.] Quodq; sequitur: ἀνίσωσις, hoc est: Impie egisti, iuxta Lxx. sequenti capitulo coaptatur: iuxta cæteros finis superioris est. Extendit autem dominus super Hierusalem manum suam, ut corrigat delinquentem, & auferat legitima eius, quæ quam diu dei præcepta seruabat, legitima domini dicebantur. Quando uero adorauit idola, & religionem in impietatem mutauit, legitima illius appellantur. Quod non solum in lege & ceremonijs, sed in sabbatis quoque & diebus festis & neomenijs accipiendum est. Dans enim legem, ait: Sabbata mea & dies festos meos. Quando autem recesserunt à deo, dicitur eis: Neomenias uestras, & sabbata, & diem magnum non recipiam: Ieiunium & otium & solẽnitates uestras odit anima mea. Quod & de populo scriptum est. Qui enim prius populus dei uocabatur: postquã recessit à domino, dicitur de eo ad Moysen: peccauit populus tuus quem eduxisti de terra Aegypti. Quæ hic extensio manus, alibi eleuatio siue uisitatio dicitur. Quando enim peccantem nõ corripit deus, contrahit manum suam. Sin autem peccauerit, & in dei lege cœperit ægrotare, mittitur ad eum uisitatio, iuxta illud quod in psalmo canitur: Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, uisitabo in uirga iniquitates eorum. Et in hoc propheta scriptũ est: Terra si peccauerit mihi ut delinquat delictũ, extendam manum meam super eam, & conteram firmamentum panis eius, & cæliqua. In quo quærimus quid C
sit inter extensionem manus, & emissionem eius. Loqui 1ob.2.b
tur autem diabolus ad dominum: Mitte manum tuam, & tange omnia quæ habet, nisi in facie benedixerit tibi. Videturq; mihi, mitti manus ad probationem eorũ qui bus mittitur: Extẽdi autem ad pœnas eorum qui merent̃ supplicia. Nec solum extẽsio, & immissio sed expansio manus dei dicitur, Esaia ex persona domini proclamante: Tota die expã Esa.65.a
di man⁹ meas ad populum non credentẽ & cõtradicentẽ. Sanctus q̃q; leuare narratur manus, scriptura dicente: Eleuatio ma- Psal.140.a
nuum mearum sacrificium uespertinum. Sublatis autem legitimis dei à populo Iudæorum: interrogemus eos quã habeãt legis obseruantiã. Vidimus sublato templo atq; subuerso offerre nõ possunt, nec adulterarum lapidatio, cæterorumq; crimi-

HEB. rũ carniũ, & multipli casti fornicationem tuam ad iritandum me. Ecce ego extẽdi manum meam super te, & auferam iustificationem tuam, & dabo te animis odientium te, filiarum Palæstinarũ, quæ erubescunt in uia tua scelerata. Et fornicãta es in filijs Assyriorum, eo quod necdum fueris expleta, & postquã fornicata es, nec sic es satiata. Et multiplicasti fornicationem tuam in terra Chanaan cum Chaldæis, & nec sic satiata es.

SEP. rum carnium, & multipliciter fornicata es ut me ad iracũdiam prouocares. Si autem extenderõ manum meam super te, & auferam legitima tua, & dabo te in animas odientium te, filiarum alienigenarum, quæ te declinare fecerunt de uia tua. Impie egisti, & fornicata es in filios Assur, & nec sic satiata es, & fornicata es & non es repleta, & multiplicasti testamenta tua ad terram Chanaan & Chaldæorũ, & neq; in istis expleta es.

In Quid

Psal.62.a

1.Cor.5.b
Esa.40.b
1.Cor.15.f
Gen.6.a
Rom.8.b
Esa.40.b
Exod.31.c
Deu.5.b
Esa.5.d
Deu.7.a
Exod.32.b
Psal.88.e

num legẽ concessa exerceri potest, & uacatio terræ anno remissionis, & cætera huiusce modi. Datur autem in animas odientiũ se filiarum Palæstinarum, q̃ traditur Palæstinis, quos indifferenter Lxx. alienigenas uocant, D
quas intelligere possumus urbes uel oppida Palæstinæ. Nostra quoq; Hierusalem, si præterierimus ceremonias dei, & extẽta fuerit manus eius super nos, & ablata cuncta legis obseruantia, tradetur filiabus Palæstinæ & non filijs. Neq; enim primũ fortioribus supplicijs tradimur, sed iuxta peccatorum qualitatem inferioribus, ut correpti in minori, maiora cruciatuũ tormenta uitemus. Philistim, hoc est, Palæstini, prima literarum parte mutata, interpretantur cadentes poculo, siue fractura. Per quæ significatur tradendos nos aduersarijs potestatibus: quæ ẽiberunt de calice Babylonis & corruerunt, & quarum opera peruersa sunt. Tantaq; erit miseræ Hierusalẽ correptio atq; ignominia, ut erubescant etiam ipsæ aduersariæ potestates super nostrorum magnitudine peccatorũ. Quod nos interpretati sum⁹ iuxta Symmachũ, scelerata: Theodotio ipsum uerbum Hebraicum posuit יִרְפַּת. Sublatis autẽ ceremonijs dei à populo Iudæorũ, ad nos cum sacerdotio tranſit & legislatio dicente scriptura: Constitue dñe legislatorẽ super eos. Et in alio loco: Legem pone mihi dñe in uia tua. b ¶ Et fornicata &c.] Supra scriptum est, Hierusalem fornicatã cũ filijs Aegypti uicinis suis, q̃ sunt magnarũ carniũ: hic altera Assyriorũ uicinitas indicat̃. Et propterea utriusq; traduntur gentibus: quia utrarumq; simulacra uenerati sunt: ingredientesq; Chaldæam, quæ est terra Chanaan, imitati sunt eorũ errores, quorũ imperio subiacebant. Secũ dũ Tropologiã de alijs peccatis ad alia sæpe transimus. Tropol.
Cũq; nõ egerimus priorũ scelerũ pœnitentiã, augemus delicta delictis, & nullo errore satiamur, sed quasi funẽ lõgo & corrigia iugi uitulæ trahimus peccata, & testamẽtũ nostrũ siue fornicationẽ multiplicamus in terra Chanaã, quæ interpretat̃ quasi fluctuatio, & cũ Chaldæis, q̃ & ipsi nobiscũ sonãt quasi dæmonia. Semperq; uestigia Psal.39.a
habem⁹ in salo, & nunq; possumus dicere: Statuit supra petram pedes meos. Hæreticorumq; prauitatibus subijcimur, qui habent similitudinem dæmonum. siue ipsis

A dæmõibus, de quibus Paulus ſcribit: Non eſt nobis pugna aduerſus carnẽ & ſanguinẽ, ſed aduerſum rectores tenebrarum iſtarũ aduerſum ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. a ¶ In quo mundabo cor tuum, ait dominus deus, cum facias hæc omnia &c.] Quod & dixere Lxx. Et fornicata es triplicíter in filiabus tuis, in Hebraico non habetur, nec aliorum interpretum quiſpiam poſuit: ἀπροφητικῶς autẽ hæc omnia ad Hieruſalem loquitur deus, & quid inuenire non ualeat quo ægrotantem & feminecẽ poſſit curare medicamine, iuxta illud quod Eſa.5.b ſcribit Eſaias: Quid Oſee.6.b eſt quod debui ultra facere uineæ meæ, & non fecerim ei? Et Oſee: Quid faciam tibi Ephraim, quid faciã tibi Iuda? Miſericordia ueſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens. Idololatria eñ tua non in occulto, ſed tota libertate cõmiſſa eſt, ut in omnibus uiarum principijs & compitis ponere aras, & baſim ſiue
B excelſum tuũ, de quo ſupra diximus, facere in omni platea. Nec imitata es callidas meretrices, quæ ſolent difficultate augere libidinis precium, & ex hoc magis amatores ad inſaniã prouocare. Siue iuxta Lxx. Non fuiſti quaſi meretrix cõgregans mercedes ſed dediſti & quæ accipere debueras, ut nec in eo quod fornicata es & ſecuta dæmones, eorũ protegereris auxilio, ſed uarijs oppreſſa captiuitatibus, ſentires calamitates tuas. Quod quidẽ & ad omnem animam Chriſtianã referri poteſt quæ deſerto cultu dei, uitijs ſe, luxuriæ & permiſit, & ſecularem ſecuta uitam, ne in ea quidem ægit feliciter, ſed & diuitias religionis perdidit & mũdi diuitias non accepit, nec in conſtupranda ea fuit aliqua difficultas, ſed ipſa ſe ingeſſit amatoribus ſuis. Eſt autẽ & alia fornicatio ſpiritualis, quando deſerentes eccleſiam, hæreticis iũgimur, & ædificamus lupanar noſtrum in capite omnis uiæ, quibus Hiere.6.d præcipit ſermo diuinus: State in uijs, & quærite ſemitas domini ſempiternas, & uidete quæ ſit uia bona & ambulate in ea, Moyſi uidelicet, Ieſu, Iudicum & Regũ libris, Eſaiæ & Hieremia, & alijs prophetis. In omnibus uiarũ principijs fabricatur lupanar ſuum, qui ad peruerſitatẽ doctrinæ, teſtimonijs male abutitur ſcripturarum, & dicit: Hæc ait Eſaias: hæc dicit Oſee: hæc locutus eſt Moyſes: hæc Daniel. Et pulchre non in mediis uijs, nec in uiarum terminis ponit lupanar ſuum, ſed in principio. Si enim ad ſcientiam & profunda diuinorum uenerit librorũ, errare nõ poterit. Excelſum quoq; ſuum ſiue baſim facit in omni platea: ethnicorum ſe & impiorum laſciuiæ uitijſq; permittens, etiam inter ipſos hæreticos cum ab eis fuerit deturpata, non habens gratiam, ſed patiens cõtemptui, quia facile præteritam fidei perdidit ca C ſtitatem. Hoc autem quod (ut ſupra diximus) in Hebraico nõ habetur: fornicata es tripliciter in filiab⁹ tuis: ſiue ad Hieruſalem iuxta literã dicitur, quod oñi genere in ſuis oppidis & uiculis fornicata ſit, & nullus remãſerit angulus uel platea, ubi non idololatriæ ſigna condiderit: Siue eccleſiæ credentibuſq; deceptis, qui non audierunt illud Apoſtoli: Ipſe autem de⁹ pacis ſanctificet uos per omnia, ut integer ſpiritus ueſter & anima & corpus ſine querela in die aduentus dñi noſtri Ieſu Chriſti ſeruet: ſed omni genere fornicati ſunt, & corpore, & anima, & ſpiritu. Legimus in Prouerbijs: Prouer.22.d Tu autẽ ſcribe eas tripliciter, ut reſpõdeas ſermones ueritatis, q proponuntur tibi. Et iubetur nobis, ut eloquia ueritatis, id eſt, ſcripturas ſanctas intelligam⁹ tripliciter. Primũ, iuxta literã, ſecundo medie per Tropologiam: tertio, ſublimius, ut myſtica quæq; noſcamus. Se
D cũdum literam, illud eſt: Neq; fornicemur, ſicut quidam eorum fornicati ſunt, & ceciderunt una die uiginti tria milia. Et: Noli/ 1.Cor.10.b te murmurare, ſicut quidam de eis murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Medie autem & iuxta Tropologiam, qñ recedimus à litera, & paululum ad altiora conſcendimus, dicente Apoſtolo: Scriptũ eſt: Non alligabis os boui triturãti: Stati/ 1.Cor.9.b mim q; ſequitur: Nunquid de bobus cura eſt deo? An propter nos utiq; locut⁹ eſt? Extrema aũt, id eſt, tertia & ſublimis ſacraq; intelligentia, iuxta illud eiuſdem Apoſtoli: Epho.5.a Propterea relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit uxori ſuæ. Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autẽ dico in Chriſto & in eccleſia. Filiæ autem ſunt eccleſiæ fornicantis, credentium prius, & poſtea deceptorum in hæreſi animæ, quarũ culpa refertur ad matrẽ. b ¶ Sed quaſi mulier adult. &c.] Hoc quod in Lxx. ſcriptum eſt: Similis tui, in Hebraico non habetur, & lectionis contur bat ordinem, & facit non minimã quæſtionem, quæ mulier cuius ſimilis ſit: cum Hieruſalem ipſa, mulier adultera eſſe dicatur. Tulit igitur Hieruſalem rerũ omnium abundantiam qua fuerat uiri liberalitate donata, & dedit eã alienis, dæmonibus uidelicet & idolis, iuxta illud Oſee.2.b quod ſcriptũ eſt in Oſee: Et hæc non cognouit, quia ego dedi ei triticum, & uinum, & oleum, & argentũ multipli/ caui ei, ipſa uero argẽtea & aurea fecit Baalim. Vnde iratus ſtatim infert: Propterea conuertã & auferã triticum meũ in tẽpore ſuo, & uinũ meũ in tẽpore ſuo, & tollã ueſtimenta mea, & linteamina mea, ut non operiam ultra ignominiam eius, & nunc reuelabo immundiciam eius in conſpectu amatorũ illius, & nemo eruet eã de manu mea

tens cõtemptui, quia facile præteritam fidei perdidit ca C ſtitatem. Hoc autem quod (ut ſupra diximus) in Hebraico nõ habetur: fornicata es tripliciter in filiab⁹ tuis: ſiue ad Hieruſalem iuxta literã dicitur, quod oñi genere in ſuis oppidis & uiculis fornicata ſit, & nullus remãſerit

HEB. In quò mundabo cor tuum, ait dominus deus, cum facias hæc omnia opera mulieris meretricis, & procacis? Quia fabricata es lupanar tuum in capite omnis uiæ, & excelſum tuum feciſti in omni platea, nec facta es quaſi meretrix faſtidio augens preciũ. Sed quaſi mulier adultera quæ ſuper uirum ſuum inducit alienos: omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autẽ dediſti mercedes cunctis amatoribus tuis, & donabas eis ut intrarent ad te undiq; ad fornicandum tecum. Factumq; eſt in te contra cõſuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & poſt te non erit fornicatio. In eo enim quòd dediſti mercedes, & mercedes non accepiſti, factum eſt in te contrarium.

SEP. Quid faciã cordi tuo, dicit adonai dominus, cũ feceris hæc omnia opera mulieris fornicariæ & impudentis? & fornicata es tripliciter in filiab⁹ tuis, qñ ędificaſti lupanar tuum in principio omnis uiæ, & baſim tuã feciſti in omni platea, & non fuiſti quaſi meretrix cõgregãs mercedes. Mulier adultera ſimiliſtui, à uiro ſuo accipiens mercedes: omnibus qui fornicabantur cum ea, dabat mercedes, & tu dediſti mercedes cunctis amatoribus tuis, & onerabas illos ut uenirent ad te per circuitum in fornicatione tua. Et factum eſt in te peruerſum contra mulieres in fornicatione tua, & poſt te non ſunt fornicatæ: in eo quòd dares mercedes, & mercedes non ſunt datæ tibi, & factũ eſt in te peruerſum.

Pro/

Pro/

re. Medie autem & iuxta Tropologiam, qñ recedimus à litera, & paululum ad altiora conſcendimus, dicente Apoſtolo: Scriptũ eſt: Non alligabis os boui triturãti: Stati/ 1.Cor.9.b mim q; ſequitur: Nunquid de bobus cura eſt deo? An propter nos utiq; locut⁹ eſt? Extrema aũt, id eſt, tertia & ſublimis ſacraq; intelligentia, iuxta illud eiuſdem Apoſtoli: Epho.5.a Propterea relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit uxori ſuæ. Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autẽ dico in Chriſto & in eccleſia. Filiæ autem ſunt eccleſiæ fornicantis, credentium prius, & poſtea deceptorum in hæreſi animæ, quarũ culpa refertur ad matrẽ. b ¶ Sed quaſi mulier adult. &c.] Hoc quod in Lxx. ſcriptum eſt: Similis tui, in Hebraico non habetur, & lectionis contur bat ordinem, & facit non minimã quæſtionem, quæ mulier cuius ſimilis ſit: cum Hieruſalem ipſa, mulier adultera eſſe dicatur. Tulit igitur Hieruſalem rerũ omnium abundantiam qua fuerat uiri liberalitate donata, & dedit eã alienis, dæmonibus uidelicet & idolis, iuxta illud Oſee.2.b quod ſcriptũ eſt in Oſee: Et hæc non cognouit, quia ego dedi ei triticum, & uinum, & oleum, & argentũ multipli/ caui ei, ipſa uero argẽtea & aurea fecit Baalim. Vnde iratus ſtatim infert: Propterea conuertã & auferã triticum meũ in tẽpore ſuo, & uinũ meũ in tẽpore ſuo, & tollã ueſtimenta mea, & linteamina mea, ut non operiam ultra ignominiam eius, & nunc reuelabo immundiciam eius in conſpectu amatorũ illius, & nemo eruet eã de manu mea

A mea. Cumq; omnes mulieres fornicantes soleant accipere mercedes ab amatoribꝰ suis: Hierusalem fecit cõtrarium, ut magis daret q̃ acciperet. Et ut largitatẽ merce dis ostenderet: Onerabat, inquit, eos ut uenirent ad se per circuitum, ne quis esset uicinus qui eius ignominiæ non misereꝛ. Et quidem Hierusalẽ in hoc quoq; uicit alias meretrices, ut nõ solum sua daret, quæ pro ritu turpitudinis labore quæsiuerat, sed & munera maritalia amatoribus & stupratoribꝰ suis tribueret. Tantaq; fuit expositio adulteræ ad omnem turpitudinis magnitudinem, ut non solum præsentibus, sed etiam futuris meretricibus præferatur. Vnde & nos iuxta Symmachum interpretati sumus: Et post te non erit fornicatio. Collatione enim tui, omnis deinB ceps fornicatio leuior existimabitur. Quicquid de Hierusalem diximus, refertur ad ecclesiam antiquasq; credentium, quæ munera maritalia, aurũ uidelicet in sensu, & argentum in eloquio, & uestimenta quibus fœditas nostra ac turpitudo uelatur, dant amatoribus suis, uel cõtrarijs fortitudinibꝰ, uel magistris dogmatũ peruersorum, q̃ asserũt nihil nocere luxuriã, & pasciuam libidinẽ, iuxta corporis genitalia, coitum naturali lege deposcere, cibis omnibus indifferenter utendũ, q ad hoc facti sunt, ut sumãtur. Prudentiam in eo tm̃ necessariã, ut sibi prosit, nec iusticiam habere locũ, quæ si ualeat, mendicandũ sit, & cætera huiuscemodi. Quæ accipiẽs misera Hierusalem, in qua uisio pacis eẽ deberet: acumen ingenij & eloquij uenusta

HEB. Propterea meretrix audi uerbũ dñi. Hæc dicit dñs deꝰ: Quia effusum est æs tuum, & reuelata est ignominia tua in fornicatione tua super amatores tuos, & super idola abominationum tuarum in sanguine filiorum tuorũ quos dedisti eis. Ecce ego cõgregabo oẽs amatores tuos, quibus cõmixta es, & oẽs quos dilexisti cum uniuersis quos oderas, & congregabo eos super te undique, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & uidebunt omnẽ turpitudinẽ tuam. Et iudicabo te iudicijs adulterarum, & effundentium sanguinem, & dabo te in sanguine furoris & zeli, & dabo te in manus eorũ, & destruẽt lupanar tuum, & demolientur prostibulũ tuũ, & denudabunt te uestimentis tuis, & auferent uasa decoris tui, & derelinquent te nudam, plenãq; ignominia. Et adducent super te multitudinẽ, & lapidabunt te lapidibus, & truncabunt te gladijs suis. Et comburent domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarũ, & desines fornicari, & mercedes ultra nõ dabis. Et requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te, & quiescã, nec irascar amplius, eo q; nõ fueris recordata dierũ adolescẽtiæ tuę, & prouocasti me in oĩbus his. Quapropter & ego uias tuas in capite tuo dedi ait dominus deus, & nõ feci iuxta scelera tua in omnibus abominatiõibus tuis. Ecce

SEP. Propterea meretrix audi uerbũ dñi. Hæc dicit adonai dñs: Quia effudisti æs tuũ & reuelabitur ignominia tua in fornicatione tua ad amatores tuos, & in omnes cognationes iniquitatum tuarũ, & in sanguine filiorum tuorum, quos dedisti eis. Ideo ecce ego super te cõgregabo oĩes amatores tuos, quibus cõmixta es, & oĩes quos dilexisti cum uniuersis quos oderas, & cõgregabo eos sup te per circuitũ, & reuelabo malicias tuas ad eos, & uidebũt cunctã ignominiam tuam, & ulciscar te ultione adulterarũ, & effundentium sanguinem, & ponam te in sanguine furoris & zeli, & tradam te in manus eorũ, & suffodient lupanar tuũ, & destruent basim tuã, & nudabunt te uestimentis tuis, & tollent uasa gloriationis tuæ, & derelinquent te nudam & plenam ignominiæ, & adducent super te multitudinem, & lapidabũt te lapidibus, & truncabunt te gladijs suis. Et succendent domos tuas igni, & facient in te ultiones coram mulieribus plurimis, & auertã te à fornicatione, & mercedes ultra non dabis: & immittam furorẽ meũ super te, & auferet zelus meus à te, & requiescam, & nõ ero ultra sollicitus, quia non es recordata diei infantiętuę, & contristabas me in his omnibus. Et ecce ego uias tuas in caput tuum dabo, dicit adonai dominus, & sic fecisti iniquitatẽ super cunctis iniquitatibus tuis. Hæc

tem, uertit in turpitu C dinem. Et pro amatoribus suis aduersum maritum ornata processit, his ornamẽtis in quibus in boni abusionem à uiro fuerat ornata. Quodq; sequitur: Et donabã eis ut intrarent ad te undiq; ad fornicandum tecum, omne genus significat peccatorum, ut non uno sit contenta delicto, sed peccandi sustineat famem, & contra iura naturæ omnibus turpata membris usque ad uerticem polluatur. 4 ¶ Propterea meretrix audi uerbũ domini. Hæc dicit domi. &c.] Primum historiæ fundamenta iacimus. Quia hæc & illa fecisti, quæ superior sermo cõprehendit, idcirco audi meretrix quæ feceris, & quæ passura sis. Effudisti æs tuum quod à me acceperas, & dedisti mercedẽ amatoribus tuis, quæ accipere debueras, & interfeciſti fi- D lios tuos, dum eos offerres idolis, ut non solum adultera, sed & parricida extiteris. Idcirco congregabo super te omnes amatores tuos, cum quibus fornicata es, tam eos quos dilexisti, quàm illos quos oderas, & adulterarũ te lege nudabo, ut omnes uideant turpitudinẽ tuam, & genitalia propter quæ prius amoris amentia fe rebãtur. Hæc autem oĩa per metaphorã mulieris adulteræ & homicidæ, quæ nõ solum contra uirũ suũ fornicata sit, sed & filios interfecerit, dicũtur ad Hierusalem, & quod congregandæ sint uniuersæ gentes aduersum eã quarũ adorauerit idola, & oĩa dei munera in cultũ eorum cõuerterit, & destruatur tẽplum Baal, & aræ oĩs ciuitatis incẽdio subuertanẽ, nihilq; in ea remaneat. Et sicut solẽt

contra

A contra adulteram oẽs lapidẽs iacere & trucidare meretricem, ut singulorum uulneribꝰ occidatur, ita ut oẽs mulieres pœnam uideant fornicariæ: sic in conspectu aliarum in circuitu ciuitatum & omnium nationum deserendã Hierusalẽ. Et hoc fieri, ut desinat fornicari, & nõ det ultra mercedes amatoribus suis, & requiescat indignatio dei, nec irascaꝛ, ei quã amare desierit. Exq̃ perspicimus grandẽ offensam esse nequaquam curæ haberi à deo, sed permitti hominẽ sceleribꝰ suis atq; peccatis. Auferet, inquit, zelus meus à te, & requiescam, nec irascar amplius, quasi alienæ, & quæ à me recesserit, & quã æternæ tradiderim nuditati. Si autẽ hoc passa est Hierusalem, quia cum idolis fornicata est, quid eã passuram putamus, qñ dei filiũ trucidarit? Et hæc, ait, uniuersa feciſti oblita beneficiorũ pristinorũ, & me ad iracundiam prouocasti, siue contristasti me, quẽ bonis operibus debueras ad gaudia prouocare. Propterea & ego tradidi tibi B opera tua in caput tuum. Et cũ te subuerterò adultera, tñ minus in te iræ meæ exercebo, q̃ meruisti: quo & in hoc diuina clementia demonstret, ut maiora sint peccata q̃ pœnæ. Iuxta Tropologiam, omnis anima accipit à deo pecuniam spiritualẽ, secundũ illud euãgelij q̃d dicit in parabolis quinq; & duum, & unius talentorũ, & decẽ seruorũ singulas minas accipientiũ: qui cũ egerint negligenter, debitores fiunt quinquaginta denariorũ & quingentorum: & propter hoc præsentibus amatoribus, quos dæmones contrariasq; uirtutes intelligimus, reuelat ignominia Hierusalẽ: uel in die iudicij, uel in tẽpore pœnitentiæ qñ corripiuntur. Et prius quidẽ solus omnipotens deus cernit occulta, dicente sermone euangelico: Et pater qui uidet in abscondito. Et in alio loco: Scrutans corda & renes deus. Et in regũ uolumine: Tu solus nosti corda cunctorũ filiorũ hominum. Quando uero fuerit expletũ: Non est absconditũ quod non manifestetur, & opertũ quod non reueleꝛ. Et in alio loco: Nolite ante tẽpus iudicare, donec ueniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordiũ, & tunc laus unicuiq; erit à deo, & cum correptionis tẽpus aduenerit, tũc implebit illud Osee: Nunc circundederunt eos cogitationes suæ. Et in alio loco: Inter se cogitationibus accusantibus siue defendentibus in die, qñ iudicabit deus abscondita hominũ. Et rursum: Ecce homo, & opera eius ante faciẽ illius. Et uidebunt omnes turpitudinẽ eius qui prius cũ ea fuerant fornicati, & dabit eã deus in sanguine furoris & zeli. Plenus est enim furor uiri contra uxorẽ adulterã, & nullo precio poteſt redimi. Sanguis aũt filiorũ sic intelligi potest, ut filios appellemus Hierusalẽ, λογισμοὺς καλοὺς, id est, cogitationes bonas, quæ à deo hoibus insitæ sunt, quos interficit adultera, qñ ad mala opera declinauerit. Prodest quoq; Hierusalẽ, ut suffodiat lupanar eius, & omnis fornicationis eius seminariũ destruat. Cũ eñ hoc factũ C fuerit, mercedes ultra nõ dabit, & reqescet dei indignatio, & nequaq̃ eã zelabit, de illius castitate securus, uide licet iuxta eos qui in bonã partẽ accipiũt quæ dicunt. Alij uero, ut supra diximus, ad contrariã partẽ referũt, ut magnæ iræ dei sit nõ irasci, cũ semel cõtemperit fornicatẽ, & de salute illiꝰ desperauerit. Sin aũt hæretici q uetus nõ recipiũt instrumẽtũ, iuxta Lxx. æditionẽ, in hoc loco reprehẽderint illud q̃d dictũ est: & cõtristabas me in omnibꝰ istis, eo q̃ deus nõ solũ irã recipiat, sed & mœrori subiaceat atque tristiciæ, interrogemus eos qũo illud susciptãt, q̃d certe boni dei mãdatum est: Ephe.4.g nolite contristare spiritũ sanctum dei, in q̃ signati estis in die redẽptionis. Quicquid eñ dixerint in defensionẽ illiꝰ testimonij, hoc nos in satisfactionẽ præsentis sermõis aptabimus. a ¶ Ecce oĩs &c.] Post κρτάλη γορ uitiorum & correptiõis Hierusalẽ, per quã retrahit ad salutẽ: aptat ei tritũ uulgi D sermõe prouerbiũ, ĩ ue ut Lxx. transtulẽre, parabola: Qualis mater, talis & filia. Mater aũt Hierusalẽ sicut & supra, & in cõsequentibus scriptũ est, cethæa appellat, interpretaturq̃ insaniens, siue in amentiã uertens: per quæ seculi huius incentiua monstrant, quæ captiuã animã ducũt ad interitum, & à uiro suo separant: haud dubiũ quin uerbũ dei doctrinaq̃ dicat. Et soror sororũ suarũ, ut post paululũ lecturi sumus Sodoma uocat & Samaria, quarũ altera gẽtilẽ uitã luxuriãq̃ significat: altera, hæreticorum decipulas. Porro quod in Lxx. legit: Soror es sororũ tuarũ, quæ repulerũt uiros suos & filios suos, nõ habet sensum. Quas enim alias sorores habebãt Sodoma & Samaria, quæ sorores sunt Hierusalẽ? & hoc quærendũ, q̃s uiros Sodoma Samariaq̃ dimiserint, & q̃s, piecerint filios. Nisi forte possimꝰ hoc dicere, q̃ semper errantiũ fluctuent pedes, nec sint solida uestigia quæ contra ueritatẽ sunt, sed huc illucq̃ discurrãt, & circũferant omni uẽto doctrinæ, dũ de falsitate trãseunt ad aliã falsitatẽ. Et cũ in primis frustra se sudasse cognouerint, ad secũda tertiaq̃ trãscendãt. b ¶ Mater ue.he. &c.] Supra dixerat: Pater tuus amorræus, & mater tua cethæa, hic ordine & numero cõmutato. Mater uestra cethæa, & pater uester amorræus. Cũ eñ scelera p fecerint, scindunt in ptes, & unione deserta, in turbã proficiũt ac multitudinẽ, quæ cũ Iesu nõ ualet ad mõtana cõscẽdere. Sorores aũt Hierusalẽ Samariã & Sodomã, quarũ altera à sinistris, altera à dextris est, etiã scdm intelligentiã corporalẽ si de tẽplo Hierusalẽ oriẽtẽ aspicias, approbabis. Maioriq̃ dicit Samaria, qa prior peccauit, & ab Assyrijs ducta est in captiuitatẽ, & minor ac iunior Sodoma, quæ refertur ad gentiũ turbã. Alioquin eo tempore Sodoma non erat quæ prius quàm in scripturis legamus Hierusalem, cum Gomorra, Adama, & Seboim, diuino fuerat igne deleta. Media autem inter duas sorores Hierusa-

HEB. Ecce ồmnis qui dicit uulgo prouerbium, in te assumet illud, dicens: Sicut mater, ita & filia eius. Filia matris tuæ es, quæ proiecit uirum suum, & filios suos: & soror sororum tuarum tu, quæ proiecerunt uiros suos & filios suos. Mater ṽestra hethæa & pater uester amorræus, & soror tua maior Samaria, ipsa & filię eius quæ habitant ad siniſtram tuam. Soror autem tua minor te, quæ habitat à dextris tuis Sodoma & filiæ eius. Sed nec in uijs earum ambulasti, neq; secundum scelera earũ feciſti, paulo minus penè sceleratiora feciſti illis in oĩbus uijs tuis. Viuo

SEP. Hæc sunt omnia quæ dixerunt contra te in parabola, dicentes: Sicut mater, & filia. Filia matris tuæ tu es, quæ repulit uirum suum, & filios suos, & soror es sororum tuarum quæ repulerunt uiros suos, & filios suos. Mater uestra chettæa & pater uester amorræus: soror uestra senior Samaria, hęc & filiæ eius quæ habitant à siniſtris tuis: & soror tua iunior te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma & filiæ eius: & nec sic quidem in uijs eius ambulasti, neque secundum iniquitates illius egisti, paulo minus & transgressa es eas in omnibus uijs tuis. Viuo

Tropol.

Matth.25.b

Ibid.6.a
Psal.7.c
3.Reg.8.d
Lu.12.a

1.Cor.4.d

Osee.7.a
Rom.2.c

Supra m.

A Hierusalē quæ alio noīe appellatur Iuda, à Chaldæis ducta est in Babylonē, multoq; Hierusalē sceleratiora peccauit q̄; Samaria & Sodoma, in templo adorās idolum zeli, & postea dei filium interficiens. Porrò secundū Tropologiā, Samaria & Sodoma, id est, hæretici & ethnici, Tropolog. sæpe leuiora committunt, q̄; hi qui putantur Hierusalē, hoc est, ecclesiastici. Vnde ad Corinthios dicit, qui credebāt quidem in Christum, sed malis operibus premebantur: Oīnino auditur 1.cor.5.a inter uos fornicatio, & talis fornicatio, q̄ lis nec inter gētes quidem, ita ut uxorē patris q̄s habeat, & cætera. Solent hæretici, qui tñ uetus suscipiūt instrumētū, tres naturas ex hoc loco intelligere, spiritualē, animalem, atq; terrenā. Et spiritualem referunt ad Hierusalem, animalem, ad Samariam: terrenā, ad Sodomam: quos breuiter interrogem⁹, quo modo tres naturæ, spiritualis, animalis, & terrena, quæ utiq; inter se diuersæ sunt, unam matrē & unū B patrem habere dicantur, q̄ figmēto eorum non congruit. Et quo modo animalis & terrena natura, iuxta hunc eundem prophetam restituantur in antiquum statum, id est, in spiritualem, quod & ipsum eorum rationibus contrariū est. Quod autem Samaria intelligatur in hæresibus, & in Osee propheta & in multis alijs locis, præcipueq; illo testimonio compro Amos.6.a batur: Væ qui despiciunt Sion, & qui confidunt in monte Samariæ, uindemiauerunt principia gētium. Omnes enim hæretici despiciunt Sion, quæ interpretatur, speculа, & refertur ad ecclesiam, & confidunt sibi in mōte Samariæ: in superbia uidelicet dogmatū peruersorū, quæ putant esse sublimia, & per has prædicationes fraudulentas, uindemiant atq; populantur principia gentium: ut miraculo doctrinarū, potentes quosq; gentiliū ad errorem hæreticū pertrahant. a ¶ Viuo ego &c.] Quod posuere Lxx. Hoc habebat ipsa & filiæ eius, in hebraico non habetur. In ueteri testamento, dei iuramentum est: Rom.14.d Viuo ego dicit dñs. In nouo autē: Amen amen dico uobis. Sin autē hoc commune cū cæteris est: Deus Abra- Ioan.13.b ham, deus Isaac, & deus Iacob, non est deus mortuorū, Mar.12.c sed uiuentium. Et in alio loco: Placebo dño in regione ui- Psal.114.b uentium: quærimus, qua ratione commune uocabulū proprie sibi uēdicet deus. Sed quomodo dicitur: arbor bona, & bonus homo, & bonus pastor, & bonus seruus, Luc.18.d nemo autem absolute bonus nisi solus deus: sic cum angeli cæteræq; uirtutes, patriarchæ quoq; & prophetæ, atque apostoli sint uiuentes, comparatione dei omnipotē- Psal.88.g tis, mortui appellantur. Quis est enim homo qui uiuit, & non uidebit mortem? Vnde & apostolus Paulus de 1.Tim.6.e deo: Qui solus, inquit, habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. Et de fonte uiuentium: Vita, inquit, nostra abscondita est cum Christo in deo. Iste igitur qui iurat & loquitur: Viuo ego dicit dominus, descri-

HEB. Viuō ego dicit dominus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa & filiæ eius, sicut fecisti tu & filiæ tuæ. ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & ocium ipsius & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant. Et eleuatæ sunt, & fecerunt abominationes coram me, & abstuli eas sicut uidisti. Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed uicisti eam sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es. Ergō & tu porta confusionem tuam

SEP. Viuo ego dicit adonai dñs: si fecit Sodoma soror tua, hæc & filiæ eius, sicut fecisti tu & filiæ tuæ. Veruntñ fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ superbia in saturitate panū, & in abundātia. Delicijs affluebat ipsa & filiæ eiꝰ, hoc habebat ipsa & filiæ eius, & manum pauperis & egeni non assumebant, & gloriabantur magnifice, & fecerunt iniquitates in conspectu meo, & abstuli eas sicut uidisti. Et Samaria dimidium peccatorum tuorū nō peccauit, & multiplicasti iniquitates tuas super eas, & iustificasti sorores tuas in omnibus iniquitatibus tuis, quas operata es. Et tu sustine tormentum tuum

ro daret, quod proficiendum erat. Ob quam causam & in alio loco scribitur: Omnis qui se exalt at, humiliabi- Ibid.14.c tur, & qui se humiliat exaltabitur. Superbia, saturitas panis, rerum omnium abundantia, ocium & deliciæ, peccatum Sodomiticū est, & propter hoc sequitur dei obliuio, q̄ præsentia bona putat esse perpetua, & nunquā sibi necessarijs indigendum. Quapropter & lege præci- Deut.8.b pitur: Attende ne comedens & bibens & saturatus, ædificatis domibus optimis, habensq; oues & boues, argētum & aurum, obliuiscaris domini dei tui. Et in alio loco de Israel scriptū est: Manducauit & bibit, & saturatus Deu.32.b est, & impinguatus, & calcitrauit dilectus. Quod sciens & sapientissimus omnium Salomon in prouerbijs deprecatur: Tribue mihi necessaria & quæ sufficiant, ne sa- Prouer.30.b turatus mendax fiam & dicā: Quis me uidebit? aut pauper effectus, furer, & peierem nomen dei mei. Quodq; sequitur, & iustificasti sorores tuas in cunctis abominationibus tuis, quas operata es, non simpliciter iustas Sodomam & Samariam esse decernit, sed cōparatione deteriorum: quomodo & publicanus, de quo supra diximus, non absolute iustus dicitur, sed collatione peioris. Et tñ cum tales sint Sodoma & Samaria, ne dimidium quidem peccauerunt comparatiōe Hierusalem. Seruus Luc.12.f eñ qui scit uoluntatem dñi sui, & nō facit eā uapulabit multis. Et: Potētes potenter tormenta patient. Porrò q̄ pro delicijs, ocium in Hebraico continet: sciendū ad illū sensum pertinere. In desiderijs est oīs anima ociosa, q̄ uidelicet semper aliquid agendū sit, ne ager pectoris nostri cessante manu, malarū cogitationū sentibus occupetur. b ¶ Ergo & tu porta &c.] Secunda post naufragiū tabula est: cū peccaueris, erubescere, & non illi subiacere increpationi, quæ contra Hierusalem dicitur: Facies meretricis

C D

A meretricis facta est tibi: nescis erubescere. Portat autem tormentum suum, qui propria torquetur conscientia, & in isto seculo sustinet propria uoluntate cruciatū, ne æterna tormenta sustineat. Corrumpimusq; fratres nostros uel sorores peccatis nostris, qñ per nostra peccata ad maiora scelera prouocantur. Quod dico, ita fiet manifestiꝰ: Finge aliquē in sacerdotali culmine cōstitutum nō bene uiuere, & deturpare operibus dignitatē: Nónne imitatione uitiorū eius, laicus frater corrūpitur? Nam & qui unū de minimis scandalizauerit, mola collo alligata, præcipitatur in profundū. Sorores quoque Hierusalem Sodoma & Samaria iustificant, nō quo per se iustæ sint, Sed ut diximus comparatione peioris.

Matth. 18.a

a ¶ Ergo & tu confun. &c.] Confusionē sequitur ignominia, ignominiam, correptio, correptionē, cōsolatio consolationē, salꝰ iuxta illud Apostoli: Tribulatio operatur patientiā: patiētia probationem: probatio, spem: spes aūt non cōfundit. Haud dubiū qn in futurū, quia in præsentiarū, sua per confusionem peccata deleuit. Tale quid & illud euangelij sonat: Est confusio quæ ducit ad mortē, & est confusio quæ ducit ad uitā. Spiritus quoq; sanctus peccatores hortat in psalmis: Confundant & reuertant omnes inimici mei, conuertantur retrorsum, & cōfundantur ualde uelociter. Scriptū est & in alio loco: Dic tu primū peccata tua, ut iustificeris. Et rursum: Iustus accusator sui est in principio sermonis. Non igitur mirum si prouocetur Hierusalem ad confusionē & ignominiam, quæ intantum peccauit, ut iustificaret sorores suas, cui deinceps dicitur: Et tu & filiæ tuæ reuertimini in antiquum statum. b ¶ Et conuertā restituens &c.] Grandis profectus Hierusalē, ut post confusionē & ignominiam, quā illatā sibi dei iudicio libenter excepit atq; portauit, dicens: Iram dñi sustinebo, qm̄ peccaui ei, promittatur ei restitutio in antiquū statū. Sed tm̄ quoniam cōparatione scelerū eius iustificata est Sodoma & Samaria, quarū altera à dextris, altera à sinistris est: Primū restituitur conuersio siue captiuitas Sodomæ, ut interpretatus est Aquila. Secundo captiuitas Samariæ, ut idem Aquila & Symmachus transtulerunt, & nouissima restituet Hierusalē, quæ maiore fuerat iniquitate depressa, & peccatrices sorores cōparatione sui iustas esse mōstrauerat. Cui em̄ dubium, quin inter tres peccatores, imò impios, gentilē, hæreticū, ecclesiasticū, multo maioribꝰ pœnis dignus sit, qui maioris fuerit dignitatis? Potētes em̄, ut diximus, potēter tormenta patientur. Qui aūt minimus fuerit, dignus est misericordia. Et seruus qui scit uoluntatē dñi sui, & nō facit eā, uapulabit multis. Vnde & Petrus: Tempus, inquit, est, ut incipiat iudiciū à domo dñi. Et in hoc eodē propheta præcipit secures habenti-

Rom. 5.a

Psal. 39.c

Esa. 43.d

Prouer. 18.c

1. Pe. 4.d

HEBR. tuam, quæ uicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agens illis: iustificatæ enim sunt à te. Ergo & tu confundere & porta ignominiam tuam, quæ iustificasti sorores tuas. Et conuertām restituens eas conuersione Sodomorum cum filiabꝰ suis, & conuersione Samariæ & filiarum eius, & conuertam reuersionem tuā in medio earum, ut portes ignominiam tuam, & confunderis in omnibus quæ fecisti consolans eas. Et soror tua Sodoma & filiæ eius reuertētur ad antiquitatem suam. Et Samaria & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam. Et tu & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatem uestram. Non

SEP. tuū in eo q̄d corrupe-
ris sorores tuas in peccatis
tuis q̄bus inique egisti super eas, & iustificasti illas
sup te. Et tu confundere &
suscipe ignominiā tuā: eo
q; iustificaueris sorores tuas. Et cōuertā cōuersiones
earū cōuersiōe Sodomorū & filiarū eius, & conuertā cōuersionē Samariæ &
filiarū eius, & conuertā cō-
uersionem tuam in medio
earū, ut portes tormentū
tuū & habeas ignominiā
ex omnibus quæ fecisti, ut
me ad iracundiam prouocares. Et soror tua Sodoma & filiæ eius restituent, sicut fuerūt à principio, & Samaria & filiæ eius restituent sicut fuerūt à principio. Et tu & filię tuę restitu-
emini, sicut fuistis ab initio. Nisi

C

supra. 9.a

deū ad iracundiā prouocarit. Ex quo perspicuū est, nō esse naturalē irā dei, sed nostris uitijs clementissimū & mansuetissimum deū ad iracundiā prouocari, dicēte Apostolo: An diuitias bonitatis eius, & sustentationis, & patiētiæ contēnis, ignorās quia bonitas dei ad pœnitentiam te prouocat? Secūdum duriciā aūt tuā & impœnitens cor, thesaurizas tibi irā, quam deus naturaliter non habet. Vnde & in alio loco scriptū est: Exod. 15.d Emisisti irā tuā quæ deuorauit eos sicut stipulam. Quod cm̄ cō iunctū est, & in uno corpore copulatum, mitti nō potest, sed illud quod extra corpꝰ est. Verbi gratia, lancea, telum, sagitta, gladius. Legimus & in euangelio: Tolerabilius fore terræ Sodomorū in die iudicij, q̄m ei quæ apostolos nō receperit. c ¶ Et soror tua Sod. &c.]

Rom. 1.d

D

Matth. 10.b

Iudæi inter cæteras fabulas & interminabiles genealogias, & delyramenta quæ fingunt, etiam hoc somniant, in aduentu Christi sui, quē nos antichristum scimus, & in mille annorū regno, Sodomā esse restituendam in antiquum statū, ita ut sit quasi paradisus dei & quasi terra Aegypti, & Samariā pristinā recipere felicitatē, ut de Assyrijs reuertant in terrā Iudæam. Legimus enim decem tribꝰ captas à Phul, & Salmanassar, & Teglathphalassar regibus Assyriorū, & usq; hodie ibi esse captiuas. Hierusalem tunc quoq; fabricandam, & omnes filias eius, urbes uidelicet & uiculos & castella, quæ sub ipsius futura sint potestate, florituras ut prius floruerūt: & ipsam Hierusalem auro & argento, & precios lapidibus extruendā, de qua & Esaias uaticinetur: Constituā iudices tuos sicut prius, & consiliarios tuos sicut à principio, & post hæc uocaberis ciuitas iusticiæ, mater ciuitatum, fidelis Sion: & nostra loquatur Apocalypsis: Et Dauid cantat: Bene fac domine in bona uoluntate tua Sion, & ædificētur muri Hierusalem. Et in alio loco: Aedificabuntur ciuitates Iudæ, & habitabunt & commorabuntur ibi, & semen eorum in æternum dirigetur. Nos autem horū perfectam scientiā, dei iudicio relinquentes, imò liquido cōfitētes, post secundū aduentū dñi saluatoris, nihil humile, nihil futurū esse terrenū, sed regna cœlestia quæ primum in euangelio promittuntur, hoc dicimus: quod in ecclesiæ statu, cuncta cōpleta sint, & quotidie compleantur. Sodoma reuertitur in antiquum statum, qñ naturæ suæ reddita gentilis prius & impia anima intelligit creatorē. Samaria recipit antiquam beatitudinem, hæretico rum errore contēpto, & iuncta doctrinæ, & fidei Christianæ

4. Reg. 17.d

Esa. 1.g

Apoc. 21

psal. 50.

psal. 68.

A stianæ. Cumq; illæ reuersæ fuerint, & Hierusalē uisio pacis, quæ interpretatur ecclesia reuertetur in pristinū statum. De qua scriptum est: Factus est in pace locus eus. Et: Hierusalem quæ ædificatur ut ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. Et in Apostolo: Quæ autē sursum est Hierusalē, libera est: quæ est mater nostra. Et in eodē: Accessistis ad Sion mōtem & ad ciuitatem dei uiuētis Hierusalem cœlestem, & milia angelorum frequentium. Et reuertetur cum filiabus suis, quæ in toto orbe dispersæ sūt. De quo plenius in Esaiæ explanationib⁹ disseruim⁹. 4 ¶ Nō fuit autem Sodoma soror tua &c.] Symmachus hunc locum ita interpretatus est: Quia non fuit Sodoma soror tua in auditu per os tuum in die superbiæ tuæ, antequā reuelaretur ignominia tua, sicut in tēpore opprobrij filiarū Syriæ, & omniū quæ in circuitu tuo sunt filiarū Palæstinarum, quæ te ambiunt per
B gyrū: Scelus tuum & nefas tuum tu portabis. Theodotio hoc modo. Et nō erat Sodoma soror tua in auditu oris tui, in die superbiæ tuæ, antequā reuelaretur malicia tua: sicut tempus opprobrij filiarū Syriæ, & omniū per circuitū eius filiarū alienigenarū quæ abominantur te per gyrū. Fornicationē tuā & cōtaminationes tuas tu portasti, dicit adonai dominus. Aeditioni Aquilæ cōgruit nostra translatio, quas omnes posui, ut ex collatione cunctarum, alicuius sensus possim⁹ reperire uestigiū, & interim absq; aliorū præiudicio, sic nobis uidet lectionis ordo reddēdus. In diebus superbiæ tuæ quādo peccabas, nō es recordata euersionis Sodomæ sororis tuæ, antequā pateret malicia tua, quæ hoc tēpore reuelata est intātū, ut cūctis urbib⁹ Syriæ & Palæstinæ quæ in circuitu tuo sunt, fieres opprobriū. Quia igit uicisti in scelere sororē tuā: nec eius exēplo territa es, ne similia sustineres & prohiberes pedē tuū: nunc aūt reuelata est ignominia tua, dei auscultā sentētiā. Vel porta iuxta Lxx. uel portasti, iuxta Aquilā & Theodotionē: uel portatura es, iuxta Symmachū, scelus & ignominiā tuā, ut postq; pœnas pro sacrilegio sustinueris: ueniā nō ex pacto tuo, sed ex mea clemētia cōsequaris. Syria Hebræo sermone dicitur אֲרָם quæ interpretatur, sublimitas. Et iuxta explanationē illius loci C
Esaiæ prophetæ, in quo Arā & Ephraim cōsentiunt contra Iudā & Hierusalē, ethnicorū arguta sapiētia: & quæ sibi sublimitatē scientiæ repromittat, iuncta malitiæ hæreticorū, impugnat Iudā in quo uera cōfessio est: & nō potest prævalere. Hic ḍq; eadē arrogantia Syriæ, id est philosophorū cū filiab⁹ alienigenarū, in quibus multiplex diuersorū in gētibus dogmatū error ostenditur, illudit Hierusalem: & opprobrio habet eā cuius uitijs superata est.

HEB. Nōn fuit autē Sodoma soror tua audita in ore tuo in die superbiæ tuę antequàm reuelaretur malicia tua, sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæstinarum, quæ ambiunt te per gyrum. Scelus tuum, & ignominiam tuam tu portasti, ait domin⁹ deus. Quiā hæc dicit dominus deus: Et faciam tibi sicut despexisti iuramentum, ut irritum faceres pactum. Et recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo tibi pactum sempiternū. Et recordaberis uiarum tuarum, & confunderis cum receperis sorores tuas tecum maiores cum minoribus tuis: & dabo tibi eas in filias, sed non ex pacto tuo. Et suscitabo tibi pactum meum tecum: & scies quia ego dominus: ut recorderis & confundaris: & non sit tibi ultra aperire os præ confusione tua, cum placatus fuero tibi in omnibus quæ fecisti, ait dominus deus.

Cap. XVII.

SEP. Nisi fuisset Sodoma soror tua ad audiēdum in ore tuo in diebus superbię tuę antecq; reuelarētur malicię tuæ, sicut nunc est filiarum Syriæ: & nisi hoc fuisset, quid factū esset tibi & omnium in circuitu tuo filiarū alienigenarū, quæ circundant te per gyrum? Impietates tuas & iniquitates tuas tu porta. Hæc dicit Adonai dominus: Et faciam in te sicut fecisti: sicut despexisti hæc ut prætereres testamentū meum. Et recordabor ego testamenti mei, quod feci tecum in diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo tibi testamentum sempiternum: & recordaberis uiæ tuæ: & despicieris cum receperis sorores tuas te maiores cum iuniotibus tuis: & dabo eas tibi in probationem, & nō ex testamento tuo: & suscitabo ego testamentū meū tecū: & cognosces, quia ego dominus: ut recorderis & cōfundaris: & nō sit tibi ultra aperire os à facie ignominiæ tuæ: cum propici⁹ fuero tibi iuxta omnia quæ fecisti, dicit dñs deus.

Cap. XVII.

b ¶ Quia &c.] Ideo tibi dixi scelus tuū & ignominiā tuā tu porta siue portasti, aut portatura es, ut recipias qđ mereris: quia despexisti iuramētū meū, & iritū fecisti pa Deut.32.f
ctū meum. Cū aūt fuerit expletū, ego occidā, & ego uiuificabo: ego percutiā, & ego sanabo: tūc recordabor pacti mei, quod olim tecū habui: & suscitabo tibi pactū, ne quaq; legis qđ præterijt, sed pactū euāgelij sempiternū: ut cū D
recordata fueris uiarū tuarū: & receperis sorores tuas maiores uel minores Samariā & Sodomā earumq; socias: tribuā tibi eas in filias siue in probationē. Oportet enim & hæreses esse, ut pro 1.Cor.11.d
bati quiq; manifesti fiant: nō ex tuo merito, sed ex mea misericordia: & tunc scias quod ego sim dominus: & recorderis beneficiorū meorum, & cōfundaris, & dicas iuxta Apostolū. Qui Ibi.15.b
nō sum dignus uocari apostolus: quia persequutus sum ecclesiā dei. Et non sit tibi ultra aperire os præ cōfusiōe tua. Sanctorū enim est aperire os iuxta Apostolū qui ait: Os meum 2.Cor.6.c
ad uos patet ò Corinthij: & dñi saluatoris, qui aperiens Matt.5.a
os suū, docebat eos, dicēs. & in psalmo: Aperiā, inqt, in Psal.77.a
parabolis os meū. Peccatori aūt dicitur: Peccasti, quiesce. Et: Vt quid tu assumis testamentū meum per os tuū? Psal.49.c
Et: Nō est pulchra laudatio in ore peccatoris. Sanctusq; Eccl.15.b
meretur audire: Aperi os tuū & implebo illud. Ex quo Psal.80.b
intelligimus, etiam cum per misericordiam dei receperimus pristinam gloriam: imò acceperimus pactū euangelij sempiternū: postq; placatus fuerit nobis dñs in omnibus quæ fecimus, memoriam præteriti nos habere peccati, & semper os claudere: quia nō ex operibus nostris, sed ex dei gratia saluati sumus. Cap. XVII.

A ET factum est uerbum domini &c.] Quãdo prophetæ dicitur, Propone ænigma narra parobolã: siue ut Lxx. transtulerunt: narra narrationẽ, & dic parabolã, ostendit obscurũ esse quod dicitur. Nulli enim dubium, & ænigma & parabolam aliud præferre in uerbis, aliud tenere in sẽsibus. Et saluator ẽm ad populũ loquebatur ĩ parabolis, quas secreto apostolis diserebat. Ergo ænigma & parabolam ita debemus intelligere quasi ænigma & parabolam. Duæ aũt in præsenti Ezechielis prophetia aqlæ proponuntur. De prima nunc dicendũ est: de altera in cõsequentibus differemus. Et interim simplicẽ carpamus historiã. Aquila grandis magnarum alarum, longo mem/
B brorum ductu, plena plumis & uarietate: siue ut uertere Lxx. plena unguium, Nabuchodonosor rex Chaldæorũ est: de q̃ & Osee loquit̃: Qua/
Osee 8.a si aquila super domũ dei. Iste multis imperãs nationibus & innumerabili uallatus exercitu, uenit super domũ dei, haud dubium quin templũ significet: siue ut nunc scriptura dicit ad Libanum: de quo loquitur Zacharias: Aperi
Zach.11.a Libane portas tuas: & comedat ignis cedros tuas. Vlula abies, qa cecidit cedrus quoniã magnifici uastati sunt. Et crebro templũ quod erat in clytũ atq; sublime, in scripturis sanctis Libanꝰ appellatur. Tulitq; medullã cedri, & summitatẽ frõdiũ eius euellit: & transportauit eam in terrã Chanaan: in urbe negociatorum posuit illam. Pro negociatoribus siue negociationibus, muratã Lxx. trãstulerunt. Indicat autẽ Iekoniam regẽ

ET factũm est uerbũ dñi ad me dicens: Fili hominis, propone ænigma, narra parabolã ad domum Israel, & dices: Hæc dicit dominus deus: Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis & uarietate uenit ad Libanum, & tulit medullã cedri. Sũmitatẽ frondium eius euellit: & trãsportauit eã in terram Chanaan: in urbe negociatorum posuit illam. Et tulit de semine terræ: & posuit illud in terram pro semine, ut firmaret radices super aquas multas: in superficie posuit illud. Cũq; germinasset, creuit in uineam latiorem humili statura: respicientibus ramis eius ad eã: & radices eiꝰ sub illa erãt. Facta est ergo uinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines. Et factå est aquila altera grãdis, magnis alis, multisq; plumis. Et ecce uinea ista quasi mittens radices suas ad eam: palmites suos extendit ad illam, ut irrigaret eam de areolis germinis sui. In terram bonam: super aquas multas plantauit eam: ut faciat frõdes, & portet fructum: & sit in uineam grandem. Dic Hæc dicit dominus deus: Ergó ne prosperabitur? Nónne radices eius euellet: & fructum eius distringet: & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet, & nõ in brachio grandi, neq; in populis multis, ut euelleret eam radicitus? Ecce plantata est, ergó ne prosperabitur? Nónne cum

ET factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis narra narrationem, & dic parabolam ad domum Israel, & dices: Hæc dicit Adonai dominus: Aquila magna, magnarum alarum, longo ductu plena unguium: quæ habet ductum intrandi in Libanũ, & tulit electa cedri. Sũmitates teneritudinis auellit: & attulit eas in terra Chanaan: in ciuitate murata posuit illud: & tulit de semine terræ & dedit illud in campo plantationẽ super aquas multas: ut respiceretur, posuit illud: ortũq; est & factum in uineam infirmã & paruulã magnitudine: ut tantũ apparerent rami eius sub ea: & radices illius subter illã erant. Et facta est in uineã magnam: & fecit propagines, & extendit ramos suos. Et facta est aquila altera grãdis magnarũ alarũ, plurimis unguibus: & ecce uinea hæc implicata erat ad eã, & radices eius ad illam: & ramos suos extẽdit ad illã ut irrigaret eã cũ gleba plantationis suæ. In cãpo bono, super aquã multam ipsa impinguata est: ut faceret germina, & afferret fructũ, & esset in uineã grandem. Propterea dic Hæc dicit Adonai dñs: Si dirigetur? nónne radices teneritudinis eius, & fructus illius cõputrescet: & arescẽt oia quæ ex ea orta sunt? Et non in brachio magno, neq; in populo multo: ut euellat eã à radicibus suis, & ecce impinguatur. Nunquid dirigetur? Nónne statim

Iuda: quem cepit Nabuchodonosor cum matre sua & principibus populi, cũctisq; opibꝰ Hierusalem & uasis templi: & transtulit in Babylonem, quæ est in terra Chanaan, ibiq; cõsenuit. De cuius postea genere, sicut Mathæi a/
uangelistæ scriptura testatur, dominus & Mat.1.b saluator noster natus est p̃ Salathiel & Zorobabel. Qui protulit de semente eiusdẽ terræ, id est de stirpe regia, Mathaniam patruum Iekoniæ: cuiꝰ uertit nomẽ, & uocauit eum Sedechiam: & posuit regẽ in Hierusalẽ, multisq; præfecit populis. Et tamẽ in superficie posuit illum: nec potestatem eius alta imperij radice firmauit: sed posuit eum ut respiceretur, & sub potestate esset Babylonia, siue humili statura, respicientibus ramis eius ad eã: ut præesset quidem populis Iudæorũ: sed respiceret ad Babylonij iubẽtis imperiũ. Hoc est enim quod scriptura dicit: Humili statura, respicientibus ramis eius ad eam, subaudiatur aquilam. Quod apertius uertere Lxx. ortumq; est quod plantatũ fuerat: & factum est in uineã infirmã & paruulã: ut tãtum appararẽt rami eius ut uideretur quidem habere regnum: sed ipsum regnũ eius humile atq; infirmum, Babylonij principis regerẽt arbitrio. Hoc interim de præsenti capitulo, cui subnectamus & reliqua.

b ¶ Et facta est aquila &c.] Aquila secunda, id est altera, & ipsa magna, plena plumis, multorum unguium, propter rapacitatem & uastationẽ gentiũ plurimarum, rex ægypti est Pharao. Et ecce uinea ista, subaudit̃ rex Sedechias, qui à Nabuchodonosor in Hierusalem

HEBRAEI. cum tetigerit eã uentus urens, siccabitur: & in areis germinis sui arescet? Et fáctum est uerbũ dñi ad me, dicẽs: Dic ad domũ exasperantem: Nescitis quid ista significẽt? Dic: Ecce uenit rex Babylonis Hierusalẽ, & assumet regẽ & principes eius & adducet eos ad semetipsum in Babylonẽ. Et tollet de semine regni, ferietq; cũ eo fœdus: & accipiet ab eo iusiurãdũ: sed & fortes terræ tollet, ut sit regnũ humile, & nõ eleuetur: sed custodiat pactũ eiꝰ, & seruet illud. Qui recedens ab eo, misit nuncios ad Aegyptum, ut daret sibi equos & populũ multũ. Nunquid prosperabit (uel cõsequet salutẽ) qui fecit hæc? Et qui soluit pactũ, nũquid effugiet? Viuo ego dicit dominus deus: quoniã in loco regis qui cõstituit eum regem, cuius fecit irritum iuramentum, & soluit pactum quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. Et non in exercitu grandi, neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium in iactu aggeris, & in extructione uallorum: ut interficiat animas multas. Spreuerat enim iuramentum: ut solueret fœdus. Et ecce dedit manum suam: & cum omnia hæc fecerit, nõ effugiet. Propterea hæc dicit dominus deus: Viuo ego: quoniam iuramentum quod spreuit, & fœdus quod præuaricatus est, ponam in caput eius. Et extendam super eum rete meum, & comprehendetur sagena mea: & adducam eum in Babylonem, & iudicabo illum ibi in præuaricatione qua despexit me. Et omnes profugi eius cum uniuerso agmine in gladio cadent: residuiq; in omnem uentum dispergentur: & scietis quia ego dominus loquutus sum.

SEPT. statim ut tetigerit eam uentus urens arescet ac siccabitur ariditate: cum gleba germinis sui arescet? Et fáctum est uerbũ dñi ad me, dicẽs: Dic ad domũ exasperantem: Nescitis quid ista significẽt? Dic: Ecce uenit rex Babylonis Hierusalẽ, & assumet regẽ & principes eius & adducet eos ad semetipsum in Babylonẽ. Et tollet de semine regni, ferietq; cũ eo fœdus: & accipiet ab eo iusiurãdũ: sed & fortes terræ tollet, ut sit regnũ humile, & nõ eleuetur: sed custodiat pactũ eiꝰ, & seruet illud. Qui recedens ab eo, misit nuncios ad Aegyptum, ut daret sibi equos & populũ multũ. Nunquid prosperabit (uel cõsequet salutẽ) qui fecit hæc? Et qui soluit pactũ, nũquid effugiet? Viuo ego dicit dominus deus: quoniã in loco regis qui cõstituit eum regem, cuius fecit irritum iuramentum, & soluit pactum quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. Et non in exercitu grandi, neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium in iactu aggeris, & in extructione uallorum: ut interficiat animas multas. Spreuerat enim iuramentum: ut solueret fœdus. Et ecce dedit manum suam: & cum omnia hæc fecerit, nõ effugiet. Propterea hæc dicit dominus deus: Viuo ego: quoniam iuramentum quod spreuit, & fœdus quod præuaricatus est, ponam in caput eius. Et extendam super eum rete meum, & comprehendetur sagena mea: & adducam eum in Babylonem, & iudicabo illum ibi in præuaricatione qua despexit me. Et omnes profugi eius cum uniuerso agmine in gladio cadent: residuiq; in omnem uentum dispergentur: & scietis quia ego dominus loquutus sum.

A salem fuerat constitutus: cœpit, inquit, mittere propagines suas ad eam, id est ad regẽ Aegyptiorũ legatos dirigere: & ab eo cõtra regem cui subditus erat, auxiliũ postulare. Hoc est enim quod scriptura nunc dicit, ut irrigaret eam de areolis germinis sui. Quæ in terra bona à Nabuchodonosor plantata erat: ut faceret frõdes, & afferret fructum & cresceret in uineam latiorem: propterea iubet eã prophetæ, ut loquaẽ ad uineam quæ à Nabuchodonosor plãtata fuerat: & ramos suos ad aquilã Aegyptiã miserat: nũquid prosperabitur: quia hoc facere conata est: & non statim omnes ppagines eius & palmites siccabũtur? Et non, inqt, in brachio grandi, neq; in populo multo? Fugiens enim Sedechias, & regis Aegyptij auxilio destitutus, à ducibus Nabuchodonosor in desertis Hierichõtijs cõprehẽsus est: & cũcti eius socij huc illB lucq; dispersi sunt: ſi
4.Reg.25.b cut in uolumine Re-
Hier.39.a gum & Paralipomenon & Hieremiæ scriptum est. a ¶ Et fáctum est uerbum domini ad me &c.] Hoc est ænigma, hæc est parabola, quod sub duabus aquilis & uinea, duos reges Babylõis & ægypti scriptura mõstraret: & regẽ Sedechiã, qui contra iusiurandum, deserta amicitia Nabuchodonosor, se ad regem Aegyptium trãstulit. Feriet, inquit, cum eo fœdus: & accipiet ab eo iusiurandum, ut custodiat pactũ eius, & seruet illud. Qui dissoluit, ait, pactum nũquid effugiet? Ex quo discimus, etiã inter hostes seruandam fidem: & non considerandũ cui, sed per quẽ iuraueris. Multo enim fidelior inuentus est ille, qui propter nomen dei tibi credidit & deceptus est, te, qui per occasionẽ diuinæ maiestatis hosti tuo, imò iam amico es molitus insidias. Quoniam, inquit, in loco regis qui constituit eum regem, cuius fecit irritũ iuramẽtum: & soluit pactũ quod habebat
4.Reg.25.b cum eo in medio Babylonis morietur. Legimꝰ enim Sedechiam captum, ductum esse in Reblatha, ibiq; interfectis filijs excæcatũ: & instar feræ clausum cauea, translatum in Babylonem. Vnde & scriptura cũ uideatur sibi esse cõtraria, tamẽ in utroq; uerissima est. Dictũ enim
Hier.34.a erat ad Sedechiã: Et intrabis Babylonem, & nõ uidebis eam. Intrauit enim, quia ductus est Babylonẽ: & nõ uidit, quia fuerat excæcatus. Hoc autem quod sequitur: Et non in exercitu grãdi, neq; in populo multo, faciet contra eũ Pharao prælium: in iactu aggeris, & in extructione uallorũ, ut interficiat animas multas. Dupliciter intelligitur, siue rex Aegyptius contra Nabuchodonosor C regem Babylonis ueniens, non poterit præliari: neq; cũ paruo exercitu tantæ resistere multitudini: siue ipse Sedechias expugnabitur à Pharaone, à quo sperauit auxilium: non quo Pharao eum expugnauerit, uel hoc alicubi scriptura testetur: sed quo expugnatio Nabuchodonosor p occasionẽ sit facta regis Aegyptij: nec iste uisus sit expugnare Hierusalem qui obsidebat, sed ille in quo Sedechias frustra sperauerat. Ecce, inquit, dedit manum suam regi Aegypti & tradidit se: & periurij contra deum cõmisit sacrilegium: Nũquid, ait, proderit ei? Et cũ omnia hæc fecerit, nõ effugiet. b ¶ Propterea hæc dicit dominus deus &c.] Sẽtẽtia secularis est: Dolus, an uirtꝰ, quis in hoste requirat? Quã solent nobis opponere, qui dicunt hostes fraude decipiendos. Cui ut acquiescamꝰ, multo peius fecit Se- D
dechias: nõ enim hostem decepit, sed amicum: cui fœdere domini fuerat copulatus. Ergo q̃diu non iures, & pactum non ineas sub nomine domini, prudẽtiæ est & fortitudinis, uel decipere, uel superare aduersarium utcunque potueris. Cum autẽ te cõstrinxeris iuramento, nequaq; aduersarius, sed amicus est qui tibi credidit: & sub occasione iusiurandi, id est, dei nuncupatione deceptus est. Propterea scriptura nũc dicit: Iuramentũ quod spreuit, & fœdus quod præuaricatus est, ponam in caput eius. Ac ne putaremus iuramentũ, & fœdus, & pactũ, regis esse Babylonij, uel Sedechiæ qui fecerat, sequitur. In præuaricatione qua despexit me. Ergo qui cõtemnit iuramentũ, illum despicit per quẽ iurauit: illiq; facit iniuriam, cuius nomini credidit aduersarius. Propter quam causam expandã, inquit, super eũ rete meum, & cõprehendetur sagena mea, & adducã eum in Babylonem, & iudicabo eum illic. Quicquid igitur contra Sedechiam fecit Nabuchodonosor, nõ suis fecit uiribus, sed ira dei: in cuius nomine fuerat peieratũ. Secũdum Anagogen, licet uiolenta uideatur interpretatio, hoc sciendũ, quod quomodo cætera animãtia, & ad bonam, & ad malam partem referri solent: ita & de aquila, & de leone. In bonam partem dicitur: Catulus leonis Iuda. In contrariã: Aduersarius noster diabolus quasi leo rugiens circuit. Et illud in psalmo: Insidiatur in absconditis, sicut leo in cubili suo: insidiatur, ut rapiat pauperem. In bonã partem de aquila dicitur, quod iustus diues effectus faciat sibi alas

Anagoge

Gen.49
1.Pet.5.c
Psal.9.f

A sibi alas sicut aquilæ: ut possit reuerti in domum præ/
Esa.40.g cessoris sui. Et in Esaia scriptum est, quod iusti pennas
afferant sicut aquilæ: currant, & non lassentur: ambulẽt,
Ibi.10.c & non esuriant. Recte autem ille qui dixerat: Fortitudi/
ne faciam, & sapientia intelligentiæ auferã terminos gẽ/
tium: & uires earũ de prædabor: & cõmo/uebo ciuitates quæ habitantur: & orbem terrarum uniuersum apprehẽdam manu quasi nidum, & sicut confracta oua: nunc sub persona aquilæ describitur: quod ne quaq; uelit de libano, qui interpretatur cãdor, & refertur ad thymiama, paruula atq; humilia uirgulta perstringere, sed summitates cedrorũ & de principibus, ac de stirpe regia: iuxta
Abac.1.d illud Abacuc: Escæ ei⁹ electæ. Ponitq; testamentum cum his quos ceperit, ut regi Babylonio colla submittant: & impleant illud quod Apostol⁹
B loquitur: Quos tradi
2.Tim.1.d di satanæ, ut discant non blasphemare. Et in alio loco: Quos tradidi, inqt, satanæ in interitum carnis, ut spirit⁹ saluus fiat. Nõ debemus ergo si forsitan ob aliquod peccatum de congregatione fratrum, & de domo dei ejicimur reluctari: sed æquo animo latã in nos ferre sentẽtiam: & dicere cum propheta: Iram domini sustinebo: quoniam peccaui ei: donec iustificet causam meam, & cætera. Et frequenter euenit, ut alteri subditi ad alterum transeamus, qui nobis suum repromittat auxilium: nec faciat in pristina sententia permanere. Quod omni ratione uitandũ est, ne siccentur palmites nostri & germina arescant, & contra pactum dei facere credamur. d ¶ Hæc dicit dominus: Et sumam ego de medulla cedri sublimis: & ponam &c.] Hoc quod in Septuaginta legitur: Et dabo de capite ramorum eius, de Theodotionis æditione additum est. Rursumq; quod sequitur: Et rami eius restituentur: obelo prænotandum est, quia in Hebraico non habetur. Verus Nabuchodonosor propterea sumit de medulla cedri sublimis, de uertice ramorum eius: ut sit regnum eius humile, & nõ eleuetur. Dominus autem deus pater omnipotens, qui loquutus est ad Ezechielem, tollit de stirpe regia, & de genere Dauid: & plãtat super montem excelsum & eminentem, qui loquitur in psalmo: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Defecerat enim princeps de Iuda, & dux de Israel, donec ueniret cui repositum est: & ipse erit expectatio gentium. C Psal.2.b Gen.49.b

HEB. Hæc dicit dominus: Et sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponã de uertice ramorum eius: tenerũ distringã: & plantabo super montem excelsum & eminentẽ: in monte sublimi Israel plantabo illud. Et erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrũ magnã: & habitabunt sub eo omnes uolucres: uniuersum uolatile sub umbra frondium eius nidificabit. Et scient omnia ligna regiõis, quia ego dominus humiliaui lignum sublime: & eleuaui lignum humile: & siccaui lignũ uiride, & frondere feci lignũ aridum. ego dominus loquutus sum & feci.

SEP. Quia hæc dicit adonai dñs: Et auferã ego de electis cedri de uertice: & dabo de capite ramorũ eius: de corde eorum auferam: & plantabo super montẽ excelsum: & suspẽdã illud in monte sublimi Israel: & plantabo & afferet germẽ & faciet fructum: & erit in cedrũ magnam: & requiescet sub ea omnis auis, & omne uolatile sub umbra eius requiescet ÷ & rami eius restituẽtur .. & scient omnia ligna cãpi: quia ego dñs qui humilio lignũ excelsũ, & exalto lignũ humile: & arefacio lignũ uiride: & germinare facio lignum aridũ. Ego domin⁹ loquutus sum & facio.

Iste erupit in germen & fecit fructum, & cedros omnes sua sublimitate superauit: ita ut habitent sub eo omnes uolucres cœli: & cuncta uolatilia, illius protegantur umbraculo. De quo dicit Abacuc: Cornua Abac.3.d in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius: & qui congregare desiderat q̃si gallina pullos suos sub alas suas: ut omnia regionis ligna cognoscant quod ipse sit dominus: tropologice de credentibus loquens. Iste est qui Israel quondam sublime lignum humiliauit, & exaltauit humilem gẽtium populum: qui exiccauit lignum uiride ludæo/ D rum, florẽs & germinans in lege & prophetis: & frondere fecit lignũ aridum nationum: ut quod semper loquutus est, opere compleret. Hoc idem significant Symeonis in euangelio uerba dicentis: Luc.2.a Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum. Et granum synapis, quod cum minimum sit omnibus seminib⁹, postquàm creuerit, auium habitaculum est. Quidam aliter interpretantur, lignum sublime, humiliatum & humile exaltatum: referentes ad passionem domini saluatoris. Qui cum in forma dei esset non est rapinam arbitratus æqualem se esse deo: sed exinaniuit se, formam serui accipiens: & post resurrectionẽ, ipsum Philip.2.d lignum postea sublimatum est: quod prius uirens, morte siccatum est: & postea reuiuiscens, pristinum recepit uirorẽ. Alij Iudaice utrũq; referunt ad Israel: quod primo aduentu humiliatus sit & arefactus: & secundo restituatur in pristinum statum: impleto illo quod dicit apostolus Paulus: Cum intrauerit plenitudo gentium, Rom.11.d tunc omnis Israel saluus fiet. Matt.13.d

Commentarij quinti in Ezechielem prophetam finis

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEXTVM commentariorum Ezechielis ad Eustochium proœmium.

PVtabam quod medio serpente confosso, non reuiuiscerent hydræ nouella plantaria: & iuxta fabulas poetarũ, Scylla mortua, nequaq; in me Scyllæi sæuirent canes, qui latrare nõ cessant: & hęreticis, dei percussis manu, ne tentarent si fieri potest, etiã electi dei, hæresis ipsa non moritur: hæreditarijs contra nos odiorum suorum catulis derelictis: qui nostra simulantes, genitricis antiquæ & pellacis Vlyssis uenena non deserunt: labiaq; tantũ melle circũlinunt: & iuxta eloquia scripturarum, mollierũt uerba sua super oleum: ipsi aũt sunt iacula, & iacula iguita, quæ scuto fidei repellenda simul & extinguenda sunt. Hæc dixi

A dixi filia Eustochium, ut laborantem me in opere prophetali, & hæreticis resistentem, orationi- c
bus iuues. Et sextum uolumen explanationum in Ezechiel, meo ore, suo sensu dominus expli-
cet: eiusdemq; spiritus gratia quo prophetis reuelata sunt quæ scripta legimus, nobis quoq; dif-
ferentibus reuelentur, ut possimus dicere: Os meum aperui, & attraxi spiritum.

COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Ezechielem prophetam
liber sextus.

ET factus est sermo domini ad me &c.] Hoc quod Lxx. dixerũt, fili hominis, in Hebraico nõ habet. Monet autẽ diuina scriptura illud quod in Exodo dictũ est: Ego sum dominus deus tuus, deus æmulator, q reddo peccata patrũ super filios, usq; ad tertiã & quartam generationẽ his qui oderunt me: & facio misericordiã in milia his qui diligũt me: & custodiunt præcepta mea. Et iterũ: Descendit dominus in nube, & astitit iuxta Moysen, & inuocauit Moyses nomẽ dñi: & trãsijt dñs ante faciẽ eius, & inuocauit eũ dicens: Dñe deus miserator & misericors, patiens & multæ misericordiæ, & uerax, & iusticiã seruans, & misericordiã in milia: auferens iniquitates, & iniusticias, & peccata: & nõ emũdabit reũ: reddens iniquitates patrũ super filios, & super filios filiorum in tertiã & quartã generationẽ: sic accipi debere, quasi prouerbiũ & parabolam: ut aliud in uerbis sonet, aliud in sensu teneat: quod in parabola quoq; duarũ aquilarum supra diximus. Vnde & dominus in septuagesimoseptimo psalmo: Aperiã, inquit in parabolis os meũ: loquar propositiones ab initio. Et in euãgelio, parabolã sementis, & lolij, & sinapis: quod cum sit minimũ omniũ seminum, in magnã cõsurgit arborẽ: ita proponit, ut aliud prætendat in uerbis, aliud in sensibus teneat. Et nos usq; in præsentem diẽ putabamus duo testimonia Exodi, quæ supra posuimus nõ esse parabolã, sed simplicẽ explicare sententiã. Et quãq; non auderemus quippiã dicere, nec uas fictile loqui cõtra figulum, quare ita uel ita me fecisti: tamen scandalũ patiebamur occultũ, quod iniusticia uideretur dei, aliũ peccare, & alium luere peccata. Si enim reddit peccata patrũ super filios in tertiã & quartã generationẽ, iniustũ uidetur ut alius peccet & alius puniatur. Sed ex eo quod sequitur: His qui me oderunt, cõminationis siue præcepti scandalũ soluitur. Nõ enim ideo puniuntur in tertia & in quarta generatione: quia deliquerunt patres eorũ: cum patres potius qui fuerũt peccatores, puniri debuerint: sed quia patrum extiterunt æmulatores & oderunt deũ, hæreditario malo & impietate in ramos quoq; de radice crescẽte. Solẽt in hoc loco hæretici qui uetus non recipiũt instrumẽtũ, cõtra creatorẽ dicere: Quàm bonus & iustus deus legis & prophetarũ: qui quiescẽs & silens ad peccata patrum, reddit his qui nõ peccauerunt: imò quãta in eo crudelitas, ut irã suam usq; ad tertiã & quartã extendat generationẽ. Quibus nos respõdebimus, & in hoc dei creatoris clementiã demonstrari. Non enim truculentiæ est & sæueritatis, irã tenere usq; ad tertiam & quartã generationẽ: sed signũ misericordiæ, pœnam differre peccati. Quãdo enim dicit: dñe deus miserator & misericors, patiẽs & multæ miseratiõis: & infert: Reddens iniquitatẽ patrũ super filios & filios filiorũ: hoc indicat, q tantæ misericordiæ sit, ut nõ statim puniat, sed sententiã differat puniendi. Sin aũt uindicta peccantiũ differt in tertiã & in quartã generationẽ, cum iustis sanctisq; quid amplius facit? Sequit: Et seruãs iusticiam & misericordiã in multa milia, his qui custodiunt mandata eius, & faciunt præcepta illius. Scriptũ est in Prouerbijs: Sicut uua acerba dentibus noxia est: & fumus oculis: sic iniquitas his qui utuntur ea. Ex quo perspicuum est non aliorũ dolere dentes & obstupescere, sed eorũ qui uuã acerbã comederint. Est aũt loci istius hic sensus: Quomodo si quis uelit dicere: Patres uuam acerbã comederunt, & dentes filiorũ obstupuerũt: ridiculũ est, & nullã habens cõsequentiã: sic iniquũ est atq; peruersum peccare patres, & filios nepotes que cruciari. Sũt qui hoc quod in Exodo scriptũ est: Reddens iniquitates patrum super filios in tertiã & quartam generationem, ita edisserãt, ut ad animã humanã sententiã referant: patrẽ in nobis, leuem punctũ sensuum & incentiua uitiorum esse dicentes: filiũ uero, si cogitatio peccatũ cõceperit: ne potes, si quod cogitaueris atq; conceperis, opere perpetraueris: pronepotẽ aũt, hoc est quartam generationẽ: si non solũ feceris quod malũ est & scelestũ, sed in tuis sceleribus glorieris, secundũ illud quod scriptũ est: Impius cũ in profundũ malorum uenerit, contẽnit. Deus igitur primos & secũdos stimulos cogitationum, quas Græci προπαθείας uocant: sine quibus nullus hominũ esse potest, nequaq; punit, sed si cogitata quis facere decreuerit: aut ipsa quæ fecerit, noluerit corrigere pœnitẽtia. Vnde scriptũ est: Nullus hominũ sine peccato, nec si unius quidẽ diei fuerit uita eius. Numerabiles aũt anni uitæ illius. Et in alio loco: Quis gloriabitur castũ se habere cor? Et rursum: Astra quoq; nõ sunt munda in cõspectu eius: & aduersus angelos suos peruersum q d excogitauit. Sin aũt sublimis illa natura peccato nõ caret, quid dicendũ est de hominibus, qui fragili carne circundati, debẽt loqui cũ Apostolo: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et illud: Vt cũ omnia fecerimus, debeam dicere: Serui inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus. Et: Nisi dñs ædificauerit domũ, in uanum laborauerunt qui ædificant eã: nisi dñs custodierit ciuitatẽ, frustra uigilat qui custodit eã? Ad probationẽ autẽ huius rei, q nequaq; primus pulsus cogitatiõis, imò paruus mentis instinctus puniat à deo: sed si quod mẽte cõceperis, opere cõsumes: illud de Genesi proferendũ est: Chã peccauit irridens nuditatẽ patris: & sententiã non ipse qui risit, sed filius eius suscepit Chanaan. Maledictus, ait, Chanaan seruus erit fratrum suorũ. Quæ enim iusticia est, ut pater peccauerit, & in filiũ sentẽtia proferatur? Necnõ quod in contrariã partẽ ponit Apostolus: saluã esse mulierẽ, si filij eius permãserint in fide, & sanctitate, & pudicitia: uidetur sententia iusticiã nõ habere: ut si filij boni fuerint & nepotes, saluentur parẽtes. Quãti emim patrẽtes sancti sunt, & malos habẽt filios: & ecõtrario quãti parẽtes peccatores, iustos & sanctos filios generãt. Ergo secundũ hunc sensum cũcta accipiẽda quæ supra diximus: peccata parentũ atq; generantiũ, in ramis, nõ in radice puniri. Hoc interim de prouerbio siue parabola dixisse sufficiat: Quod lex & prophetæ, hoc est Exodus & Ezechiel, imò ipse deus qui & hic & ibi loquutus est, ne-

XVIII.

ET factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, quæ est parabola hæc inter filios Israel, dicentium: Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt? Viuo

A quacp in ſentẽtijs diſcrepare uideatur, aut hic corrigere quod ibi male dixerit. Si quis aũt uel meliorẽ uel alterũ ſenſum potuerit reperire, qui cõtrariorũ inter ſe teſtimoniorũ ſcandalũ tollat, illius magis acquieſcendũ ſententiæ eſt. 4 ¶ Viuo ego &c.] Quid ſignificet, Viuo ego dicit dñs, & parabola, uel prouerbiũ, ſupra plenius diximꝰ: quæ nequacp dicẽt in Iſrael, ſed ĩ his q dei noticiã nõ habẽt, nec poſſunt pſpicere ueritatẽ. Oẽs, inquit, animæ meæ ſunt: iuxta creaturã, nõ iuxta meritũ: ut Moyſes appellabat̃ homo dei, de q̃ ſcriptum eſt: Oratio Moyſi hominis dei. Et Helias q ad quinquaginta militũ principẽ loquebatur: Et ſi homo dei ego ſum, deſcẽdat ignis de cœlo ſuper te & ſup quinquaginta uiros. Homo uero peccati & filius iniqtatis, non uocatur homo dei: ſicut ſeruus & famulꝰ dei, hi appellanẽ: de quibus dici non poteſt: Omnis qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati: Et iterũ: A quo eñ quis uincit̃, eius & ſeruus eſt. Sicut peccata filiorũ nõ nocẽt patribꝰ, ſic peccata patrũ, ad filios nõ redũdãt: ſed anima quæ peccauerit, ipſa morietur: nõ abolitiõe ſubſtantiæ, ſed ex eius cõſortio, q dicit: Ego ſum uita. Et alibi loquit̃: Omnis qui uiuit & credit in me, nõ morietur in æternum. Et Amen amen dico uobis: q ſermonẽ meũ cuſtodierit, mortẽ nõ uidebit in ſempiternum. Vita enim noſtra abſcõdita eſt cũ Chriſto in deo: quia uicturi ſumus quãdo Chriſtus apparuerit uita noſtra in gloria: & implebitur illud quod ſcriptũ eſt: Amẽ amen dico uobis: qui ſermonẽ meum audit, & credit ei q miſit me, habet uitã æternã: & in iudiciũ non uenit, ſed tranſibit de morte in uitã. Illud aũt quod à Balaã dicitur: Moriatur anima mea in animabus iuſtorum: hunc habet ſenſum, ut cupiat mori ſeculo atcp peccato: ac uiuere cum iuſtorũ animabus, quorũ uita Chriſtus eſt, & poſſunt canere: Placebo dño in regione uiuentium. Nõ eſt enim deus mortuorũ, ſed uiuorũ. Et ſi Balaã (ut ueriſimile eſt in linguã noſtrã translatum) uanũ populũ ſonat, perſpicuũ eſt quod uanus prius gentiũ populus deſideret habere cõſortium cũ animabus iuſtorum, Abraham, Iſaac & Iacob, qui ... , id eſt recti & iuſti nuncupantur. Vnde & Geneſeos liber, ex eorum uocabulo nomen accepit. b ¶ Et uir ſi fuerit iuſtus & fecerit iudicium & iuſticiam, in montibus nõ &c.] Vultis, ait, ſcire hoc quod dictũ eſt: Peccata patrũ reddã in tertiam & in quartam generationẽ, non id ſonare quod plericp exiſtimant: nec eſſe ſimile huic ſententiæ: Patres comederunt uuã acerbã, & dẽtes filiorũ obſtupuerũt? Audite quæ illaturus ſum: Si fuerit pater iuſtus: qui hæc fecerit, & illa nõ fecerit: & habuerit filium peſſimũ, qui deſertis uirtutibꝰ patris, ſe flagitijs mãciparit: nónne & iſte uita uiuet, quia iuſtus eſt: & ille morte morietur: quia omnia perpetrarit, quæ pater uitando iuſtus effectus eſt? Videamus catalogum uirtutum patris, quæ mihi uidentur in decem & ſeptem partes diuidi. Quarum primũ eſt, feciſſe iudicium. Secundum huic ſimile, iudicio copulaſſe iuſticiã Tertium, nõ comediſſe in montibus. Quartum, oculos nõ leuaſſe ad idola: ſiue (ut Lxx. tranſtulerunt) ad cogitationes domus Iſrael. Quintũ, uxorẽ proximi ſui nõ uiolaſſe. Sextum: menſtruatæ uxoris uitaſſe cõplexus. Septimum, hominẽ non contriſtaſſe: ſiue ut Lxx. ædiderunt, oppreſſiſſe per potentiam. Octauũ, pignus debitori reddidiſſe. Nonum peruim nihil rapuiſſe: uel iuxta Lxx. rapinã non rapuiſſe. Decimũ, panẽ ſuum eſurienti dediſſe. Vndecimũ, nudũ operuiſſe ueſtimento. Duodecimum, ad uſurã pecuniã non dediſſe. Tertiumdecimũ, nihil ex his quæ dederis ampliꝰ accepiſſe. Decimumquartum, ab iniquitate auertiſſe manum ſuam. Decimumquintum, quod ſimile uidetur primo, ſed in parte diuerſum eſt: iudicium uerum feciſſe inter uirum & uirum, ſiue proximũ ſuũ. Decimũ ſextum, in præceptis domini ambulaſſe. Decimũſeptimum, iudicia & iuſtificationes illius cuſtodiſſe. Quorũ ſingula quid uelint, dicemus in conſequentibus. Si fuerit, ait, uir iuſtus & fecerit iudicium. Scriptum eſt in Prouerbijs: Cogitationes iuſtorũ iudicia. Qui hanc uirtutẽ poſſederit, ut nihil ſine ratione faciat & iudicio, poteſt illud propheticũ dicere: Iudicia domini uera iuſtificata in ſemetipſis: & cum recte omnia iudicarit, ut non accipiat perſonã pauperis in iudicio, implebit præceptum domini: Sicut minorẽ, ſic & maiorẽ iudicabis: audacter dicens: Deſiderauit anima mea deſiderare iudicia tua in omni tempore. Et iterum: Viã ueritatis elegi, iudicia tua nõ ſum oblitus. Et in eodem pſalmo: Cognoui quia iuſticia iudicia tua: & in tantam proficiet beatitudinem: ut intelligat iudicia domini, quæ ſunt abyſſus multa: & dicat cum Apoſtolo: O profundum diuitiarum ſapientiæ

Deut.33.a
4.Reg.1.c
Ioan.8.d
Ioan.14.a
Ibi.11.c
Ibi.8.f
Ibi.5.d
Num.23.b
Pſal.114.b
Mat.22.c
Deut.5.a
Hier.31.c
Pro.12.a
Pſal.18.c
Pro.18.a
Pſal.118.d

HEB. Viuõ ego dicit dñs. Si erit uobis ultra parabola hæc in prouerbiũ in Iſrael. Ecce omnes animæ meæ ſunt: ut anima patris, ita & anima filij mea eſt. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Et ũir ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudiciũ & iuſticiam, in montibus non comederit: & oculos ſuos non leuauerit ad idola domus Iſrael: & uxorem proximi ſui non uiolauerit: & ad mulierem menſtruatam non acceſſerit: & hominem non contriſtauerit: pignus debitori reddiderit: per uim nihil rapuerit: panem ſuum eſurienti dederit: & nudum operuerit ueſtimẽto: & ad uſuram non commodauerit: & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum ſuam: iudicium uerum fecerit inter uirum & uirum: in præceptis meis ãbulauerit: & iudicia mea cuſtodierit, ut faciat ueritatem: hic iuſtus eſt, uita uiuet, dicit dominus deus.

SEP. Viuo ego, dicit adonai dñs. Si fuerit ultra, ut dicatur hæc parabola in Iſrael: quia omnes animæ meæ ſunt. Quomodo anima patris, ita anima filij mea eſt. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Homo autẽ qui fuerit iuſtus: qui facit iudiciũ & iuſticiã, ſuper mõtes non comederit: & oculos ſuos nõ leuauerit ad cogitatiões domꝰ Iſrael: & uxorẽ proximi ſui non contaminauerit: & ad mulierẽ fluentẽ ſanguine nõ acceſſerit: & hominem nõ oppreſſerit: pignus debitori reddiderit: & rapinã nõ rapuerit: panẽ ſuũ eſurienti dederit: & nudũ operuerit ueſtimento: & pecuniã ſuã ad uſurã nõ dederit: & ampliꝰ nõ acceperit: ab iniquitate auerterit manũ ſuã: iuſtũ iudiciũ fecerit inter uirũ & inter proximũ eius: in præceptis meis ambulauerit: iuſtificationes meas cuſtodierit, ut faciat eas: hic iuſtus eſt: uita uiuet, dicit adonai dominus.

A tiæ & ſcientiæ dei, cp̃ inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & in
Pſal.118.c ueſtigabiles uiæ illius. Et in oratione cõmemoret: Quo/
niam iudicia tua iucunda. Poſt iudiciũ ſequitur iuſticia:
1.Cor.1.d quã qui habuerit, Chriſtũ liquido poſſidebit: qui (iuxta
Apoſtolũ) factus eſt nobis iuſticia & ſanctificatio & re/
dẽptio, ut faciat iuſticiã uerã: nec perſonas reſpiciat in iu
dicio: ſed de ſua ſciat in aliorũ iudicio iuſticia iudicãdũ.
Tertium eſt, in mõtibus non comedere: quod Iudæi exi
ſtimant ad idololatriæ pertinere peccatũ. Crebro enim
legimus in Regũ & Paralipomenon libris: Verũtamen
ab excelſis nõ receſſit. Adhuc populꝰ immolabat in ex/
celſis, & adolebat incẽſum in ſublimibus: hoc ſcriptura
ſignificãte, cp in mõtibus luciſcp, idolis hoſtias immola
Luc.18.b uerint, & thura ſuccenderint. Nos autẽ dicemus come/
dere eum in montibus, qui dicit cum phariſæo: Gratias
ago tibi deus, cp non ſum huic ſimilis publicano: ieiuno
bis in ſabbato: decimas do omnis ſubſtãtiæ meæ &c. Et
Mat.11.d econtrario publicanus audiens eum qui dixerat: Diſci/
te à me: quia mitis ſum, & humilis corde, percutiebat pe
Eccl.3.c ctus ſuum manu, hoc eſt peſſimarũ cogitationũ theſau/
rum: & oculos ad cœlũ non audebat extollere. Sed & il/
lud quod alibi dicit̃: Maiora te non requiras, & fortiora
te nõ ſcruteris: omnes hæreticos arguit, in montibus co
Ieroh.4.b medere ſuperbiæ: & eccleſiaſticã deſpicere ſimplicitatẽ,
& neſcire de ſe ſcriptũ: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibꝰ
autẽ dat gratiã. Quarto loco ponit̃: Et oculos ſuos nõ le/
uauerit ad idola domus Iſrael: pro quibus Lxx. cogita/
tiões tranſtulerũt. Idola autẽ, id eſt ſimulacra quæ de ſuo
corde finxerunt, omnes hæretici faciunt: ad quæ leuant
cordis oculos, qui falſitatẽ eorũ atcp mendaciũ putaue/
rint ueritatẽ. Domus autẽ Iſrael ſimulacra dicũtur, quæ
reperiũtur in eccleſia: & per occaſionẽ falſi nominis ſci
B entiæ ſimplices quoſcp ſeducunt: ut philoſophorũ dog/
mata introducãt in domũ Iſrael: eorũ ſcilicet qui deum
mente cõſpiciunt. Quinto loco ponitur: Et uxorẽ proxi
mi ſui nõ uiolauerit, ſiue cõtaminauerit: quod aperte a/
dulterium quidẽ prohibet: ſed ex eo quod additur, pro
ximi ſui: niſi omnis homo proximus intelligatur, uidet̃
eſſe præceptum, ut ab amicorũ nos abſtineamus uxori/
bus: inimicorũ uero & ignotorũ coniuges libere pollua
Luc.10.c mus. Proximus ergo omnis homo hominis accipiẽdus:
iuxta parabolã euãgelij, quæ à ſaluatore proponitur: cu
iuſdam hominis qui Hiericho deſcendens, à latronibus
uulneratus eſt: quãdo interrogat phariſæus, quis fuerit
Pro.4.b proximus eius: docens illũ eſſe proximũ, qui bene fece
rit. Poteſt iuxta myſticos intellectus uxor intelligi ſancti
uiri ſapiẽtia: dicente Salomone: Ama illã, & amplexabi/
tur te: dilige illã, & cuſtodiet te. Quã cõtaminare deſide
rat, qui aliorũ bene dicta reprehendit: & facibus accen/
ſus inuidiæ, ſancta uiolat, caſta corrumpit, pura cõtami/
nat. Sextum eſt: Et ad mulierẽ ſiue uxorem menſtruatã
nõ acceſſerit. Per ſingulos menſes, grauia atcp torpẽtia
mulierũ corpora, immundi ſanguinis effuſione releuan
tur. Quo tẽpore ſi uir coierit cũ muliere, dicuntur cõce
pti fœtus uitiũ ſeminis trahere: ita ut leproſi & elephan/
tiaci ex hac conceptione naſcant̃: & fœda in utrocp ſexu
corpora prauitate uel enormitate mẽbrorum ſanies cor
rupta degeneret. Præcipitur ergo uiris, ut nõ ſolũ in alie
nis mulieribus, ſed in ſuis quoq; quibus uidentur lege
Gen.1.d cõiungi, ſcriptura dicẽte: Creſcite & multiplicamini, &
replete terrã: certa cõcubitus norint tẽpora, quando co
eundũ, quando ab uxoribus abſtinendũ ſit. Quod qui/
Eccl.3.a dem & Apoſtolus & Eccleſiaſtes ſonant: Tẽpus ample/
xandi, & tẽpus longe fieri à cõplexibus. Caueat ergo &
uxor, ne forte uicta deſiderio coeũdi illiceat uirũ: & ma/
ritus, ne uim faciat uxori: putans omni tẽpore ſubiectã
1.Theſ.4.a ſibi eſſe debere cõiugij uoluptatem. Vnde & Paulus: Vt
nouerit, inquit, unuſquiſcp poſſidere uas ſuũ in ſancti/
tate & pudicitia. Pulchre in Xyſti Pythagorici ſententio
lis dicitur: Adulter eſt uxoris propriæ, amator arden/
tior. Quem librum quidam in Latinam linguam tranſ/
ferens, martyris Xyſti nomine uoluit illuſtrare: nõ cõſi/

derãs in toto uolumine quod in duas partes fruſtra di C
uiſit, Chriſti nomẽ & apoſtolorũ omnino reticeri. Nec
mirum ſi gentilẽ philoſophũ in martyrẽ & Romanæ ur
bis epiſcopũ tranſtulerit: cũ Euſebij quoq; Cæſarienſis
primum pro Origene librum, Pamphili martyris uoca
bulo cõmutarit: ut facilius tali laudatore, libros impijſſi
mos περὶ ἀρχῶν Romanis cõciliaret auribus. Sequitur in
loco ſeptimo: Et hominem nõ cõtriſtauerit: ſiue ut Lxx.
trãſtulerunt: nõ oppreſſerit per potentiã. Quo uitio atcp
peccato, neſcio quis alienus ſit. Et Aegyptij enim oppri
mebant Hebræos per potentiã. Vnde & Abacuc queri
tur: quare impius opprimat iuſtum. Atcp utinã de ſolis Abac.1
his diceretur qui foris ſunt, & nõ de his qui intus. Solẽt
enim & principes eccleſiarum, opprimere plebẽ per ſu/
perbiã. De qbus ſcriptũ eſt: Principẽ te cõſtituerunt, ne
eleueris: eſto inter eos quaſi unꝰ ex ipſis. Et ſaluator præ Eccl.32.a
cipit: Qui uult inter uos eſſe primus, ſit omnium mini/ Mat.20.d
mus. Quod autẽ iuxta Hebraicum dicitur: & hominem
nõ contriſtauerit: apoſtolico cõgruit teſtimonio: Nolite Ephe.4.g
cõtriſtare ſpiritum ſanctum, qui habitat in uobis. Et in
euangelio quod iuxta Hebræos Nazaræi legere cõſue/
uerũt: inter maxima ponitur crimina, qui fratris ſui ſpi/
ritũ contriſtauerit. Si autẽ triſticia alterius interfecit cõ/
triſtantem, quid de iniquitate & tyrannica mente dicẽ/
dum eſt, cui illud cõuenit: Quid gloriatur terra & ciniſ?
ut oblitus cõditionis ſuæ: quomodo plenus pituitis, fel/
le, ſtercoribus: & poſt paululũ uermibus exarandus, po Eccl.10.b
nat in cœlum os ſuũ, & lingua eius pertranſeat uſque in
terrã: & dicat cũ uero Nabuchodonoſor: Aſcendam in
cœlum, ſuper ſydera cœli ponã thronum meũ, & ero ſi/ Eſa.41.d
milis altiſſimo. Octauum eſt: Pignus debitori reddide
rit. Non omni debitori, alioquin multis occaſio recipiẽ/
dorũ pignorũ, fiet diuitiarũ materia: ſed ei debitori, de D
quo in lege ſcribit̃, cp pauper ſit: & proprium oppoſuerit Deut.24.c
ueſtimentũ, & ante ſolis occaſum operimẽtum recipere Exod.2.d
debeat: ne cruciatꝰ frigore, clamet ad dñm: qui ultor eſt
eius iniuriæ. Sin autẽ iuxta ea quæ ſequunt̃, panẽ eſurien
ti dare debemus: & nudũ operire ueſtimento: quãto ma
gis ſuum reddere: ſi tamẽ debitoris indubitata pauper/
tas eſt? Poſſumus quoq; pignꝰ reddere debitori, quãdo
ei cui dilectione cõiungimur: & qui nobis debet mutuã
charitatẽ, reddimus pignus ſuũ, nihil debiti eius apud
nos ultra retinentes. Nonum poſſidet locũ: per uim ni/
hil rapuerit: ſiue iuxta Lxx. rapinã non rapuerit. De ra/
ptoribꝰ & Apoſtolus loquit̃, cp inter cæteros peccatores
ne ueicendum quidẽ cum huiuſcemodi ſit: omniſcp ra/ 1.Cor.5.d
pina mixta uiolentiæ eſt. Niſi eñ uis fuerit illata, rapina
nõ proficit. Eſt autẽ & ſancta uiolẽtia rapinaq; optabilis:
de qua ſcribit & euangeliũ: A diebus Ioannis baptiſtæ Mat.11.b
regnum cœlorũ uim patitur, & uiolenti diripiunt illud.
De qua & Iudas frater Iacobi loquitur: Et alios quidẽ Iud.b
de igne rapite: aliorũ uero qui iudicãtur miſeremini. Et
econtrario aduerſariæ poteſtates, in perniciem eorum
quos rapiunt, prædã rapere feſtinant. Quod ſignificat
& Iacob dicens: Beſtia mala comedit eũ: beſtia mala ra/ Gen.37.g
puit Ioſeph. Vnde & oues domini quæ ſequuntur eum,
non rapiũtur de manibus eius. Et ipſe dicit: Pater quod
dedit mihi, omnibꝰ maius eſt: & nemo poteſt rapere de Ioan.10.
manu patris mei. Ex quo perſpicitur, una patris filijq;
poteſtas, uirtus atque ſubſtantia. Si enim de filij manu,
quæ dedit pater, nemo poteſt rapere: & hæc eadẽ in pa/
tris manu ſunt quæ non rapiuntur ab eo: liquido cõpro
bat̃, omnia patris & filij eſſe cõmunia, & in filij manu te/
nere patrẽ: ſicut patris manu tenent̃ quæ filij ſunt. Deci
mũ eſt: Panẽ ſuum eſurienti dederit. Per quod docemur
eleemoſynã nõ ſaturis faciendã, ſed eſurientibus: nec dã/
dũ panẽ his qui ructãt plenitudine, ſed his qui inanita/
te cruciant̃. In pane autẽ omnis continet̃ cibus. Et ſignifi/
cãter dicitur, ſuũ: ne de rapinis & uſuris & alieno malo
quæſitũ, panem uertamus in miſericordiã. Redemptio Prou.13.b
enim animæ uiri, propriæ diuitiæ. Quod multos facere
cõſpicimus, clientes & pauperes & agricolas, ut taceam

A de militantium & iudicum uiolẽtia:qui opprimunt per potentiam: uel furta committunt, ut de multis parua pauperibus tribuant,& in suis sceleribus glorientur.Publicecp diaconus in ecclesijs recitet offerẽtium nomina: tantũ offert illa,tantũ ille pollicitus est: placẽtcp sibi ad plausum populi, torquẽte eos cõscientia. Damuscp materiam miseris, ut gaudeant ad ea quæ tribuunt, & non lugeant ad ea quæ rapuerint. Melius autẽ est ut intelligamus panẽ iusti eum esse, qui dicit:Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi:& quẽ in oratiõe nobis tribui deprecamur Panẽ nostrũ substantiuũ, siue superuenturum da nobis:ut quẽ postea semper accepturi sumus,in præsenti seculo quotidie mereamur accipere. Hunc panẽ iustus esurientibus trtbuit:de quibus scriptũ est:Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiã. Quia qui tustus est,cõmunẽ omniũ panẽ,suũ facit ꝓpriũ:qui defecerat in Iudæa, propheta dicente: Auferã ab eis fortitudinẽ,siue baculũ panis.Hoc quod loquimur, si tamẽ Christi sumus,imò quod propheta cõmemorat, panis credentiũ est & esurientiũ. Qui omnino nõ dandus est his,qui mãducauerũt & biberũt & saturati sunt,& incrassati calcitrauerũt: de quibus dicit: Væ qui saturati estis nũc:quia esurietis: ne euomãt illũ,dicẽte Salomone:Euomet enim & contaminabit sermones tuos bonos. Quod alijs uerbis saluator loquit:Ne detis sanctũ canibus:neqꝫ mittatis margaritas uestras ante porcos. Vndecimũ possidet locum:Et nudũ operuit uestimẽto. Qui sermo iuxta superioris uersiculi explanationẽ,dupliciter disserẽdus est:ut & nudis B tribuamus operimentũ,saluatore dicẽte: Nudus erã:& operuistis me:& nudis fide atcp uirtutibꝰ,tribuamꝰ uestimentũ Christi: de quo scriptũ est: Quotquot enim in Christo baptizati estis,Christũ induistis.Hoc uestimento nudus erat,qui uestẽ non habens nuptialẽ,proiectus est de cõuiuio. De hac nuditate & ad Hierusalẽ dñs loqꝫ tur:Tu aũt eras nuda & cõfusione plena. Duodecimum numerũ tenet:Et ad usurã nõ cõmodauerit:siue ut Lxx. trãstulerũt,pecuniã suã ad usurã nõ dederit.In Hebraico cunctarũ specierũ usura prohibet:in Lxx.tantũ pecuniæ. Iuxta quod & in quartodecimo psalmo scriptũ est: Qui pecuniã suã nõ dedit ad usurã. Et quomodo dicit: Fratri tuo nõ fœnerabis,alieno aũt fœnerabis. Seꝫuide profectũ.In principio legis à fratribus tantũ fœnus tollitur:in propheta ab omnibus usura prohibetur, dicẽte Ezechiele:Pecuniã suã nõ dedit ad usurã. Porrò in euãgelio uirtutis augmentũ est,præcipiẽte dño. Fœnerami ni his à quibus nõ speratis recipere. Sequitur in tertiodecimo loco:Et amplius nõ acceperit. Putãt quidã usurã tantum esse in pecunia.Quod præuidẽs scriptura diuina,omni rei aufert superabundantiã, ut plus nõ recipias ꝙ dediſti.Solent in agris frumẽti & milij,uini & olei,cæterarũcp specierũ usuræ exigi: siue ut appellat sermo diuinus abundantiæ.Verbi gratia: ut hyemis tẽpore demus decem modios: & in messe recipiamus quindecim,hoc est amplius partem mediã.Qui iustissimũ se putauerit,quartã plus accipiet portionem,& solẽt argumentari ac dicere: Dedi unũ modiũ: qui satus fecit decem modios. Nónne iustũ est,ut mediũ modiũ de meo plus accipiã, cum ille mea liberalitate, nouẽ & semis de meo habeat? Nolite errare,inquit Apostolus,deus non irridetur.Respõdeat enim nobis breuiter fœnerator mi sericors,utrũ habenti dederit an nõ habẽti. Si habenti, uticp dare nõ debuerat,sed dedit quasi nõ habẽti. Ergo quare plus exigit quasi ab habẽte? Alij pro pecunia fœnerata solent munuscula accipere diuersi generis, & nõ intelligunt usurã appellari & superabundantiam,quicquid illud est, si ab eo quod dederint, plus acceperint. Quartusdecimus gradꝰ:Ab iniquitate,ait, auerterit manum suam,ut omni opere fugiat iniquitatem. Nõ enim C solũ manu sed & alijs mẽbris cõmittitur iniquitas:dicẽte Salomõe: Iniqua labia à te procul remoue.Et in psalmis:Iniquitatẽ in excelso loquuti sunt.Pes quoqꝫ currit ad iniquitatẽ:& oculus,si alienã mulierẽ cõcupiscat:nec sit eius imitator,de qꝫ dicit:Iniquitatem nõ fecit,& dolus non est inuentus in ore eius. Vnde & de iniquo mãmona iubemur facere nobis amicos, qꝫ nos ĩ æterna recipiãt tabernacula. Quintumdecimũ est: Iudicium uerum fecerit inter uirum & uirũ,siue proximũ suũ. Quod uidetur idẽ sonare quod primũ,ubi scriptũ est:Si fuerit iustꝰ & fecerit iudiciũ: sed addita ueritate iudicij, quod facit inter uirum & uirũ siue proximũ suum, ἐπίτασιν cernit habere uirtutũ. Vnde & in Prouerbiorum exordio:post multa præcepta,correctio infertur iudicij. Scire inquit, sapientiã & disciplinã,& intelligere uerba prudẽtiæ,suscipere uersutias sermonũ, & nosse iusticiã uerã, & post omnia corrigere iudiciũ. Quamobrẽ & Apostolꝰ reprehẽdit eos qui in ecclesia cõstituti sunt,quod habeant inter se iudicia,minimuscp eligitur atcp contẽptus: qui iuxta euangelium primus est,ut iudicet inter uirũ & uirũ: qui destruxit ea quæ paruuli sunt,& peruenit uscp ad perfectũ uirũ:& tamen maiori sentẽtia indiget, ut possit ad ueritatẽ iudicij peruenire. Sequit in sextodecimo loco: In præceptis meis ambulauerit. Et in decimoseptimo: Iudicia & iustificationes meas custodierit,ut faciet ea,factacp custodiat. Quorũ utruncp multiplicẽ habet intelligentiã,si uelimus omnia legis mãdata replicare: in quibus præcepta dñi & in quibus iustificatiões esse dicunt. D Plenus est præceptorũ & iustificationũ cẽtesimus octauusdecimus psalmus: & ex parte octauusdecimus, in qꝫ scriptũ est:Iusticiæ dñi rectæ lætificãtes corda:& præceptũ dñi lucidũ,illuminãs oculos. In quo quæritur,quomodo in hoc eodẽ propheta dixerit deus:Dedi eis iustificatiões nõ bonas,in quibus nõ uiuant in eis.Facilisꝫ responsio est,& plenior in cõsequentibus:non uiuere Iudæos sequentes occidentẽ literã, & uiuere Christianos intelligentes spiritũ uiuificantẽ. Longum est,si uolueri/mus probare testimonijs: ubi præcepta dñi,& ubi iustificatiões esse dicantur:& quibus singula,uel diuersitatibus uel obscuritatibus inuoluãtur. Vnde & in præsenti loco infert:Hic iustꝰ est,uita uiuet,ait dñs deus.Qui hæc fecerit,& illa nõ fecerit, nequacp punietur delictis patris, sed suis uiuet uirtutibus. a ¶ Quod si genuerit filiũ latronẽ &c.] Pro latrone in Hebraico scriptũ habet פָּרִיץ quod Aquilæ secũda æditio,peccatorem, Symmachus, transgressorẽ: Lxx.& Theodotio pestilentẽ interpretati sunt. Quomodo aũt pestilentia morbos creat: & passim regiones in quibus incubuerit uastare consueuit: sic pestilens homo uniuersa populatur. Dicamuscp primum iuxta historiam ut sciatis iniquitates patrum nõ redundare ad filios. Si iustus fecerit quæ superior sermo perordinem texuit: uita uiuet. Quod si genuerit filium recedentem à domini seruitute: & patris uirtutes uitijs commutantem, ut faciat quæ ille non fecit, & non faciat quæ ille operatus est: nunquid uiuere poterit? Certe non uiuet, sed erit reus sanguinis sui. Porrò iuxta intelligentiã spiritualem,iustus uir ecclesiasticus, si fidem euangelicã prædicauerit, & filius eius atcp discipulꝰ hæretico errore deceptus, uocabitur pestilens. De quo & in primo psalmo scribitur: Et in cathedra pestilentiæ non sedit. Et in prouerbijs: Confidens & procax & superbus pestilens appellatur. Iste effudit sanguinem deceptorum, & omnia in se peccata congeminat: comedens in montibus superbiæ, & ecclesiam proximi sui polluens: egenos & pauperes in scientia scripturarum contristans, opprimens atque supplantans: rapinam rapiens

Quod si genuerit filium latronẽ effundentẽ sanguinẽ: & fecerit unum de istis(siue ut Lxx.transtulerunt), & fecerit peccata: in uia patris sui iusti non ambulauerit: & hæc quidem omnia non facientem, sed in montibus come

Ioan.6.c
Mat.5.a
Luc.6.d
Prou.23.b
Mat.7.a
Gal.3.d
Mat.22.b
Supra 16.a
Deut.15. & 23.d
Luc.9.e
Gal.6.b
Prou.4.d
Psal.72.b
Esa.53.c
Prouer.1.a
1.Cor.6.a
Psal.8.b
Infra 20.
Psal.1.a
Pro.2.a

A rapiens,eos quos de ecclesia seduxerit: pignus nō red/
dens quod à magistro acceperat,ut impleret quod scri/
Matth.10.d ptum est Gratis accepistis,gratis date.Et ad idola atque
simulacra quæ de suo corde finxit leuans oculos suos,
cunctasq; faciens abominatiōes, & dans ad usurā pecu
niam: ut errorem ma
gistri discipulorum
augeat diligentia: &
repetens ab his qui/
bus tribuit amplius
q̄ dederat:certe uiue
re non poterit, sed in
suo sanguine morietᵉ.
a ¶ Quod si genue/
rit filium,qui uidens
oīa pec. &c.] Nec,
inq̄t,miremini, si iu/
sti uiri filius declinās
ad uitia atq; peccata,
morte moriatur:cum
ecōtrario filius pecca
toris & impij: si uide/
rit peruersitatē uiarū
patris sui, & cōuerte/
rit seu mala non fa/
ciat, & faciat bona:
reus paternorum sce
lerum non teneatur.
Quod & in nobis ac/
cipi potest,quibus in
psalmis dicitur: Au/
psal.44.c di filia, & uide, & in/
clina aurem tuā,& o/
B bliuiscere populum
tuum & domū patris
tui:& cōcupiscet rex
decorem tuū. Et qui
de gentiū sumus stir/
pe generati, ut relin/
quamus parentū cri/
mina,& faciamus iu/
dicium atq; iusticiā,
& uiuamus in ea. Re/
petit itaq; quæ supra
latius prosequuti su/
mus.Et ideo breuiter
cuncta percurrimus,
ad illa quæ obscurio
ra & noua sunt transi
re cupientes. b ¶ Et
dicitis &c.] Soluit
quæstionem,quā ecō
trario poterat audi/
tor opponere. Sole/
tis,ait,dicere: Quare
filius iustus nō porta
uit iniquitatē patris?
Ad quæ ipse respon/
det:Videlicet, quia fi
lius bene operatᵘˢ est,
& patris delicta non
fecit. Iustumq; est,ut
quomodo peccator
in suo scelere moriᵗ,
sic iustᵘˢ in suis uiuat
uirtutibus: & moria/
tur anima quæ pecca
uerit,& uiuat quæ dei præcepta custodierit. c ¶ Si au/
tem &c.] Intantū,ait,peccata patrum ad filios nō redū/
dant:nec iustum filium scelerat⁹ prægrauat pater: neq;
alij pro aliorum sceleribus puniuntur,ut ipse unus atq;
idem qui prius impius fuit atq; peccator: si postea ege/
rit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis quæ opera
tus est: & custodierit uniuersa præcepta mea: & fecerit
iudicium & iusticiam uita uiuet & nō morietur.Omniū
iniquitatum eius quas operatus est non recordabor. In
iusticia sua quam operatus est uiuet.Nunquid uolunta
tis meæ est mors impij, dicit dominus deus:& nō ut cō/
uertatur à uijs suis & uiuat? Si autem auerterit se iustus
à iusticia sua,& fecerit iniquitatem secundū omnes abo
minationes quas operari solet impius, nunquid uiuet?
Omnes iusticiæ eius quas fecerat non erunt in memo/
ria.In præuaricatione qua præuaricatus est, & in pecca/
to suo quo peccauit, in ipsis morietur.Et dixistis: Non
est æqua uia domini. Audite domus Israel: Nunquid
uia mea non est æqua: & non magis uiæ uestræ pra/
uæ sunt? Cum enim auerterit se iustus à iusticia sua &
fecerit iniquitatem, morietur in eis. In iniquitate quam
operatus est morietur. Et cum auerterit se impius ab
impie
filium denegādo.In peccato atq; scelere quod operatus
est morietur:non in pluribus,sed in uno: hæredē interfi
ciēs,ut perderet hæreditatem. i ¶ Et cū auerterit se im/
pius &c.] Ecōtrario,ait, gentium populus nō habēs no
ticiā dei & impius si se auerterit ab impietate sua quam
prius
rit pœnitentiam:& ad meliora cōuersus,pristina pecca/ C
ta deleuerit non iudicetur uetustate peccati, sed in meū
susciꝑiatur gregem,innouatione uirtutis. Simulq; con/
siderādum, qualem impium & peccatorē susciꝑiat pœ/
nitentē. Si ab omnibus,inquit,peccatis suis quæ opera/
tus est auerterit se, &
custodierit uniuersa
præcepta domini: q̄
scilicet omnia crimi
na derelinquat: &
cunctas uirtutes se/
quatur: si omnia bo/
na fecerit & cūcta de
seruerit mala: & ego
omnium iniquitatū
eius quas operatᵘˢ est
obliuiscar. d ¶ In
iusticia sua &c.] Non
tam mea q̄ sua uiuet
iusticia: licet iusticiæ
meæ sit, bonis bona,
& malis mala redde/
re. e ¶ Nunqd &c.]
Ergo dñi uoluntatis
est,omnes saluos fie/
ri:& ad noticiā uerita
tis uenire. Vbicunq;
autē dei uideᵗ seuera
& truculēta sentētia,
nō homines,sed pec/
cata cōdēnat. f ¶ Si
autē &c.] Sicut iustū D
antea peccatorē non
prægrauant antiqua
delicta: sic peccatorē
qui prius iustᵘˢ fuerit,
nō iuuāt ueteres iusti
ciæ. Vnusquisque eīm
in quo inueniᵉ,in eo
iudicabitur. g ¶ Et
dixistis &c.] Reddit
causas quare dñi iu/
sta sētētia sit. Putatis
me,ait,iniquū ut pec Deut.24.c
cata patrum reddā fi
lijs: & alijs comedēti/
bus uuā acerbā,alio/
rū dētes obstupescāt?
Ecce unusquisque in Hier.31.c
suo peccato moriᵗ, &
in.sua iusticia uiuifi/
caᵗ: in utroq; nō præ
terita, sed præsentia.
Quin potius uestra
iniqua sentētia est, q
putatis parabolā nō
esse parabplā: sed sic
eā accipitis, quasi hi/
storiæ ueritatē:ut alio
rū scelera in alijs pu/
niātur. h ¶ Cū eīm
&c.] Potest & hoc in/
telligi: Iustᵘˢ priᵘˢ po/
pulus Israel auertit se
à iusticia sua:qa iusti/
ciæ reliquit autorē,&
fecit iniquitatem,dei

A prius operatus est in idolatria: & fecerit ea quæ Israeli lege præcepta sunt, ipse prius mortuus uiuificabit animã suã. Videns q̃ se interisse in iniquitatibus quas operat⁹ est, credet in eũ q di-
Exod.14.a cit: Ego sum uia, ueritas & uita: uita uiuet, & nõ morie. a ¶ Et dicũt filij Israel &c.] Vsq; hodie Israel blasphemat deũ, cur populũ suũ reliquerit, & gentiũ assumpserit multitudinẽ. Quos arguit dñs, q̃ uiæ eorũ prauæ sint, dñiaũt iusta sentẽtia: ut perditis colonis prioribus, alios in uineam suã mittat agricolas. Quod intelligẽtes in
Luc.20.c euãgelij parabola, dixere Iudæi: Non erit istud. b ¶ Idcirco unũquemq; &c.] Siue de gentiũ multitudine, siue de Israel populo sint qui iudicã-
B tur: nõ est personarũ acceptio apud deũ, sed unusquisq; sua coronabitur fide: & impietate atq; infidelitate dãnabit. c ¶ Cõuertimini &c.] Proprie ad Israel iste sermo dirigit: ut agant pœnitentiã & relinquãt iniquitates siue præuaricatiões suas, quibus in deũ præuaricati sunt. Potest aũt & ad utrũq; populũ intelligi: ut & Israel & gẽtium turba, sua uitia derelinquẽs, conuertatur ad eum qui possit sanare cõtritiones suas. d ¶ Et facite uobis &c.] Vt uetustatẽ literæ deserentes, uiuatis in nouitate spiritus. Cor nouũ Israelis, est credere in eũ quẽ prius negauerat. Cor nouũ gẽtiũ, est idola derelinquere: & mortuorũ cultura contẽpta, credere in eũ qui est deus uiuẽtium. e ¶ Et quare moriemini &c.] Melio⁹ est, ut supra diximus, exhortationẽ hanc in qua scriptũ est: Cõuertimini & agite pœnitẽtiã, super persona accipere Iu-

impietate sua quã operatus est, & fecerit iudicium atq; iustitiã, ipse animã suam uiuificabit. Considerans enim auertit se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est, uita uiuet, & nõ morietur. Et dicũt filij Israel: Non est æqua uia dñi. Nũquid uiæ meæ nõ sunt æquæ domus Israel: & nõ magis uiæ uestræ prauæ? Idcirco unũquẽq; iuxta uias suas iudicabo domus Israel, ait dñs deus. Cõuertimini & agite pœnitẽtiã ab omnibus iniquitatibus uestris, & nõ erit uobis in ruinã iniquitas. Proijcite à uobis omnes præuaricatiões uestras in quib⁹ præuaricati estis. Et fãcite uobis cor nouũ, & spiritũ nouum. Et q̃are moriemini domus Israel. Q̃uia nolo mortem morientis, dicit dominus deus: reuertimini & uiuite.

Cap. XIX

ET tũ assume planctũ super principes Israel, & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit? in medio leunculorũ enutriuit catulos suos. Et eduxit unum de leũculis suis, leo factus est: & didicit capere prædã, hominẽq; comedere. Et audierunt de eo gentes: & non absq; uulneribus suis ceperunt eum: & adduxerunt eũ in catenis in terrã Ægypti. Quæ cũ uidisset quoniam infirmata est, & periit expectatio eius: tulit unum de leũculis suis, leonem constituit eum. f Qui incedebat inter leones, & factus est leo. Didicit capere prædam, & homines deuorare. Didicit uiduas facere: & ciuitates eorũ in desertum adducere: & desolata est terra & plenitudo eius, à uoce rugitus illius. Et conuenerunt aduersum eum gẽtes undiq; de prouincijs: & expanderũt super eũ rete suum: in uulneribus earũ captus est. Et miserunt eum in caueam in catenis, adduxerunt eum ad regem Babylonis: miseruntq; eum in carcerẽ ne au-

ET tu accipe lamẽtum super principem Israel, & dices: Quid mater tua catulus in medio leonum facta est? in medio leonum multiplicauit catulos suos. Et exiliuit unus de catulis eius: leo factus est, & didicit rapere rapinas: homines comedit, & audierunt contra eum gentes. In corruptione earum captus est: & adduxerunt in camo in terram Aegypti. Et uidit quoniam ablatus esset ab ea & periisset substãtia eius: & tulit aliũ de catulis suis: leonem constituit eũ: & conuersabatur in medio leonum. Leo factus est & didicit rapere rapinas: homines comedit, & pascebatur in audacia sua: & ciuitates eorũ ad desertum adduxit, & uastauit terram & plenitudinẽ eius à uoce rugitus sui. Et dedit super eum gentes per circuitũ de regionibus, & expanderunt super eum retia sua. In corruptione earum captus est, & posuerunt eum in camo: & in cauea uenit ad regem Babylonis: & introduxerunt eum in carcerem: ut non

dæorum, quos non C uult mori: & quibus nũc loquitur: quare moriemini dom⁹ Israel, qui habetis patres Abrahã, Isaac & Iacob: de quibus scriptũ est: Deus uiuorũ Matt.22.c & nõ mortuorũ. Cur uestro uitio moriemini: qui patrũ merito, & mea debetis uiuere misericordia?

f ¶ Quia nolo mortẽ &c.] Nolo, inquit, uos mori, quos in salutẽ genui. Filios eñ genui & exaltaui: ipsi Isa.1.a aũt spreuerũt me. Reuertimini ergo & uiuite. Nõ dicit reuertimini, nisi his q prius cũ deo fuerant: & postea eius deseruere comitatũ. Et uiuite per pœnitentiã, qui estis mortui per peccatũ. Igitur q̃a Israel nõ reuertit ad pristinũ statũ, mortu⁹ esse credẽdus est. Cap. XIX.

D ET tu assume planctũ &c.] Scio me in hoc loco multiplicẽ legisse explanationẽ: & tãtis obscuritatib⁹ impeditã: ut nõ tã aperuerit, q̃ inuoluerit lectionẽ: dũ uniuersa quæ scripta sũt refert ad contrarias fortitudines: & in cœlesti Hierusalem leones & bella describit: quomodo alter eorum captus sit: & rursum in locum eius alius constitutus, multáque ponit testimonia: diabolum & comites eius, leones appellari solere: ut est illud de apostolo Petro: Aduersarius noster diabolus quasi 1.Pet.5.b leo rugiens circuit, & quærit q̃modo possit intrare: & de psalmis: Ne tradas bestijs animã cõfitentẽ Psal.73.d tibi. Certe ubi ad historiã uenit dicit Ioãnã filium Careæ ductum in Aegyptum: qui quomodo fugiẽs cũ paucis leo appellatus sit, scire nõ possum: & alterum leonum Sedechiã, qui & ipse ductus in Babylonem sit. Nos autem istiusmodi expla-

natio

A nationes lectoris arbitrio relinquentes, dicemus captiuitate uicina, prophetã non tã futura uaticinari, quàm narrare præterita. Post sextũ enim Sedechiæ annum, siquidẽ statim in cõsequentibus legim⁹: & factũ est in anno septimo, in qnto mense, decima mẽsis, assumiẽ plan/ctus super principes, uel principẽ Israel, & dicitur: Quare mater tua leæna inter leones cubauit? Plãctus igiẽ sup principes est: omnes uidelicet qui de Iosiæ stirpe genera/ti sunt. Mater principum Hierusalẽ leæna appellaẽ, quæ leũculos genuit & nutriuit: unũq; de leũculis suis eduxit & fecit leonem, Ioachaz significãs filium Iosiæ, quẽ Nechao Pharao duxit in Aegyptũ, & p eo constituit Ioakim. 4.Reg.23.f Quo mortuo Iechonias filius eius rex cõstitutus, cũ matre & optimatib⁹ ciuitatis à Nabuchodonosor ductus est in Babylonẽ: de quo nasciẽ Salathiel pater Zorobabel: q ex eo quod in B Babylõe natus est nomen accepit. Perspicuumq; est sub metaphora leænæ leuncu/lorũ & leonis rursũq; alterius leonis, illa describit: quæ eo tẽpore iã facta erãt, quo hæc ppheta dicebat. Post/q; enim Hierusalẽ e/duxit de stirpe regia Ioachaz filiũ Iosiæ & cõstituit in regẽ tam crudelis in breui extitit tempore, ut tropologice cepisse prædas & homines deuorasse memoret. Ad quẽ cũ ue/nisset Aegyptius, cepit eũ non absq; uulneribus, siue in fouea: ut proprie in Hebraico cõtinetur: ut cõseruet tropologicã captionẽ leonũ, qua semp in foueis capi solẽt. Et adduxit eum in camo siue in catenis in terrã ægypti ibiq; mortuus est. Quod cũ uidisset mater eius Hierusalẽ, quæ eũ genuerat, quæ nutrierat, quæ cõstituerat in regnũ, q perisset expectatio eius, tulit de alijs regibus Iechoniã filiũ Ioakim, & cõstituit in regẽ. Qui & ipse præcessoris imitatus crudelitatẽ, sub leonis feritate describitur, q homies deuorarit, multasq; uiduas fecerit, ad desertũ adduxerit ciuitates: & ad uocẽ rugitus eius territa sit uniuersa prouincia: ita ut cõuenirent ad eũ gentes, & expanderẽt super eũ rete suũ, & in fouea caperẽt, & mitterent eũ in caueã & in catenas: nõ quod hoc Iechoniæ factũ sit: ipse enim se tradidit regi Babylonio & in Chaldæã asportatus est, sed ut leonis seruetur trãslatio qui capitur in foueis, catenisq; cõstringitur, & in caueis reseruatur. Alioquin iuxta historiã, hoc de Sedechia legim⁹, qui post Iechoniã rex Hierusalẽ cõstitutus est. Et hæc fecit occasio, ut quia catenæ leguntur & caueæ & carcer nominatur, Sedechiã potius q̃ Iechoniã plerique intelligãt. Seruatus igitur in carcere est, nec interfectus, & tantum modo sublat⁹ è regno. Cæterũ Sedechiã cæcũ ductũ in Babylonẽ, ibiq; statim occisũ narrat historia. ¶ Ma/

HEB. ne audiretur uox eius ultra super montes Israel. Måter tua quasi uinea in sanguine tuo super aquam plantata: fructus eius & frondes eius creuerunt ex aquis multis. Et factæ sunt ei uirgæ solidæ in sceptra dominantium, & exaltata est statura eius in frõdes. Et uidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum & euulsa est in ira: in terrámque proiecta, & uentus urens siccabit fructũ eius: emarcuerunt & arefactæ sunt uirgæ roboris eius: ignis comedit eã. Et nunc transplantata est in desertum in terra inuia & sitienti. Et egressus est ignis de uirga ramorum eius qui fructus eius comedit, & non fuit in ea uirga fortis: sceptrum dominantium: plãctus est, & erit in planctũ.

SEP. non audiretur uox eius ultra super montes Israel. Mater tua quasi uinea: sicut flos in malis granatis in aqua plãtata. Fructus eius & germen illius factũ est ex aqua multa. Et facta est ei uirga fortitudinis in tribũ ducum, & exaltata est magnitudine sua in medio propaginũ. Et uidit magnitudinẽ suã in multitudine palmitum suorũ, & cõfracta in furore, in terram proiecta est, & uẽtus urens arefecit electa eius. Vindicati sunt, & arefacta est uirga fortitudinis eius. Ignis consumpsit eam & nunc plantauerunt eã in deserto in terra sine aqua, & exiuit ignis de uirga electorum eius & comedit eam: & nõ erat in ea uirga fortitudinis. Tribus in parabolã lamentatiõis est, & erit in planctũ.

Et factum

C

D

Et fa/ctum est ut fieret, ut uidi/mus, tempore Ioakim, qui ante Sedechiam regnauit, & ideo ad illum refertur. Et quo/modo in superioribus legim⁹ Hierusalẽ pulchræ mulieri cõparatã, & rursũ leænæ quæ incubili suo leones nutrierit: sic nũc uitu uel uineæ pulcherrimæ cõparaẽ, quæ sup aquas plãtata sit multas, & id circo humore nutriti palmites ĩ tm̃ creuerint, ut unus palmes, quẽ scriptura uirgam soli/dissimam siue fortissmã nũcupat, ꝓfecerit ĩ sceptra dominãtiũ. Pro q̃ uertere Lxx. in tribũ ducum, ut scilicet reges ex ea fierẽt. Tãtæ aũt erat ipsa uinea pulchritudinis, ut splẽdor uiroris eius, floribus mali punici coæquaretur, qd̃ in Hebraico dicitur, q̃si uinea in sanguine tuo, rubore florũ sanguini cõparato. Exaltata ergo uinea & erecta: Quia sup bis de⁹ resistit, humilib⁹ aũt dat gratiã: euulsa est ĩ furore dñi in terrãq; proiecta: ut ruinas Hierusalẽ, elegãs uitis trãslatio custodiret. Quanuis em̃ pulchra sit uinea & lõgis propaginibus extendatur: si hastilia calamosq; subtraxeris: terræ iũcta arescit calore, maxime si uẽtus urẽs quẽ Græci καύσωνα uocant, siccauerit fructũ ei⁹ ut emarcescat, & quasi ignis cremetur ardorib⁹. Qd̃ aũt in Lxx. additum est: Vindicati sũt, pro eo quod in Hebraico scriptũ est: emarcuerunt: quã consequentiã habere possit, scire nõ ualeo. Illa igitur uinea tantæ ubertatis & fructuũ, tantæq; pulchritudinis: quomodo nũc trãsplãtata est in desertũ, in terra inuia & sitienti? Significat aũt terrã Babylonis ad quã trãslati sunt: uel Aegyptũ, quò cõfugerunt: aut ipsam terrã Iudææ, in qua pauci pauperes remanserunt, quibus præfectus erat Godolias, ut cõgregaret & regeret reliquias populi. Contra quem surrexit 4.Reg.25.f de stirpe regia & de uirga ramorũ uineæ Ismahel, qui in Hier.40.b terfecit eum in Maspha, & comedit omnẽ fructũ uineæ, & 41.a & exinde non fuit in ipsa uinea uirga fortis, & sceptrum dominantium. Nullus enim remansit de regibus qui populum gubernaret, sed cum Ioannam filio Careæ ad Aegyptum confugerunt. Idcirco planctus est & parabola lamentationis, ut plangatur regium genus quod in Iudæa ultra cessauit, donec ueniret cui repositum est. Et Gen.49.b ipse erat expectatio gentium. Ex quo perspicuum est, & superiorem lectionem in qua dicitur: Quare mater tua, leæna inter leones cubauit, & hanc in qua scriptum est: Mater tua quasi uinea in sanguine tuo super aquam plantata: ad Hierusalem pertinere, quæ perdidit leones & palmites suos, & non remansit in ea uirga quæ cõsurgeret in tribum: siue in sceptra dominantium. A plãctu enim incipit, & finitur in plãctu. Assume planctum super principes Israel. Hoc est in principio & nunc in fine, planctus est: & lamentatione planctuq; parabolæ

stirps

A stirps regia prosequenda. Porrò secundum Anagogen, quod alij ad cœlestem referūt Hierusalē, ut dicant ex ea in istā uallem lachrymarū plurimos corruisse, & reges esse desisse, & uineam quondā pulcherrimam uento urē te siccatam, ita ut nullus in ea uirentiū palmitum remā/serit, quā postea sub urbis figura plangat Hieremias: nos intel/legimus super eccle/siam, eo quod in no/uissimo tēpore multi plicata iniqtate, refri gescat charitas mul/
Matt.24.b torū, ita ut probētur si fieri potest etiā ele/cti dei, & principes e/ius capiātur retibus diaboli: qui non sit unius regis captione cōtentus, sed quoti/die reges & prīcipes capere festinet, secun dum illud quod scri/ptum est: Escæ eius e/
Abac.1.d lectæ. Palmites q̄que eccleſiæ qui dudum floribꝰ & rubori san/guinis æquabantur: postea uento urente siccentur. Quam ex/positionē & euāgelij quoque parabola so/
B nat: in qua sole orto,
Mar.4.a ea quæ germinaue/rant, æstuauerunt & repente siccata sunt, ita ut uix remaneat unus è palmitibus q̄ consurgat in uirgam & dignꝰ populi prin/ceps fiat. Quod alijs uerbis loquit̄ Esaias: Inducam famē & si/tim super terram: nō famē panis & sitim aquæ: sed famē audiēdi sermonis dei. Vnde debemus plangere & lamētari sup̄ principes Israel: quorū uitio & superbia Iudæa deserta & capta est Hierusalē. Cap. XX.

ET factum est in anno septimo & c.] Post un decim menses & quinq; dies superioris uisionis, rur/sum sermo fit ad prophetam: postq; uenerunt uiri de se/nioribus domus Israel ut interrogarent dominū, & se/derunt corā eo. Hanc autem fuisse cōsuetudinem popu/li Israel, ut quicquid scire cupiebāt, à dño quærerēt per prophetas: multa exempla testantur. Saul quærens asi/
1.Reg.9.a nas, pergit ad Samuelem: accepitq; cōsilium à puero ut
3.Reg.14.b offerat prophetæ quartā partē sicli. Aegrotante filio Hie roboam, mittitur in Silo ad Achiam prophetam uxor eius: deferens munuscula: panes & colliridas, uuas & la/gunculam mellis, ut de filij infirmitate cognosceret. Da
2.Reg.7.a uid quoq; propheta alium interrogat prophetā Nathā:
3.Reg.22.d utrum templū domino ædificare debeat. Et Achab sci/
Esa.37.b scitatur, ascēdat an nō in Ramoth Galaad. In Esaia quo
4.Reg.19.f que & in Regum uolumine: quæ Sennacherib uentura sint nunciantur. Nec mirum, si in ueteri testamento, sin/gulis quæ uentura sunt prophetæ annuncient, cum A/gabum legerimus quæ Paulo uentura sunt prophetare.
Act.21.c Scriptum est enim in deuteronomio: Gentes quas per/
Deut.18.c diturus est dominus in conspectu tuo, istæ somnia & di/uinationes audient: tibi autē nō sic dedit dominus deus tuus. Gentium enim est adire Chaldæos, hariolos, aru/spices, diuinos, sortilegos, oracula dæmonū quibus er/rori earum illuditur. Vnde & nunc seniores Israel pro/ C
phetam adeunt: ut interrogent per eum dominum, & ta/men de interrogatione silent: ipso qui interrogandus e/rat sciente quid interrogarent, ut & in eo miraculum sit scire cur uenerint, & ad ea respondere quæ tacitus ser/mo in animo contine bat. b ¶ Et factus est sermo domini ad me &c.] Sanctis & con/grua interrogātibus datur promissio, ad/huc loquente te dicā: ecce adsum. Peccato/ribus autē, quales fu/erunt seniores Israel, & quorum scelera in consequentibus pro pheta describit: non datur respōsio, sed in crepatio pro pecca/tis: & addidit iusiurā dum, uiuo ego, ut fir/mior sit sententia de/negantis. Quod autē dixere Lxx. Si respō dero uobis: Symma/chus manifestius trā stulit, non respōdebo uobis. c ¶ Si iudi/cas eos: si iudi. &c.] Il li quidē ad interrogā dum me uenerūt, cu/ D
pientes de his quibꝰ ambigunt & futura cognoscere, tu aūt fili hominis iudica eos, ut nō prophetæ sitre sponsio, sed sententia iudicātis pro iniqui/tatibus quæ fecerūt, & patrum secuti sunt scelera: Vel certe si ul tus eos fuero ultiōe, ut sit sensus. Tāta ini/quitate cooperti sūt, ut ne emendatione quidem & correptione sint digni, se/cundum illud quod in propheta dicitur: Non uisitabo
Osee 4 ultra filias uestras & nurus uestras cum mœchatæ fue/
Prouer.18d rint. Vnde & peccatores qui in profundum uenere pec/cati, dimittūtur ut faciāt desideria cordis sui. d ¶ Abo minationes patrum suorum ostende &c.] Si peccata pa trum non redundant ad filios: quomodo abominatio/nes & iniquitates patrum nunc senioribus proponun/tur? Hac uidelicet causa, ut ostendantur similia parenti/bus agere: & hæreditario malo longissimum funem tra/here peccatorum, ut quorum imitantur uitia eorū sup/plicia pertimescant. e ¶ Hæc dicit dominus deus: In die qua elegi Israel &c.] Pro eo quod dixere Lxx. fauus est ultra omnes terras: pro quo nos interpretati sumus, egregia est inter omnes terras: Aquilæ prima æditio po suit, firmamentum: secunda, inclytum: Symmachus, re/gionem: Theodotio, fortitudinē: quod uidelicet omniū terrarum ista sit fundamētum, quod in ea dei religio sit & templum & ceremoniæ & noticia dei, & in tantum po pulus Israel in Aegypto cōstitutus ignorabat deum, ut
Exod.3.d missus ad eos Moyses: Si interrogauerint, ait, me, quis misit te? quid dicam eis? Dic, inquit, ad eos: Qui est, mi/sit me. In Aegypto igitur notus factus est populo & semi ni domus Iacob: quando leuauit manum suam pro eis contra Aegyptios: & dixit: Ego sum dominus deus ue/ster, & elegit eos, ut educeret de terra Aegypti, ad terrā fluentem lacte & melle. Necdum enim capere poterant solidum

Cap. XX.

ET factū est in anno septimo, in quinto, in deci/ma mensis: uenerunt uiri de senioribus Israel ut in terrogarent dominum, & sedebant coram me. Et fa/ctus est sermo domini ad me dicēs, Fili hominis, loque re senioribus Israel, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus. Nunquid ad interrogandū me uos uenistis? Viuo ego: quia non respondebo uobis, ait dominus deus.

HEB. Si iudicas eos: si iudi cas fili hominis. Abōmina tiones patrum suorum o/stende eis, & dices ad illos. Hēc dicit dominus deus: In die qua elegi Israel, & le uaui manum meam pro stirpe domus Iacob, & apparui eis in terra Ægy/pti, & leuaui manū meam pro eis dicens: Ego domi/nus deus uester. In die illa leuaui manum meam pro eis ut educerem eos de ter/ra Aegypti in terram quā prouideram eis, fluentem lacte & melle: quæ est e/gregia inter omnes terras, Et di

SEPT. Si ultus eos fue/ro ultione fili hominis. Ini quitates patrum eorum contestare eis, & dices ad eos. Hæc dicit dominus deus: Ex qua die elegi do/mum Israel, & notus fa/ctus sum semini domus Iacob & cognitus eis in ter ra Aegypti, & suscepi eos dicens: Ego dominus de/us uester: in die illa appre hendi eos manu mea, di/cens: ut educerem eos de terra Aegypti in terram quam paraui eis: terram fluentē lacte & melle: fauꝰ est ultra omnem terram. Et dixi

HEB. Et dixit ad eos: unuſquiſque offenſiones oculorum ſuorum abiĳciat, & in idolis Ægypti nolite pollui: ego dominus deus ueſter. Et irritauerũt me. Noluerũntq; audire me. Vnuſquiſque abominationes oculorum ſuorum non proiecit, nec idola Ægypti reliquerunt. Et dixi ut effunderem indignationem meam ſuper eos, & implerem iram meam in eis in medio terræ Ægypti. Et feci propter nomen meum, ut non uiolaretur coram gentibus in quarum medio erant, & inter quas apparui eis ut educerem eos de terra Ægypti. Eieci ergo eos de terra Ægypti & eduxi in deſertum, & dedi eis præcepta mea, & iudicia mea oſtendi illis, quæ faciat homo & uiuat in eis. Inſuper & ſabbata mea dedi eis, ut eſſet ſignum inter me & eos, & ſcirent, quia ego dominus ſanctificans eos. Et irritauerunt me domus Iſrael in deſerto, in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciet homo & uiuet in eis, & ſabbata mea uiolauerunt uehementer. Dixi ergo ut effunderem furorem meum ſuper eos in deſerto, & cõſumerem eos, & feci propter nomen meum ne uiolaretur coram gentibus, de quibus eieci eos in conſpectu earũ.

SEP. Et dixi ad eos: Vnuſquiſq; abominationes oculorum ſuorum proĳciat & in adinuentionibus Ægypti non polluatur, ego dominus deus ueſter. Et receſſerunt à me. Et noluerunt audire me. Abominationes oculorum non proiecerunt, & adinuentiones Ægypti non reliquerunt.

Ego

A ſolidum cibum, ſed quaſi paruuli atq; lactentes, melle & lacte indigebant infantiæ. Iuxta literam uero inclytã eſſe terram Iudææ & cunctis terris fertiliorem: dubitare non poterit, qui à Rinocorura uſq; ad Taurum montem & Eufraten fluuium cunctam conſideraverit terrã, & urbium potẽtiam amœnitatemq; regionum, Palæſtinam uidelicet & Phœnicen, Arabiam, Syriã Cœlen, Ciliciam, & cæteras regiones, quas Iſraeli ſi dei præcepta ſeruaſſet, dominꝰ repromiſit, quas qa non accepit, uitium fuit incredulitatis eius. Nã & in ipſa Palæſtina Iudæaq; prouincia, gentes pluri mæ remanſerũt, quæ non ſunt eiectæ. Neque enim ſponſor in crimine eſt, ſi ille cui repromittitur indignum ſe fecerit ſponſione, præſertim cum proponatur optio promittentis: Si uolueritis & audieritis me, quæ bona ſunt terræ comedetis. Sin autẽ nolueritis, gladiꝰ deuorabit uos. Eligũtur ergo præſentia: nec ſtatim qui eligi-
B tur, tentari nõ poteſt, nec perire: qa & Saul electus in regẽ, & Iudas in apoſtolũ, ſuo poſtea uitio corruerunt. Eleuatio autem manus ſiue extenſio, habitum percutientis oſtendit: ut percuteret pro eis Aegyptios, & populum Iſrael de Aegypto liberaret. a ¶ Et dixit ad eos, unuſquiſq; offenſ. &c.] Pro offenſionibus quæ Hebraice dicũtur שִׁיקּוּצֵי Symmachus interpretatus eſt, nauſeas: Aquilæ ſecunda æditio, abſciſiones, ut ſignificarent abĳciendas ab oculis lippitudines, & quaſi nauſeas, quæ non ſolum aſpectum impediunt, ſed & contra cernẽtibus uomitum creant גִּלּוּלֵי quoq; uerbum Hebraicũ eſt, quod Lxx. adinuentiones: Aquilæ prima æditio, inquinamenta: ſecunda, Symmachusq; & Theodotio, idola interpretati ſunt, quos & nos in præſentiarum ſecuti ſumus. Præcipit autem exeuntibus primum de Aegypto, ut obliuiſcantur idolorũ quibus multo tempore ſeruierunt, imò abĳciant ea ab oculis ſuis, ut ne aſpectu quidem digna habeant, & quibus multo tempore polluti ſunt, ultra non acquieſcant. Ego, inquit, dominus deus ueſter, non portenta Aegyptia, non uariorum figmenta monſtrorum. Sed & nobis, quando eximus de Aegypto, iubetur ut offenſiones oculorum noſtrorum abĳciamus: ne ſcilicet his delectemur quibus antea delectabamur in ſeculo: ne ſimulacris Aegypti polluamur, adinuentionibus uidelicet philoſophorum atq; hæreticorum, quæ recte idola nominantur. A ſpectaculis quoq; imò offenſiõibus Aegypti remoueamus oculos, arenæ, circi, theatrorum, & omnibus quæ animæ
Hiere.9.f contaminant puritatem, & per ſenſus ingrediuntur ad mentem, impleturq; quod ſcriptum eſt: Mors intrauit per feneſtras ueſtras. b ¶ Et irritauerũt me &c.] Siue ut Symmachus interpretatus eſt: Non acquieuerũt mihi. Statimq; uocati recedunt à deo, ut nullum ſit ſpaciũ inter uocationem & receſsionem. Et hoc notandum, qd nemo recedit à deo, niſi qui ante cum eo fuerit. Vnde & draco in Iob uoluminꝰ, apoſtata, prætuaricator & recedens appellatur. c ¶ Noluerunt quoq; aud. &c.] Propterea, inquit, iritauerunt me & receſſerũt à me, quia noluerunt audire me, dum liberũ homini ſeruatur arbitrium, & fecerũt omnia, quæ ne facerent lege præcepi, ſtatim deſperantes ſalutem, & muſsitantes contra Moyſen, deiq; repromiſsiõibus diffidentes. Vnde ſequitur. d ¶ Et dixi ut effunderẽ indi. &c.] Statim ut præcepi eis relinquere ſiue abĳcere offenſiones oculorum ſuorum, & in idolis Aegypti nequaquam pollui: irritauerunt me, & noluerunt audire quæ dixi, ſed econtrario fecerunt quæ non facienda præcepi. Ideo D decreueram, ut effunderem in eos furorẽ & indignationẽ meã, & implerem irã meã quã mente concepe-
ram in medio Aegypti, quia nec dũ egreſſi fuerant de Aegypto. Sequitur enim infra: Eieci ergo eos de terra Aegypti, & eduxi in deſertum. Ex quo oſtenditur, nec dum eos fuiſſe egreſſos de Aegypto, quando effundere uoluit indignationẽ ſuam & implere iram ſuã ſup eos, & percutere eos in medio terræ Aegypti. e ¶ Et feci propter nomen. &c.] Quod facere cogitabam propter iuſticiam, non feci propter clementiæ magnitudinem: ne pollueretur nomen meum, & uiderer non potuiſſe complere quod Iſrael repromiſeram. Peperci igitur nomini meo, ne haberent occaſionẽ blaſphemandi nationes, inter quas notus factus ſum eis in terra Aegypti. Hucuſq; quid eis promiſerit in terra Aegypti cõſtitutis, & quomodo ſtatim offenderint, & quid cõtra eos dominus cogitauerit, & tamẽ non fecerit, propheta deſcribit. Quæ ſequũtur, egreſſis de Aegypto locutus eſt. a ¶ Eieci ergo eos de terra Aegypti. &c.] Hæc ad eos dicuntur qui educti ſunt de Aegypto in deſertũ: ut Aegyptiorum uitĳs liberati: facilius in ſolitudine dei præcepta cõplerent, & iudicia eius facerent & ſabbata cuſtodirẽt: Quæ in ſignum data ſunt inter eum qui dedit & eos quibus data ſunt: ſcriptura dicente: Et locutus eſt dominus ad Moyſen, dicens: Et tu præcipe filĳs Iſrael, dicẽs: Videte, Exod. 31.c & ſabbata mea cuſtodite, qd eſt ſignum inter me & uos in generationibus ueſtris, ut ſciatis quod ego ſum dominus qui ſanctifico uos, & cuſtodite ſabbatum, quoniam ſanctum eſt uobis. Qui uiolauerit illud morte morietur. Omnis qui fecerit in eo opus, interficietur anima illa de

P medio

A medio populi sui. Ergo sabbatum & circuncisio in signũ data sunt ueri sabbati, & ueræ circuncisionis: ut sciamus nobis in perfecto & æterno sabbato requiescendum à se culi operibus, & non præputium, sed cor circũcidamus. Vnde in sex diebꝰ operãtes, die septimo requiescimus, ut nihil aliud die ac nocte faciamus nisi oñe quod uiuimus, deberi dño noueri/ mus, & redeunte hebdomade, totos nos e/ ius nomini consecre/ mus, ut per sanctifica tionem diei recorde/ mur dñi qui sanctifi/ cat nos. Hæc præce/ pta & iustificationes & obseruantiam sab/ bati, dedit dñs in de/ serto, ut facientes illa uiuerent in eis, nõ de illis ad maiora transi rent, sicut in euange/ lio promissum est. Quæ illi uiolauerũt, non semel nec parũ, sed uehemẽter, ut uio lationis ὑπότασις mon/ straret. Dixit ergo & in sua mẽte decreuit, ut effunderet furorẽ suũ super eos in deser to, & cõsumeret eos, quãdo locutus est ad
Exod.32.c Moysen: Dimitte me,
B & iratus furore con/ tra eos, delebo illos. Sed noluit facere, par cens Aegyptijs & cæ teris gentibus, ne scã dalizarentur, & ipsis quorũ misertus est: expectans pœniten/ tiam conuersorũ. No tandumq; quod qñ constitutus in Aegy/ pto loquebatur post offensam: feci, ait, p/ pter nomen meũ, ut non uiolaretur corã gentibus de quibus eieci eos in cõspectu earũ. Tunc eñ adhuc in medio erant, quia nec dũ exierant. Nunc autẽ postq; egressi sunt, dicitur, de quibus eieci eos in conspectu ea/ rum. a ¶ Ego igitur &c.] Decreuerã quidẽ ut totũ fu/ rorem meum effunderẽ super eos, & delerem illos atq; consumerem, sed feci propter nomẽ meũ ne uiolaretur
Ibid.17.e Num.14 in gentibus, Amalechitis uidelicet & reliquis, quæ cõtra eos in solitudine dimicarunt, ut nequaq; inducerẽ eos in terrã quam eis pollicitus sum fluẽtem lacte & melle, quæ præcipua terrarũ omniũ est siue fauus. Causa autẽ pœnæ est, istiusq; sentẽtiæ, qa iudicia mea proiecerãt & in præceptis meis non ambulauerãt, & sabbata mea uio lauerãt. Ipsiusq; causæ hæc causa est, ut ista non facerẽt, quia cor eorũ Aegypti idola sequebat. Pepercit autẽ, ait, oculꝰ meꝰ ne interficerẽ eos atq; delerẽ, nec oñino cõsu merẽ. In q̃ quærit, qũo eis pepcerit, quorũ cadauera in solitudine corruerũt, & excepto Iesu Naue & Caleph fi/ lio Iephõe, terrã repromissiõis ingressus est. Ex q̃ intelli gimus uiuere eos, nec æternis supplicijs reseruatos, nec deletos esse de libro uiuentium, nec consumptos ante fa ciem dñi. Si enim ex eo quod non sint introducti in ter/ ram repromissionis perisse credendi sunt: ergo & Moy/ ses perijt, qui uidit tm̃ terram repromissionis & non est ingressus in eã. De quo in libro Iesu dñs loquitur: Moy/ ses famulus meus mortuus est. Et in Malachia: Memen/ tote legis Moysi serui mei. Et in Hieremia, quasi de amico & fa/ miliarissimo suo lo/ quitur deus: Si stete/ rint Moyses & Sa/ muel in conspectu meo. Alioqn & Moy si preces exauditas es se credendum est: qñ pro populo interpel/ lans, ait: Si dimittis eis peccatũ, dimitte: sin autem nõ uis, me dele de libro tuo quẽ scripsisti: Vt aũt scia/ mus sententiã dei in filios & famulos, nõ ad perditionẽ sed e/ mendationem fieri, audiamꝰ testimonia scripturarum. Fili ne contristeris ad disci/ plinam dñi: neq; defi cias, qñ ab eo argue/ ris. Quem enim dili/ git dñs corripit: Fla/ gellat aũt omnẽ filiũ quem recipit. Et in a/ lio loco: Cum interfi ceret eos, tunc quære bant eum. Et in Deu/ teronomij cãtico: E/ go interficiam & ego uiuificabo. Possumus & hoc iuxta literã di/ cere, quod non dele/ uerit eos, neque con/ sumpserit cum stirpe sua atque progenie, sed interfectis patri/ bus, pepercerit filijs, quos in terrã repro/ missionis induxit.

Deu.34.b Malach.4.b Hiere.15.a Exod.32.g Prouer.3.b Hebr.12.b Psal.77.d D Deu.32.f

b ¶ Dixi autẽ &c.] Post interfectionẽ pa trũ qui in eremo cor/ ruerũt, præcepta dat filijs, in quorum salutem misertus est patrũ. Et pepercit, inquit, oculus dñi super eos, ne omnino interficeret eos atq; deleret, sed patres in filijs reseruaret, eademq; testa/ tur quæ & patribus est locutus, ut postq; in præceptis il lius ambulauerint, & iudicia illiꝰ custodierint, & sanctifi cationẽ sabbati q̃d signũ datũ est reseruauerint, tũc sciãt quia ipse sit dñs deus eorũ. Præcepta autẽ & legitima pa trũ & iudicia eorũ, errorẽ inolitũ significat: ne peccata eorũ imitenẽ, quorũ tormẽta perspiciũt. c ¶ Et exacer bauerũt &c.] Sed & filij, inquit, parentũ scelera sunt se/ cuti, feceruntq; omnia quæ illi fecerãt, unde & similem meruere sententiam, sed eadem qua & patres eorũ misẽ/ ricordiæ meæ magnitudine reseruati sunt, & ob easdem causas quibus & patrũ misertus sum, ut unus atq; idem creator amborũ, simili iram meã patientia mitigarem. Manifesta pcurrimꝰ, & ad obscuriora trãsimus. d ¶ Ite/ rũ leuaui &c.] Vbi in ueteri testamento contra filios eo/ rũ qui in solitudine corruerũt dñs leuauerit manũ suã, uolens eos dispergere in nationes, scriptura nõ dicit, sed

HEBRAEI. Egõ igi/ tur leuaui manũ meam super eos in deserto, ne educerem eos in terram quam dedi eis, fluentem lacte & melle, præcipuã terrarum omnium, quia iudicia mea proiecerant, & in præceptis meis non ambulauerant, & sabba/ ta mea uiolauerant. Post idola enim cor eorũ gra/ diebatur, & pepercit ocu lus meus super eos ut non interficerem eos, nec cõsumpsi eos in deserto.

SEP. Et ego leuaui manũ meã super eos in deserto, ut omnino nõ introducerẽ eos in terrã quam dedi eis: terrã fluentẽ lacte & mel le, fauus est ultra omnẽ ter ram: eo q; iustificationes meas repulerunt, & in præ ceptis meis non ambulaue runt, & sabbata mea uiola uerunt, & post cogitatio/ nes cordiũ suorũ ambula/ uerunt. Et pepercit oculus meus super eos ne delerẽ eos, & non interfeci eos in cõsumptionem in deserto. Dixi autẽm ad filios eorum in solitudine. In præceptis (siue legitimis) patrum uestrorum nolite incedere, nec iudicia eorũ custodiatis, nec idolis (siue cogitationibus) eorum polluamini. Ego dominus deus uester. In præce ptis meis ambulate, & iudicia mea custodite & facite ea, & sabbata mea sanctificate, ut sit signum inter me & uos, & sciatur (siue ut sciatis) qa ego sum dominus deus uester. Et exacerbaũerunt me filij, in præceptis meis nõ ambulauerunt, & iudicia mea non custodierunt ut fa/ cerẽt ea quæ cum fecerit homo uiuet in eis, & sabbata mea uiolauerunt. Et comminatus sum ut effunderem furorem meum super eos, & implerem iram meam in eis in deserto. Auerti autem manum meam, & feci pro pter nomen meum, ut non uiolaretur corã gentibus de quibus eieci eos in oculis earũ. Iterum leuãui manũ meã in eos in solitudine ut dispergerem illos in nationibus & uen/

A ex eo quod hic refert, factum esse credendũ est. Siue hoc significat, quod postq̃ terrã repromissiõis intrauerint, uarijs tẽporibus ob multa peccata diuersis traditi sunt gẽtibus regibusq̃, & eo tẽpore quæ natura sua bona erant præcepta dñi, & iudicia in quibus possent credentes uiuere: facta sint eis non bona, dũ nequaq̃ ualent in captiuitate legis præcepta seruare, & facere quæ diuinus sermo mandauit. Necq̃ dixit, dedi eis præcepta mala, sed nõ bona. Nõ em̃ statim sequitur, ut q̃d bonum nõ est, sit malum, sicut & Apostolus docet: bonũ esse homini uxorem uel mulierem non tangere, sed propter incontinentiã unũquenq̃ possidere uas suum in sanctificatiõe & castitate: Quod si nõ fecerit, nec bonum nec malũ est. Dedit ergo eis deus dispersis in gẽtibus præcepta nõ bona, hoc est, dimisit eos cogitationibus & desiderijs suis, ut facerent quæ non cõueniunt. Et polluit eos in muneribus suis, si-
B cut sacerdos leprosos de populo separans, & eos pollutos esse demonstrans, dũ idolis offerunt quæ deo offerre deberent. Et transducunt oẽme quod aperit uuluam per ignẽ Baali, id est, primogenita: ut postquã deserti fuerint à deo & idolorũ cultui traditi, tũc intelligãt quod ipse sit dñs quẽ suo uitio ad iracũdiã concitauerunt. Hunc locũ manifestius interpretatus est Symmachus, pro præterito ponens futurũ. Igitur & ego dabo eis præcepta nõ bona, & iudicia propter quæ non uiuent, & polluã eos propter munera sua, quia cõsecrant & trasducũt oẽme quod aperit uuluam, ut delea m eos, & scient quia ego dñs. Et est sensus. Quia uidi filios patrũ sceleribus adæquari, & eadẽ facere propter quæ illi offenderant deũ: uolui illos dispergere in nationes, & in toto orbe dispergere, & dare illis præcepta non bona & iudicia in quibus nõ uiuerẽt, ut polluerem illos in muneribus suis, quia oẽmia primogenita idolis consecrabant, & delerẽ eos in perpetuũ & scirent quod ego essem dñs. Per quæ ostendit, eis non se dedisse præcepta non bona qui in eremo morabant, sed his quos dispergere uoluit in natiões & facere in toto orbe peregrinos, dare coegisse quæ nõ dedit: ut ibi dei præcepta bona, uitio suo non bona facerent, dũ idolis exhibent quæ deus sibi præceperat exhibẽda. Potest & hoc dici, quod ante offensam decalogũ tm̃ acceperint: post idololatriã uero & blasphemiã multiplices legis ceremonias, ut deo potius offerrent uictimas quas dæmonibus offerebant, & cõparatione sacrilegij, leuius fieret q̃d nõ erat per se bonũ, & nequaq̃ malum, quia deo offerebat, & tm̃ non bonũ, quia boni autorẽ offendebant. a ¶ Quamobrẽ &c.] Volui, inquit, eos in solitudine delinquẽtes in cunctas dispergere nationes, & dare illis præcepta non bona, ut q̃d mihi offerre debuerant, idolis immolarent, & omne primitiuũ suũ consecrarent eis per ignẽ, ut interficerẽ eos atq̃ delerẽ. Quãdo autem dicit, uolui, ostendit se non fecisse quod uoluit. Iudaq̃ quod sequitur: Et scient qa ego sum dñs: in Lxx. nõ habetur. Non em̃ eis uidebatur cõsequẽs post interfectionem nosse q̃d ipse sit dñs. Sed tu fili hoĩs rursum loquere ad eos, hoc est, ad seniores domus Israel qui te interrogare uenerũt: Patres uestri de quorũ uos stirpe descẽdistis, etiã D in hoc blasphemauerunt me, & duxere, p nihili: postquã introduxi eos in terrã quã mea fortitudine possederunt, quã ego ad possidendũ dederã, illi uerterunt ad exasperandũ me. Cũ em̃ uidissent omnẽ collẽ excelsum, lignumq̃ nemorosum, sacrificabant in montibus & in lucis & saltibus, & idolis uictimas immolabant, & liba fundebant: quod cũ uidissem, dixi ad eos: Quid est bama? hoc em̃ interpretat excelsum, aut cur ingredimini istiusmodi locũ quẽ uobis in cũctis collibus legistis, ita ut usq̃ hodie istiusmodi loca appellentur Bamoth, & antiquus error nomen pristinũ teneat? Pro bama, quod nos in excelsum uertimus, in Lxx. æditiõe error obtinuit, ut scribat ἀσεβὰ, q̃d Hebraico sermõe nil resonat. Põt bama si utrãq̃ syllabã in duo diuidas uerba, significare, in q̃: sed præsenti loco sensus iste nõ cõgruit. Vbicũq̃ autẽ in Regũ & Paralipomenõ libris scribit: Adhuc populꝰ adolebat incẽsum & immolabat in excelso, Bama singulariter, & Bamoth pluraliter excelsa significat. b ¶ Prop. &c.] Patrũ uestrorũ imitamini uitia, & per easdẽ inceditis uias, ut delicta similia similẽ mereantur & pœnã, & in tm̃ scelus profeciſtis, ut filios uestros per ignẽ dæmonibus consecretis. Nec semel hoc feciſſe sufficiat, sed usq̃ in præsentiarum agatis

& uentilarem in terras, eo quod iudicia mea non fecissent, & præcepta mea reprobassent, & sabbata mea uiolassent, & post idola (siue cogitationes) patrum suorum fuissent oculi eorum. Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non uiuent, & pollui eos in muneribus suis cum offerrent (siue transducerent) omne quod aperit uuluam propter delicta sua: (pro quo Septuaginta transtulerunt.) Vt delerem eos (& quod illi prætermiserunt) & sciẽt quia ego dominus.

HEBRAE. Quamobrem loquere ad domum Israel: fili hominis, & dices ad eos. Hæc dicit dominus deus: Adhuc & in hoc blasphemauerunt me patres uestri, cum spreuissent me contemnentes, & induxissem eos in terram super quam leuaui manum meam ut darem eis: uiderunt omnem collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & immolauerunt ibi uictimas suas, & dederunt ibi iritationem oblationis suæ, & posuerunt ibi odorem suauitatis suæ, & libauerunt ibi libationes suas. Et dixi ad eos: Quid est excelsum ad quod uos ingredimini? Et uocatum est nomen eius excelsum usq̃ in hunc diẽ. Propterea dic ad domum Israel. Hæc dicit dominus deus. In uia patrum uestrorum uos polluimini, & post offen-

SEP. Idcirco loquere ad domum Israel fili hominis, & dices ad eos. Hæc dicit adonai dominus: Vsq̃ ad hoc me ad iracundiam prouocauerunt patres uestri in delictis suis quibus corruerunt in me, & introduxi eos in terram super quam leuaui manum meã ut traderem eam illis. Viderunt q̃ omnem collem excelsum & omne lignum nemorosum, & immolauerunt ibi dijs suis, & posuerunt ibi furorem muneꝝ rum suorum, & posuerunt ibi odorem fragrãtiæ eorum, & libauerunt ibi libamina sua. Et dixi ad eos. Quid est abbana, qa uos intratis illuc? Et uocauerunt nomen eius abbana usq̃ in hodiernum diem. Propterea dic ad domum Israel. Hæc dicit dominus deus. In uia patrum uestrorum uos polluimini, & post offen-

בָּמָה

A cadē. Non quod hæc ſeniores in captiuitate faciant, ſed ꝗd illi qui Hieroſolymis morabant, & ꝗbus captiuitas imminebat, hæc oīa facere non ceſſent. Et cum tantis flagitijs obligati ſitis: reſponſionem, inquit, meam quæritis? Viuo ego dicit dīs deus, & iuro per memetipſum, quia non reſpōdebo uobis. Quod ꝯ ſequitur, a ¶ Neq; cogitatio mentis ue. &c.] Hunc habet ſenſum: Ne putetis cogitationes ueſtras quib⁹ cōtra me blaſphematis poſſe compleri: dicitis enim, nolumus eſſe ſub domino, nec populus illius appellari: ſed ſicut cunctæ in toto orbe ſunt nationes, & unaquæq; gens ſuo uiuit arbitrio, ut colat ligna & lapides & idolis ſeruiat, etiam nos una gens erimus è pluribus. Ad quæ reſpondet deus, iuratꝰ per ſemetipſum & dicit: Non uos relinquam neq; contemnam, ut fugaces ſeruos domini negligentes ſolent contemnere, ſed ad meū retraham imperium, & brachio extēto ac percutiēte ac furore effuſo, in priſtinam redigam ſeruitutē, & regnabo ſuper uos: ut uelitis nolitis me habeatis regē, & ſentiatis regē iratum cuius clementiam neglexiſtis. b ¶ Et educam uos de populis, & congre. &c.] Nec uos, ait, patiar eſſe in gentibus, nec æterna captiuitate retineri, ſed educam de populis & congregabo de terris in quas uos ad ſeruiendum hoſtilis neceſsitas huc illucq; diſperſit. Hæc autem faciam, nō ut perdam uos & deleam, ſed ut rex ueſter ſim. Ex quo intelligimus etiam eam quā appellant hæretici creatoris crudelitatem, ſonare clementiam: dum ad hoc iraſcitur & deſeuit & totū effundit furorem, ut retrahat eos ad regnū ſuū, qui dæmonum tyrannidem ad ſeruiendum elegerunt. c ¶ Et adducam uos in deſertum &c.] Faciam, ait dominus, uobis qui eſtis in Babylone & nunc ſeruitis idolis, quod feci patribus ueſtris in Aegypto ut educam uos in deſertum populorum, & ibi iudicer uobiſcum facie ad faciem, ſicut aduerſus illos iudicio contendi, quando egreſsi ſunt de Aegypto. Et poſtq; uos iudicauero, ſubijciā uos ſceptro meo & imperio, & inibo pactum uobiſcum, & inducam uos in terram ueſtram in uinculis charitatis: ut ligati amore meo, nequaquā à me poſsitis recedere. Tranſgreſſores autem & impios, qui cordis duricia in malis operibus perſeuerant: eligam de uobis nō ad poſsidendum, ſed ad abijciendum. Et educam quidem eos de terra incolatus eorum, ut educti non ingrediantur terrā Iſrael: ſed in diuerſis pereant regionibus, & diſtinctione bono C rum & malorum, cognoſcatis, quia ego ſum dominus, qui facio cuncta iudicio. Ad reliqua feſtinat oratio, breuiterq; percurrimus ſingula, ut ſenſum tantum legentibus præbeamus. d ¶ Et uos domus Iſrael, hæc dicit dominus deus: Singuli poſt idola ueſtra &c.] Hunc locū manifeſtius interpretatus eſt Symmachus. Vnuſquiſque idolis ſuis euntes ſeruite, qa noluiſtis audire me: nomē autem meum ſanctum nolite ultra polluere per munera ueſtra atque ſimulacra: In mōte uero ſancto meo, in mōte excelſo Iſrael, ait dīs deus: ibi ſeruiet mihi oīs dom⁹ Iſrael. Symmachi translatio hūc habet ſenſum. Quia mihi ſeruire non uultis: ite & ſeruite idolis, & ſimulacrorū ueſtrorum calcate ueſtigia. Me enim audire non uultis, ut nequaquā mihi hoſtias immoletis, nec adoretis incēſum, nec me⁹ populus appellemini. Mihi enim nequa D quam in lucis & phanis & idolorum locis ſeruiēt cultores mei, quod uos facitis: ſed in mōte ſancto meo, in monte excelſo Iſrael. Porrò Lxx. proprium explicant ſenſum. Derelinquite cogitationes ueſtras priſtinas, & malarū adinuentionum auferte peccata, & ſi poſt hæc audieritis me, & nomen meum non polluetis in muneri⁹ ueſtris atque ſimula-

offendicula eorum uos fornicamini. Et in oblatione donorum ueſtrorum cum tranſducitis filios ueſtros per ignem: uos polluimini in omnibus idolis ueſtris uſque hodie, & ego reſpondebo uobis domus Iſrael? Viuo ego dicit dominus deus, quia non reſpondebo uobis. Neq; cogitatio mentis ueſtræ fiet, dicentium, erimus ſicut gentes, & ſicut cognationes terræ, ut colamus ligna & lapides. Viuo ego dicit dominus deus, quoniā in manu forti & in brachio extento & in furore effuſo regnabo ſuper uos. Et educā uos de populis, & cōgregabo uos de terris in qb⁹ diſperſi eſtis: in manu ualida & brachio extento, & in furore effuſo regnabo ſuper uos. Et adducam uos in dēſertum populorū, & iudicabor uobiſcum ibi facie ad faciem. Sicut iudicio cōtendi aduerſus patres in deſerto terræ Ægypti, ſic iudicabo uos dicit dominus. Et ſubijciam uos ſceptro meo, & inducam uos in uinculis fœderis, & eligā de uobis tranſgreſſores & impios, de terra incolatus eorū educā illos, & in terrā Iſrael non ingredientur, & ſcietis quia ego dominus.

HEB. Et uos domus Iſrael hæc dicit dīs deus: ſinguli poſt idola ueſtra ambulate & ſeruite eis. Quod ſi & in hoc nō audieritis me, & nomen meū ſanctum polluetis ultra in muneribus ueſtris & in idolis ueſtris. In monte uero ſancto meo, in monte excelſo Iſrael, ait dominus deus ibi ſeruiet mihi omnis domus Iſrael, omnes inquam in terra in qua placebunt mihi, & ibi requiram primitias ueſtras, & initium decimarum ueſtrarum,

SEP. Et uos domus Iſrael hæc dicit adonai domin⁹. Vnuſquiſq; adinuētiones ſuas auferat, & poſt hæc ſi uos audieritis me, & nomē meum ſanctum non polluetis ultra in muneribus ueſtris, et in ſtudijs ueſtris.

cris, tunc in mōte meo ſancto offeretis mihi uictimas & ſeruietis ò oīs domus Iſrael. Aquila uero Symmacho ex parte conſentiens, in parte diſcordat: Ite, inquit, poſt idola ueſtra & ſeruite eis, quia indigni eſtis meo imperio, nec me ueſtra cultura delectat. Quod ſi & in hoc neq; audieritis me, ſed nomen ſanctum meum polluetis, dū mihi offerre ſimulatis quæ offertis idolis, & nomini meo tantū blaſphemiā facitis, ut qui idolorū cultores eſtis, meos uos eſſe dicatis: hoc ſcitote, ꝗd in monte ſancto meo, in mōte excelſo Iſrael, ibi ſeruitura ſit mihi omnis domus Iſrael: non uos qui ſeruitis idolis, ſed omnis domus Iſrael quæ poſtea creditura eſt. e ¶ In monte uero ſancto meo, in &c.] De hoc monte in quo ſeruitura eſt deo omnis domus Iſrael, Eſaias & Micheas pari uoce cecinerunt: In nouiſsimis diebus erit manifeſtus mons domus domini in uertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gētes, & ibūt populi multi & dicent: Venite aſcendamus in montem domini & in domū dei Iacob, & docebit nos uias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius. De Siō enim exibit lex & uerbum

Eſa. 2.d Mich. 4.d

A & uerbum domini de Hieruſalem. Et rurſum Eſaias: In
Eſa.40.b montem, inquit, excelſum aſcende qui annũcias Sion,
eleua & exalta uocem tuam qui euangelizas Hieruſalẽ.
Quem montẽ Sion aut eccleſiam intelligimus quæ in-
terpretatur ſpecula, & in altitudine ſanctorũ dogmatũ
cõſtituta eſt: aut ipſũ
dominum ſaluatorẽ,
in quo & primitiæ &
decimæ & omnis cul
tura in odorem uerti
tur ſuauitatis, ut oẽs
in circuitu nationes
uidẽtes populum do
mini eſſe ſaluatũ, glo-
rificent deum, & co-
gnoſcant qui ſaluati
fuerint quod ipſe ſit
dominus. a ¶ Cum
induxero uos ad ter-
ram &c.] Tunc ſcie-
tis quod ego ſim do-
minus: quando indu
xero, ait, uos in terrã
Iſrael, pro qua leua-
ui manũ meã ut in-
ducerẽ in eam patres
ueſtros, quam illi ſuo uitio perdiderunt, & uos non tam
ueſtro merito q̃ mea clementia recepiſtis. b ¶ Et recor
dabimini uiarum ueſtra. &c.] Non poſſumus recorda-
ri ſcelerum noſtrorum atq; uitiorum, niſi inducti fueri-
mus in terram Iſrael: ibiq; poſiti dicamus cum apoſto-
lo: Qui nõ ſum dignus uocari apoſtolus, quia pſecutus
1.Cor.15.b ſum eccleſiam dei. Et diſplicebitis, ait, uobis in conſpe-
ctu ueſtro in omnibus malicijs ueſtris quas feciſtis. Siue
ut interpretatus eſt Symmachꝰ, & paruuli uobis uidebi
mini propter oẽs malicias ueſtras quas eſtis operati,

rum, in omnibus ſanctificationibus ueſtris in odore ſua
uitatis ſuſcipiam uos, cum eduxero uos de populis, &
congregauero uos de terris in quas diſperſi eſtis, & ſan-
ctificabor in uobis in oculis nationum, & ſcietis quia
ego dominus. Cum induxerõ uos ad terram Iſrael, in
terram pro qua leuaui manum meam ut darẽ eam pa-
tribus ueſtris. Et rẽcordabimini uiarum ueſtrarum, &
omnium ſcelerũ ueſtrorum, quibus polluti eſtis in eis,
& diſplicebitis uobis in cõſpectu ueſtro in omnibus ma
licijs ueſtris quas feciſtis, & ſcietis quia ego dominus
cum benefecero uobis propter nomen meum, non ſecũ
dum uias ueſtras malas, & ſecundum ſcelera ueſtra peſ
ſima domus Iſrael, ait dominus deus.

ut poſtq̃ excelſi fuerint, humiles ſe eſſe credãt: quia do- C
minus humilibus dat gratiam. Et in alio loco ſcriptum Iacobi.4.b
eſt: Ante contritionem exaltabitur cor uiri, & ante altitu Prouer.18.b
dinem humiliatur. Superbiam enim contritio, & humi-
litatem ſequitur exaltatio. Et ſcietis quia ego dominus
cum benefecero uo-
bis. Et dominum ſal-
uatorem tunc magis
cognouimus, quan-
do benefecit nobis,
& paſſus eſt pro pec-
catis noſtris & porta
uit iniq̃tates noſtras,
& pro nobis doluit,
non pro aliquo meri
to eorum qui ſaluan-
tur, ſed propter no-
men ſuum. Alioquin
uiæ noſtræ & ſcelera
peſsima, non miſeri-
cordiã meruere ſed
pœnam. Quicquid
autem de populo di-
ximus Iſrael, qui libe
ratus de Aegypto, in
ſolitudine multa cõ-
miſit & offendit deum, & poſtea in terram repromiſsio-
nis inductus, ueneratus eſt idola, lignaq̃ & lapides co-
luit, & poſtea dei clementia cõſeruatus eſt: referamus ad
eos qui de Aegypto ſeculi huius, manu excelſa domini
liberati ſunt, & introducti in uitiorũ ſolitudinẽ, rurſum
Aegyptum ſuſpirarunt, & fecerũt ea per quæ puniri de-
buerant, ſed nihilominus per pœnitentiam non ſuo me
rito, ſed domini clementia conſeruati ſunt.

Commentarij ſexti in Ezechielem
prophetam finis.

B D

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEPTIMVM COMMENTA riorum Ezechielis ad Euſtochium proœmium.

OLim pueri legimus: nihil tam facile eſt quin difficile fiat, quod inuitus facias. Fa-
teor me explanationes in Ezechiel multo ante tempore promiſiſſe, & occupatio-
ne de toto huc orbe uenientium implere non poſſe, dum nulla hora, nullumq̃
momentum eſt, in quo non fratrum occurramus turbis, & monaſterij ſolitudi-
nem, hoſpitum frequentia commutamus: intantum ut aut claudẽdum ſit nobis
hoſtium, aut ſcripturarum per quas aperiendæ ſunt fores, ſtudia relinquenda. Itaque lucratiuis
imò furtiuis noctium horis, quæ hyeme propinquante longiores eſſe cœperunt: hæc ad lucer-
nulam qualiacunq; ſunt dictare conamur, & æſtuantis animi tædium, interpretatione digerere.
Nec iactamus, ut quidam forſitan ſuſpicantur, fratrum ſuſceptionem, ſed morarum cauſas ſim-
pliciter confitemur: præſertim cum occidentalium fuga, & ſanctorum locorum cõſtipatio, nudi-
tate atq; uulneribus indigẽtium, rabiem præferat barbarorum: quos abſq; lachrymis & gemitu
uidere non poſſumus, illam quondam potentiam & * ignorantiam diuitiarum ad tantam ino- *Legendum ar*
piam peruenisſe, ut tecto & cibo & ueſtimento indigeat: & tamen nequaquam duri quorũdam *bitror arrogan*
atq; crudeles animi molliuntur, dum pannulos eorum & ſarcinulas diſcutiunt, aurũ in captiuita- *tiam*
te quærentes. Accedit ad hanc dictandi difficultatem, quod caligantibus oculis ſenectute, & ali-
quid ſuſtinentibus beati Iſaac, ad nocturnum lumen nequaq̃ ualeamus Hebræorum uolumi-
na relegere: qui etiam ad ſolis dieiq̃ fulgorem, literarum nobis paruitate cæcãtur. Sed & Græ-
corum commentarios, fratrum tantum uoce cognoſcimus. Nullicq̃ dubium, quod alienis denti-
bus commoliti cibi, ueſcentibus nauſeam faciant. Vnde te obſecro filia Euſtochium: ut iſta quæ
notariorum ſtilo cudimus, & ad quæ emendanda ſpaciũ uix habemus, id eſt ſeptimum in Eze-
chielem librum poſt interualla ſuſcipias, & ut ante iam dixi, ſi librorũ breuitas uel lõgitudo inter
ſe fuerint inæquales, uiſionum imò ὑποθέσεων breuitati imputes ac longitudini, dum & iuncta
nolumus ſeparare, & diſſonantia in unam coartare congeriem.

A COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Ezechielem prophetam
liber ſeptimus.

ET factus eſt &c.] Quid ſignificet pone uel obfirma faciem tuã: ſupra plenius diximus. Obfirmatione eñ uultus opus eſt & frontis duricia ut quæ imperañ prophetæ, loquatur intrepidus, maxime cũ ad totã populi multitudinem triſtia nuncianda ſint. Theman autẽ & Darom & Nageb, & rurſum Nageb: pro quo Lxx. ἀπηλιώτην interpretati ſunt: quid ſonent in Hebræo, expreſsit noſtra translatio. Quodq; dixere ducem Nageb, melius habet in Hebræo, agri uel regionis meridianæ. Nõ enim תימן ut putauerunt Lxx. quod uerbum ducẽ & principem ſonat, ſed תיימן ſcriptum eſt, quod proprie agrum regionemq; ſignat, & propter ר & נ literarum ſimilitudinẽ, error inoleuit. Loquitur autem ſermo diuinus per Me-
B taphoram ſaltus contra Hieruſalem, quæ beſtiarum & ferociũ hominum habitatio eſt: quod ſuccendat eum, omniaq; ligna illius concrementur, nequaq; arbores uocans quæ fructibus indigebant, ſed ligna quaſi incẽdio præparata. Primumq; comburit in eo lignum uiride ſecũdum quod in hoc eodẽ prophe-ta legimus: Et à ſanctis meis incipite, & poſtea aridum, quod nihil in ſe poterat habere uitale: ſanctos uidelicet ſimul & peccatores, ut alij captiuitatis mala morte effugiant, alij ſupplicijs tradantur æternis. Quodq; infert: Ab auſtro uſq; ad aquilonẽ, hoc indicat, ab Hieruſalẽ uſq; ad Babylonẽ: ut omne iterpergentiũ in captiuitatẽ gladio, fame, peſtilẽtia ruentiũ compleatur. His enim qui in Babylone ſunt, Hieruſalẽ ad auſtrũ ſita eſt, qũo econtrario olla in Hieremia quæ
Hiere. 1. c ſignificat Hieruſalẽ, à facie aquilonis, id eſt, Babylonis ſuccenditur. Et pulchre in principio: ſtilla, inquit, ad Aphricũ: ut non tota dei ira uideat effuſa, ſed ſtilla quædã & pars. Sin autẽ ſtilla tantæ ſæuitiæ eſt: quid in totis imC bribus æſtimandum eſt? Vt omnis caro quæ uiſura eſt ſalutare dei: per ſyluarũ incendiũ & flammam quæ nullius extinguitur auxilio, cognoſcat quod ipſe ſit dominus. Quod intelligẽs propheta reſpõdit: ah, ah, ah dñe deus: uel ut Lxx. trãſtulerũt, nequaq; dñe dñe. Et infert: Et ipſi dicunt ad me: Nunquid nõ per parabolas loqtur iſte, uel parabola eſt iſta quæ dicit? Et eſt ſenſus. Plani⁹ loquere, nõ intelligimus per parabolã quid loquaris: aperto ſermone, dei nobis pande ſententiã. Poteſt aũt Tropologice Themã & Nageb & Darom Aegyptus intelligi: legim⁹ Dan. 11
eñ in Daniel crebro auſtrũ pro Aegypto accipi, Aegyptus aũt referr̃ ad mũdi iſtius anguſtias: prophetat igitur Ezechiel quæ mundo uentura ſunt mala: quẽ ſaltum uocat, pomiferas arbores nõ habentem, ſed habitaculũ beſtiarũ. De quo & in uigeſimo octauo pſalmo dicit: Vox dñi perficiẽtis ceruos, & reuelabit cõdenſa ſyluarũ. Iſtæ ſunt ſyluæ & ſaltus qui plus deuorauerunt in prælio de exercitu Abeſſalõ q; interfecit gladi⁹. Succẽditurq; in ſaltibus primũ lignum uiride & ſic aridũ, hi qui uiuunt in malo, & hi qui iuſticiæ mortui ſunt. Quodq; dicit, & cõburet̃ in ea oĩs facies ab auſtro uſq; ad aquilonẽ, hoc dicit: Ab his qui feruente ſpiritu uidebantur uſq; ad eos qui creſcẽte iniqtate & refrigerata charitate multorũ, calorẽ priſtinũ pdiderũt: ita ut oĩs caro ꝓſpiciat flãmã dñi non extingui. Precaturq; ꝓpheta ne fiat ꝗd dñs comminatus eſt, hoc eſt, ne ſuccendat̃ ſalt⁹, & ligna oĩa cõcrement̃, ut aut ad
D huc accipiant locũ pœnitẽtiæ: aut ſibi nõ imponat̃ neceſſitas triſtia nũciandi. præſertim cũ populus ea nõ intelligat, & obſcuritate dictorum magis ad inſaniam prouocetur. Cap. XXI.

ET factus &c.] Quia ſupra dixerat, ipſũ dicũt de me nũquid nõ per parabolas loquit̃ iſte, & apertã populus flagita-

ET fact⁹ eſt ſermo dñi ad me, dicens: Fili hominis: pone faciẽ tuã cõtra uiã auſtri & ſtilla ad Aphricum, & propheta ad ſaltũ agri meridiani. Et dices ſaltui meridiano: Audi uerbũ dñi, hæc dicit dominus deus. Ecce ego ſuccendam in te ignẽ, & comburam in te omne lignũ uiride, & oñe lignum aridum, non extinguetur flãma ſuccẽſionis, & cõburet̃ in ea oĩs facies ab auſtro uſq; ad aquilonẽ. Et uidebit uniuerſa caro quia ego dñs ſuccẽdi eã nec extinguet̃. Et dixi, ah, ah, ah, dñe deus, ipſi dicũt de me: Nunquid non per parabolas loquitur iſte?

Cap. XXI.

ET factus eſt ſermo dñi ad me, dicens: Fili hominis, pone faciẽ tuã ad Hieruſalem & ſtilla ad ſanctuaria, & propheta contra humum Iſrael, & dices terræ Iſrael: Hæc dicit domin⁹ deus. Ecce ego ad te, & eĩciã gladiũ meum de uagina ſua, & occidam in te iuſtum & impium. Pro eo autem quod occidi in te iuſtum & impium: idcirco egredietur gladi⁹ meus de uagina ſua ad omnem carnẽ, ab auſtro uſq; ad aquilonem. Et ſciet oñis caro, qa ego domin⁹ eduxi gladium meũ de uagina ſua irreuo-

ET fact⁹ eſt ſermo domini ad me dicẽs: Fili hominis, obfirma faciem tuã ſuper Themã, & reſpice ad Darom, uaticinare ſup ſaltũ ducẽ Nageb, & dices ſaltui Nageb. Audi ſermonem dñi, hęc dicit dñs. Ecce ego ſuccendam in te ignem & deuorabit in te oñe lignũ uiride, & lignũ aridum. Non extinguetur flamma ſuccenſa, & ardebit in ea omnis facies à meridie uſque aquilonem, & cognoſcet oñis caro quia ego dñs ſuccendi illam, nõ extinguet̃. Et dixi: Nequaquã domine domine, ipſi dicũt ad me: Nónne parabola eſt quæ dicitur hæc?

Cap. XXI.

ET factus eſt ſermo dñi ad me dicens: Idcirco uaticinare fili hominis, & obfirma faciẽ tuã cõtra Hieruſalẽ, & aſpice ad ſancta eorũ, & propheta ſuper terrã Iſrael, & dices ad terram Iſrael. Hæc dicit domin⁹ deus. Ecce ego ad te, & educã gladium meũ de uagina ſua, & interficiã ex te iniquũ & iniuſtum. Sic egredietur gladius meus de uagina ſua ſuper omnem carnem à meridie uſque ad aquilonem, & cognoſcet omnis caro quia ego dominus eduxi gladium meũ de uagina ſua, non

A flagitabat sentẽtiam: idcirco id quod dominus per metaphoram siue parabolã,& ut alij uertere prouerbiũ, est loquutus, nunc manifestius loquitur, saltus Nageb & Darom & Theman esse Hierusalem, & templũ illius sancta sanctorum, & omnem terram Iudææ: flammamq; quæ combustura sit saltum, intelligi gladium deuorantẽ, qui eductus sit de uagina sua, ut interficiat iustum & impium. Hoc est enim lignum uiride & lignum aridũ. Vnde & dominus: Si in ligno, ait, uiridi tanta faciunt: in sicco quid faciẽt? Pro quo nescio quid uolentes Lxx. iniquum & iniustum interpretati sunt: quasi non idem utrumq; significet. Quodq; ibi dixerat: Et uidebit uniuersa caro, qa ego dñs succẽdi eam: hoc est, sylua siue flammam, nec extinguetur, hic alijs uerbis loquitur, ut sciat omnis caro, quia ego dñs eduxi gladium meũ de uagina sua irreuocabilem. Vere enim contra Hierusalem nõ est
B flãma sopita, nec extinctum incendium, nec reuocatus gladius: quia modicũ tempus in medio, & Hierusalem cum templo suo, Babylonio igne succensa est. a ¶ Et tu fili hominis, &c.] Primum dixerat: uaticinare uel stilla ad austrum, Aphricum & meridiem, & ad saltũ meridianũ: Quod quia uidebaẽ obscurum, & dicta prophetæ populꝰ nesciebat: secundo ponitur manifestius, saltum meridianum esse Hierusalem, & omnes infructuosas arbores, ad quarum radices securis posita sit, intelligi habitatores eius, gladiumq; interpretari pro incẽdio. Tertio iubetur prophetæ, ut tacentib. illis nec interrogantib. cur ista uaticinatus sit: faciat per quæ interrogeẽ: & respõdeat quæ dñs loquutus est. Ingemisce, inquit, eiulare, non leui uoce, nec dolore moderato, sed in cõtritione lumborum ut gemitus tuus ex imis uiscerib. & amaritudine animi proferatur. Et hoc facies corã eis: ut cum te interrogauerint cur tanto gemitu cõteraris, & quid tibi mali acciderit ut sic ingemiscas: tu eis meo sermone respondeas. Idcirco plango, & dolorem cordis mei dissimulare non ualeo: quia auditus qui semper meis auribus insonuerat, opere cõpletur & uenit: imminens uidelicet Babylonij furẽtis exercitus. Qui cum uenerit & uallauerit Hierusalem: tunc tabescet omne cor, & dissoluẽtur uniuersæ manus:

HEB. irreuocabilem. Et tu fili hõminis ingemisce in cõtritione lumborum, & in amaritudinibus ingemisce coram eis. Cumq; dixerint ad te: quare tu gemis? dices: Pro auditu, quia uenit, & tabescet omne cor, & dissoluentur uniuersæ manus, & infirmabitur omnis spiritus: & per cuncta genua fluent aquæ. Ecce uenit & fiet, ait dominus.

SEPT. non reuertetur ultra. Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum tuorum, & in doloribus geme in conspectu eorum. Eritq; si dixerint ad te: quare tu gemis? & dices: Propter nuncium quia uenit, & comprehendetur pauore omne cor: & dissoluentur uniuersæ manus, & examinabitur omnis caro & omnis spiritus, & omnia femora polluentur humore. Ecce uenit & erit, dicit dominus deus.

Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis propheta & dices: Hæc dicit dominus deus, loquere: Gladius, gladius exacutus est & limatus, ut cædat uictimas exacutus est: & ut splẽdeat, limatus est, qui moues sceptrum filij mei, succidisti omne lignum. Et dedi eum ad leuigandum ut teneatur manu: iste exacutus est gladius, & iste limatus est, ut sit in manu interficientis. Clama & ulula fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis ducibus Israel. Qui fugerant, gladio traditi sunt cum populo meo, idcirco plaude super femur: quia probatus est, & hoc cum sceptrũ subuerterit, & non erit, dicit dominus deus. Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius ac triplicetur gladius interfectorũ. Hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit & corde tabescere, & multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi cõturbationem gladij acuti & limati ad fulgendum, amicti ad cædem. Exacuere, uade ad dexterã siue ad siniſtram, quocunque faciei tuæ est appetitus. Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem

ut occupante pauore mentes hominum, nullus audeat C repugnare. Infirmabitur enim omniũ bellatorum spiritus, & tanta cunctos occupabit trepidatio atq; formido, ut timore cogente, artus & uiscera dissoluantur, & uesica humorẽ tenere non ualeat: ita ut urina genua polluantur. Naturale est eñ ut timore cogente, uesica laxetur: & aduersus hominis uoluntatem, humor defluat. Quod quidem & in morborũ magnitudine accidere solet: ut postquã uires defecerint ægrotantiũ: non solum genua, sed & lectuli polluantur. Ecce, inquit, uenit quod sæpe prædixi & opere completur ac fiet: quod nõ ego, sed dominus loquutus est. Scio quendam in cõtritione lumborũ & fluẽtibus aquis, multa testimonia replicasse, ut prophetæ castitas impleretur & amaritudo animi, & dolor mentis internus, quod aquæ seminũ genua polluant. Sed hæc expositio ad præsentem non pertinet locum. b ¶ Et factꝰ est sermo domini ad D me, dicens: fili hominis propheta & dices &c.] Multum est si utranque ponam æditionem: & librorũ extenditur lõgitudo, maxime ubi aut nulla aut parua distantia est. Ponam igitur nonnulla quæ discrepant. Pro eo quod nos diximus: Qui moues sceptrum filij mei, succidisti omne lignum, illi transtulerunt: Interfice, contemne, repelle omne lignum. Rursum ubi nos diximꝰ: Qui fugerant, gladio traditi sunt: & illi & alij transtulerunt: Hospites mei siue habitatores. Et ubi nos diximus: Plaude super fœmur, illi posuerunt: Percute manu. Et ubi transtulimus: Et hoc cum sceptrum subuerterit, illorum habet æditio: Tribus repulsa est. Loquitur autem ad gladium Nabuchodonosor, ut ueniat contra Hierusalem, & exacuatur atq; limetur, multos enim esse cædendos, & ad ipsum Apostropham facit: Tu es qui moues atq; subuertis sceptrum filij mei, imperium uidelicet populi Israel: & omne lignum succidis uniuersam populi multitudinem. Dedi, inquit, istum gladium, ut teneatur manu Nabuchodonosor, & sit in manu uiri robustissimi. Vnde ò propheta, clama & ulula, & mala instantia, uocis lamentatione testare. Hic gladius nulli pepercit nec aliquem imminentium malorum reliquit expertẽ, factus est in populo, factus est in ducibus

A Israel,factus in hospitibus meis ac sacerdotibus,qui habitabãt in templo meo. Idcirco percute fœmur,siue manum,& habitũ plangẽtis assume. Hic enim gladius probatus est mihi,& hoc cum sceptrum meum regnũq; subuerterit quod ultra nõ erit,& in Sedechia rege finietur. Iterũ tibi ꝓpheta iubeo ut q fœmur percusseras pro stupore & miraculo,percutias & manus,ut nõ solum semel,sed secundo ac tertio gladiꝰ ueniat ad interfectiõẽdũ. Primo enim uenerat Nabuchodonosor, qñ tulit Iekoniã:& secundo, quãdo regnabat Ioakim:tertio,qñ Sedechias. Et hic est gladius triplicatus, quando facta est magna occisio,& intantũ multiplicauit ruinas: ut obstupescerẽt animo,& corde tabescerẽt,& in omnibus portis eorũ daret cõturbationẽ. Præcipit ergo illi, hoc est, gladio acuto & limato ad fulgendũ,amictoq; & expedito & parato ad cædem, ut uadat siue ad dexteram uoluerit, siue ad sinistram. Quocũq;, ait,

indignationem meam,ego dominus loquutus sum. Et factus est sermo domini ad me,dicens: Et tu fili hominis pone tibi duas uias,& ueniat gladius regis Babylonis. De terra una egrediẽtur ambo,& manu capiet conjecturam,in capite uiæ ciuitatis conjiciet. Viã pones, ut ueniat gladius ad Rabbath filiorũ Ammon, & ad Iudam,& ad Hierusalem munitissimam. Stetit enim rex Babylonis in biuio,in capite duarum uiarum diuinationem quærens,commiscens sagittas. Interrogauit idola, exta consuluit. Ad dexteram eius facta est diuinatio super Hierusalem,ut ponat arietes, ut aperiat os in cæde, ut eleuet uocem in ululatu:ut ponat arietes contra portas,ut comportet aggerẽ,ut ædificet munitiones. Eritq; quasi consulens frustra oraculum in oculis eorum, & sabbatorũ ocium imitans: ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiendũ. Idcirco hæc dicit dominus deus: Pro eo quod in memoriã reuocastis iniquitates uestras & reuelastis præuaricationes uestras,& apparuerũt peccata uestra in omnibus cogitationibus uestris, pro eo inquam quod in memoriã reuocastis,manu capiemini.

Tu

B faciei tuæ placuerit,audacter ingredere: me habens ducem,me adiutorẽ. Ego plaudã manu ad manũ,ut seuientem te cõtra aduersarios meos, quasi fautor tuꝰ & exhortator instigem. Ne dubites, ne formides, & pati timeas

4.Reg.19.g quod passus est Sennacherib:ego dominus sum loquu-

Anagog. tus,meæ minister es uolũtatis,meam comple sententiã,

1.Cor.5.b Possumus iuxta Anagogen, gladiũ acutum paratumq; ad cædẽ accipere diabolũ,de quo ait apostolus:Tradere huiusce modi satanæ in interitum carnis, ut spiritus sal-

1.Timo.1.d uus fiat. Et in alio loco: Hymenæus & Alexander,quos tradidi satanæ,ut discãt non blasphemare. Et in psalmis

Psal.77.c scriptum est: Misit furorem,& iram,& angustiã, immissionem per angelos pessimos. Hunc quidam putãt gladium & in manu fuisse angeli: quãdo sub Dauid percu-

2.Reg.24.a tiebatur Hierusalem. Alij autem & de illo dici gladio suspicantur,de quo in euãgelio scriptum est: Non ueni pa-

Matth.10.d cem mittere super terram,sed gladium, & diuidere inter se omnem cõsanguinitatis affectum: ut mali corruãt, & sancti resurgant. Sed hoc impium est credere de gladio saluatoris,& non potius de diabolo, qui domini in ecclesia sceptra subuertit,qui interficit cunctos in populo,& duces & hospites dei,& tunc à domino comproba-

Ioan.13.d tur,quando Iudam proditorem & similes eius subuerterit. Qui postquam comedit buccellam,intrauit in illum satanas. Duplicaturq; & triplicatur gladius interfectorum,ut soluatur peccatum Hierusalem: quia suscepit de manu domini duplicia peccata sua. Gaudet autẽ dominus & exultat & hortator est gladij sæuientis,ut uadat siue ad dexteram,siue ad sinistram,& quocũq; eum faciei suæ tulerit appetitus,ut interfectis malis, remaneant boni,& impleatur illud quod scriptum est: Quid paleis ad

Hiere.32.c frumentum,dicit dominus? a ¶ Et factus est sermo domini ad me dicens:&c.] Scio me in hoc loco iuxta Septuaginta interpretes, cuiusdam multiplicẽ legisse expositionem: Rabbath filiorum Ammon,referẽtis ad gentium populũ: Iudam uero & Hierusalem ad eos qui sub Christi nomine congregantur,& factis dent nominis di C
gnitatem: regemq; confusionis diabolum stare in omni uiarũ capite,& insidiari in occulto: implericq; illum uersiculum: Iuxta semitam scandalum posuerunt mihi,& stare eum in biuio,uel eos qui sui sunt tenere cupiẽtem, uel nouũ sibi acquirere seruitium, & ad dexterã semper pergere ad eos scilicet q in dextera parte sunt positi, ut expugnet eos, ut exultet in cæde, ut arietibus & cõgestione operum terrenorum capiat miseram Hierusalem, & primo quidem ut uideatur ei nihil agere, & frustra conari. Illo uero recordante iniquitates eorũ qui in ecclesia cõmorãtur: imo malis operibus reducunt aduersarias potestates in memoriam scelerum pristinorum, patefiunt omnia peccata populi,& cogitationes eorum, & idcirco capiuntur, quia nouis uetera delicta cumulant. Hæc alius dixerit, nobis cœpta historiæ ueritas persequẽda est. Cũ, inquit: di- D
xissetmihi sermo diuinus: Propheta fili hominis,& loquere ad gladiũ,& dic: Gladius,gladius,& cætera quæ prophetia gladij continentur. Secundo factus est ad me sermo domini, dicens: Vis fili hominis scire quis iste sit gladius,& apertius personam discere gladij sæuientis? Ausculta quæ dico, pone duas uias, ut per illas gladius ueniat regis Babylonis: qui egredietur quidem uno itinere Chaldæorum: sed cum uenerit per desertum & solitudinem ad biuium terræ Arabiæ,quæ appellatur filiorum Ammon: quarũ una uia,Hierusalem ducit ad dexteram partẽ, sinistra uero ad Rabbath filiorũ Ammon, quæ est ciuitas metropolis,& hodie Philadelphia nominatur. Memor,inquit,interniciõis quæ accidit regi Assyrio,quãdo centũ octoginta quinq; milia, una nocte sunt cæsa: formidabit ad partem dexterã declinare,& ire contra munitissimam Hierusalem, sed stabit in ipso compito, & ritu gentis suæ oraculum consulet, ut mittat sagittas suas in pharetram, & commisceat eas inscriptas, siue signatas nominibus singulorum, ut uideat cuius sagitta exeat,& quam prius ciuitatem debeat oppugnare. Hanc autem Græci βιλομαντίαν siue ῥαβδομαντίαν nominant. Interrogauit igitur idola,exta cõsuluit. Ad dexteram facta est diuinatio eius,ut pergeret contra Hierusalem,& oppugnaret eam,aggeres comportaret, arietes poneret, ædificaret munitiones: urbemq; concluderet, & in cæde aperiret os suum, & fremitum exultantis & ululantis exercitus concitaret. Hoc,inquit,faciens,uidebitur habitatoribus Hierusalẽ oraculum frustra consulere: & quasi sabbatorum ocium tenere, ludere uidelicet, & nihil operis perpetrare. Rex autẽ Babylonis,nõ in sua fortitudine, sed in iniquitate populi confisurus est, qua eos scit offendisse deum,& peccata patrum nouis cumulare delictis,& præuaricationes eorum omnibus patuisse,& idcirco non dubitabit de uictoria: quia confidet de iniquitate Hierusalẽ: hæc iuxta Hebraicum, à quo Lxx. non tam sensu quàm uerbis in plerisque discordant.

Esa.37.g

¶ Tu

HEB. Tũ autem propha/ne, impie dux Iſrael: cuius uenit dies in tẽpore iniqui/tatis p̃finita. Hæc dicit do/minus deus: Aufer cida/rim, tolle coronam. Nón/ne hæc eſt quæ humilem ſubleuauit, & ſublimem humiliauit? Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem, ponam eam: & hoc non fiet donec ueniat cuius eſt iudicium, & tradam ei. Et tũ fili hominis, propheta & dic: Hæc dicit dominus deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum. Et dices: Mucro, mucro, euagina te ad occidendum, lima te ut interficias & fulgeas. Cum tibi uiderentur uana & diuinarentur mendacia, ut dareris ſuper colla uulne/ratorum impiorum: quorum uenit dies in tempore ini/quitatis præfinita. Reuertere ad uaginam tuam, in lo/cum in quo creatus es, in terra natiuitatis tuæ iudicabo te. Et effundam ſuper te indignationem meam, in igne furoris mei ſufflabo in te: daboq̃ te in manibus homi/num ſtultorum, & fabricantium corruptionem. Ignis eris cibus, ſanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni tra/deris, quia ego dominus loquutus ſum. Cap. XXII

ET factũm eſt uerbum domini ad me, dicẽs: Et tu fili hominis, nónne iudicas ciuitatem ſanguinum, & oſtẽdis ei omnes abominationes ſuas? Et dices: Hæc dicit dominus deus: Ciuitas effundens ſanguinem in

SEP. Et tu prophane, ini/que dux Iſrael, cuius ue/nit dies, in tempore iniqui/tatis finis. Hæc dicit do/minus deus: Abſtuliſti cidarim, & poſuiſti coro/nam. Hæc non erit ſimi/lis: Humiliaſti excelſum, & ſubleuaſti humilem. Iniquitatem, iniquitatem ponam eam: nec hæc talis erit, donec ueniat cui debetur, & dabo ei. Et tũ fili hominis, propheta & dic: Hæc dicit dominus deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum. Et dices: Mucro, mucro, euagina te ad occidendum, lima te ut interficias & fulgeas. Cum tibi uiderentur uana & diuinarentur mendacia, ut dareris ſuper colla uulne/ratorum impiorum: quorum uenit dies in tempore ini/quitatis præfinita. Reuertere ad uaginam tuam, in lo/cum in quo creatus es, in terra natiuitatis tuæ iudicabo te. Et effundam ſuper te indignationem meam, in igne furoris mei ſufflabo in te: daboq̃ te in manibus homi/num ſtultorum, & fabricantium corruptionem. Ignis eris cibus, ſanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni tra/deris, quia ego dominus loquutus ſum. Cap. XXII

ET factũm eſt uerbum domini ad me, dicẽs: Et tu fili hominis, nónne iudicas ciuitatem ſanguinum, & oſtẽdis ei omnes abominationes ſuas? Et dices: Hæc dicit dominus deus: Ciuitas effundens ſanguinem in

Aa ¶ Tu autem prophane &c.] Symmachus hunc locũ ita interpretat⁹ eſt: Tu autẽ prophane, inique dux Iſrael: cuius uenit dies in tẽpore iniquitatis cõſtitutus: Hæc di/cit dominus deus: Abſtulit cidarim, & tulit coronã: neq; hoc neq; illud: humilem ſubleuabit, & ſublimem humi/liabit. Iniquitatẽ, ini/quitatem, iniquitatẽ faciam illud. Et hoc non fuit iſte, cuius iu/dicium eſt, quem da/turus ſum. Poſt urbis Hieruſalẽ ſubuerſio/nem & captiuitatẽ po/puli, ad ducem Iſrael ſermo dirigitur: quẽ nemini dubiũ eſt ſi/gnificari Sedechiam: in quo regũ Iſrael de ſtirpe Dauid impe/rium finitum eſt. Ve/nit, inquit, tibi dies, quæ lõgo tẽpore præ/finita eſt in te: & pro/pter tẽ ſacerdotiũ & regnum interiit po/puli Iudæorũ. Cida/ris enim inſigne pon/tificis eſt: corona, hoc eſt diadema, regis in/dicium. Nónne hæc eſt cidaris, & hæc co/rona quæ nihil fecit iudicio, ſed ad imita/tionem regis Babylo/nij, quos uolebat, ex/altabat: & quos uole/
B bat, humiliabat? Pro/pterea non ſemel nec iuxta Lxx. bis, ſed ter/tio iniquitatem ponã tibi in perpetuũ: quæ non ſtatim tibi repu/tata eſt, ſed donec ue/niat Chriſtus cuius eſt iudiciũ: & tradat ei pater regnum & ſa/cerdotium, uel eccle/ſiam de gentibus con/gregatam. Non enim
Ioan.5.d iudicat pater quenq̃,
Pſal.71.a ſed omne iudicium dedit filio. Et in alio loco: Deus, ait, iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis. Iſte eſt cui repoſitum eſt imperium, & ſacerdotium ſempiter/
Gen.49.b num, De quo loquebatur & Iacob: Non deficiet prin/ceps ex Iuda, neq; dux de fœmorib. eius, donec ueniat cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gẽtium. In eo lo/co ubi nos interpretati ſumus: Nõne hæc eſt: pulchre trã/ſtulit Symmachus, neque hoc neq; illud. Quia enim di/xerat: Aufer cidarim, tolle coronam: ſubiunxit, neq; hoc neq; illud: id eſt regnũ ceſſabit, & ſacerdotiũ. Vnde qui poſtea uſq; ad aduẽtum Chriſti reges fuerunt pariter & ſacerdotes: quorũ unus Hyrcanus põtifex diadema ca/piti ſuo impoſuit, fruſtra ſibi & hoc & illud uoluit uendi/care: cum regnum ei nõ deberetur poſt Sedechiam, ſed illi cui repoſitum erat, & qui fuit expectatio gentium, de
Malach.1.c quibus loquitur & Malachias: Vos ſacerdotes, qui con/taminatis nomen meum. Et poſt paululum: Non eſt uo/luntas mea in uobis, & uictimas non ſuſcipiam de mani/
Pſal.49.a bus ueſtris. Ab ortu enim ſolis uſq; ad occaſum, magnũ eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrifica/tur, & offertur nomini meo oblatio munda. Quæ mun/da oblatio, ſine ſanguine hircorum, arietum, atq; tauro/

rum, in Chriſti completa aduentu: quando uenit deſi/derat⁹ gentibus: & ortus eſt ſol iuſtitiæ: in cuius pẽnis eſt ſanitas. b ¶ Et tu fili hominis, propheta & dic &c.] Gladium regis Babylonis ſtetiſſe in capite duarum uia/rum, in compito dexteræ & ſiniſtræ: quarum altera du/cebat Hieruſalem: al/tera ad Rabbath fili/orum Ammõ: & exiſ/ſe ſortem ut pergeret prius contra Hieruſa/lem, ſupra legimus: Qua expugnata & ca/pta, regnũ quoq; & ſa/cerdotiũ eius in æter/num periſſe prænun/ciat. Reſiduum erat fi/lijs Ammon: & ipſe diuiſionis ordo po/ſcebat, quid de ſini/ſtra uia factum eſſet. Vnde imperatur pro/phetæ ut loquatur ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum: quod & ipſi capiẽdi ſint: & ad eũdem gla/dium ſermonem diri/git: O mucro, mucro qui paratus es ad cæ/dem, qui limatus ut fulgeas & interficias: licet tibi idola reſpon/derint: & uanum ſit omne quod à dæmo/nibus reſpõdetur: ut
D uidelicet uulnerato/rum ceruicibus im/mineres: & per te cõ/pleretur quod multo dominus tẽpore fue/rat cõminatus: tamẽ expleto opere tuo qđ egiſti cõtra filios Am/mon: reuertere ad ua/ginam tuam, id eſt, in Babylonem, ad locũ in quo factus es & cre/atus, ut in terra nati/uitatis tuæ iudicẽ te: & effundam ſuper te
C Aggei.2.b
indignationem meam: & Medorum atq; Perſarum uir/tute capiaris. Quod plenius in Eſaiæ uolumine dicitur, in uiſione contra Babylonem: Ecce ego ſuſcitabo ſuper
Eſa.13.d eos Medos. Et poſt paululum: Et erit Babylon illa glo/rioſa in regnis: inclyta in ſuperbia Chaldæorum, ſicut ſubuertit deus Sodomam & Gomorram, non habitabi/tur uſque in finẽ. Et quia ſemel ſub perſona gladij de re/ge imò regno Babylonis loquebatur, ſeruat μετάφορα. In igne, inquit, furoris mei ſufflabo in te, ut faciam te igne conſumi, & tradam te in manibus hominum ſtultorum & imperitorum: qui artem non habent cudendi gladios & acuendi: ut nequaquã ultra acuaris, limeris, & fulgeas ad occidẽdum: ſed ſis ignis cibus, ſanguiſq; tuus, quem fudiſti cunctis ſpectantibus, in te potius redundet: & tra/daris æternæ obliuioni, & pereas in perpetuum: quia ego dominus loquutus ſum, cuius dixiſſe, feciſſe eſt.

Caput XXII

ET factum eſt uerbum &c.] Et tu, ait, fili hominis (utar enim conſueto ad te uocabulo) iudica ciuitatem ſan/guinũ: & oſtende illi omnes abominationes ſuas, ut ſciat ſe imminentem captiuitatem merito ſuſtinere, & in mul/tis ſanguinibus adduxiſſe tempus ruinæ ſuæ. Primum omnium

omnium scelerum, pro deo idolo uenerata es, & adorasti opera manuū tuarum, & appropinquare fecisti tempus annorū tuorum, quod multo tēpore dicebatur: & differebatur, ut ageres pœnitentiā. Tu autem secundū impœnitens cor tuū, thesaurizas tibi iram in die iræ: Idcirco dedi te opprobrium gentibus & illusionē uniuersis terris, quæ in circuitu tuo sunt: tam iuxta, quàm procul, quæ triūphabūt de te, siue illudēt tibi. Sordida, nobilis, grādis interitu. Sordida, quia mūda esse desisti. Nobilis in malo: quæ quondam in bono cūctas urbes nobilitate superabas. Grādis interitu, ut quāto sublimior eras, tanto fortius rueres. Et interim ut cætera prætermittam, pauca numerabo quæ in te fuerīt. Principes tui non iustitia, sed roboris & brachij fortitudine iudicantes, fuderunt in te innoxium sanguinem. Alij patrem & matrem contumelijs affecerunt, siue maledixerūt parentibus, scriptura dicēte: Qui maledixerit patri & matri, morte moriat̄. Aduenam & peregrinum opressērunt in medio tui: quasi nō illis sufficeret pro omni āgustia peregrinatio & exilium patriæ. Pupillū & uiduā contristauerunt, siue oppresserūt apud te: ut quorum omne præsidium est in legum iustitia: non solum contristarētur, sed opprimerentur à te. Sanctuaria mea, siue sancta contempsistis: & sabbata mea polluistis: ut nō discernerētis inter sanctū & polutum, inter decretū religioni diē ociūq; sabbati ad culturam dei, & cæteros dies, q bus operari & seruire carnis necessitatib. lege permissum est. Viri detractores, siue iuxta Symmachum & Theodotionem, dolosi: quod in Hebræo dicitur בְּצַע & homicidæ erāt in te, ut blasphemarēt deum: siue cūcta dolo agerent, aut uiolētia. Et comederūt in montib. alta sapientes: & eleuati contra deum superbia: scelus siue incestū operati sunt in medio tui: ut quod in angulis quoque & secreto raro fit: quando à malis conscientiæ hominum deuitātur, hoc tu in propatulo feceris. Quid sit aūt incestus, sequens sermo significat: Verecundiora patris nudauerunt in te, nouercæ contra fas & licitum copulati: & immundiciā mēstruatæ humiliauerūt in te: nō parcētes naturæ, nec inducias dātes turpitudini: & ad uxorem proximi sui adhinnientes. Quodq; hoc sceleratius est, socer exarsit in nurum: & frater sororis iura nesciuit: ut non uterinam, sed de eodem patre uiolaret sororem. Acceperūt munera, ut innocentem sanguinem funderent. Necessitatem pauperum uerterunt in lucrum, ut usuram acciperent, & superabundantiam, & propter auariciam amicos calumniati sunt. Hoc autem, inquit, fecisti ò Hierusalem, quia mei oblita es. Memoria enim dei excludit cuncta flagitia. Vnde habitū domini irascētis assumpsi, & complosi manus meas contra auariciam tuam, & contra sanguinem qui effusus est ī medio tui: ut intelligas, & mente cognoscas: utrum uel animo, uel manibus possis meam iram cundiā sustinere. Ego enim dominꝰ loquutus sum & ego faciā: ut postquā capta fueris Hierusalē, dispergam te in nationes & uentilem in aerem: quasi inutiles paleas huc illucq; rapiēdas: tātæq; clemētiæ sum, ut sæuitia mea uertatur in misericordiā. Omnia enim faciam ut deficiat immundicia tua à te, & recipias pristinam puritatem. Quam cum receperis, possidebo te in conspectu omniū gētium, ut cum à me possessa fueris, tūc intelligas, qd' ipse sim dñs. Sinautem interpretationē Symmachi & Theodotionis sequimur: quorum alter ait: Et uulnerabo te, siue cōfodiam. Alter: Contaminabo te in conspectu gentium, ad malam partem cuncta referenda sunt: quanquam illud huic sensui contrarium sit, quod supra dicitur: Et deficere faciam immundiciā tuā à te. Defectio enim immunditiæ, restitutio puritatis est. Vtranq; æditionem pariter differui, ut librorum magnitudinem declinarem. a ¶ Et factum est uerbum &c.] Verbum Hebraicum סִיגִים Symmachus scoriā, Aquilæ prima

in medio sui, ut ueniat tempus eius: & quæ fecit idola contra semetipsam, ut polluereturin sanguine tuo qui à te effusus est deliquisti, & in idolis tuis quæ fecisti polluta es, & appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus annorum tuorum: propterea dedi te opprobrium gentibus, & irrisionem uniuersis terris. Quæ iuxta sunt, & quæ procul à te, triumphabunt de te (siue illudent tibi): sordida, nobilis, grandis interitu. Ecce principes Israel, singuli in brachio suo fuerūt in te ad effundendum sanguinē. Patrem & matrē contumelijs affecerunt in te (siue patri & matri maledixerunt). Aduenam calumniati sunt in medio tui. Pupillum & uiduam contristauerunt (siue oppressērunt) apud te: sanctuaria mea spreuistis, sabbata mea polluistis. Viri detractores (siue latrones) fuerunt in te ad effundendum sanguinem, & super montes comederunt in te. Scelus (siue ut significantius in Hebræo habet זִמָּה hoc est, incestum) operati sunt in medio tui. Verecūdiora patris discooperuerunt in te: & immundiciam menstruatæ humiliauerunt in te: & unusquisq; in uxorē proximi sui operatus est abominationē, & socer nurū suam polluit nefarie. Frater sororem suam, filiam patris sui oppressit (siue humiliauit) in te. Munera acceperunt apud te, ad effundendum sanguinem. Vsuram & superabundātiam accepisti, & auare proximos tuos calumniata es: (siue & complebo consummationem maliciæ tuæ in oppressione tua): meiq; oblita es, ait dominus deus. Ecce complosi manus meas super auariciam tuam quam fecisti, & super sanguinem qui effusus est in medio tui. Nunquid sustinebit cor tuum: aut prævalebunt manus tuæ in diebus, quos ego faciam tibi? Ego dominus loquutus sum & faciam. Et dispersam te in nationes, & uentilabo te in terras, & deficere faciam immunditiam tuam à te, & possidebo te in conspectu gentium, (siue iuxta Aquilæ primam æditionem, & Theodotionem. Et contaminabo te: Vel iuxta Symmachum: Et uulnerabo te in conspectu gentium): & scies quia ego dominus. Et factum est uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis, uersa est mihi domus Israel in scoriā. Omnes isti, æs, & stagnum, & ferrum, & plumbum in medio

Exo. 21. b

A prima æditio τίμφυσον & γίγαρτον: quod utrunq; acinum uinacij significat, interpretati sunt. Secunda autem eius translatio, & Lxx. uertere, cõmixtionem. Porrò scoria, sordes & purgamenta metallorum sonat: ut consequenter captiuitate uicina, imò iam imminẽte urbis excidio, ignis adhibeatur, ut sub translatione conflationis, purum argẽtum remaneat: quod ære, stagno, ferro, plũbo q; mixtũ fuerat atque uiolatũ: quorum tria, æs, stagnũ, & plũbum, fusilis materiæ sunt, & igni soluũtur. Ferrum uero inter incudẽ & malleũ mollescit atq; tenuatur: & diuersas accipit formas, prout uoluntas artificis fuerit. Sicut igitur argẽtũ quod supradicta metalla uiolarunt, in fornacem mittit̃: ut ablatis sordibus, & adulterinis materijs, purũ remaneat: ita, inquit, congregabo uos in medium Hierusalem, & Babylonia obsidiõe circundabo: ut succẽdã in uobis ignem ad cõflandũ. Quodq; ibi facit flãmarũ ardor
B immensus, hic fames & pestilentia faciet: ut postquã congregauero uos atq; succendero in igne furoris, tũc requiescam, & cõtemptus dolorem, pœnarum uestrarũ ultione compescã. Et hoc totum faciã: ut postquã effudero indignationem meã super uos, finis uestri cruciatus mei notitia sit: & sciatis quod ego sim dñs iudex omniũ & retributor. Quod aũt dicatur esse cõflator: & in multis quidẽ alijs locis, sed maxime in Malachia, & Esaia legimus, quorum alter: Ecce, inquit, dominus egreditur, quasi ignis conflatorij, & sicut herba lauantium: & sedebit conflans quasi aurum & argentum, & cõflabit filios Esa.4.b Leui. Alter: Et lauabit dñs sordes filiorũ & filiarũ Sion, & sanguinem mũdabit de medio eorũ, spiritu iudicij, & spiritu combustionis. Et puto illud sonare quod in psal/ Psal.25.a mis dicitur: Proba me dñe & tenta me. Post quod infert̃: Vre renes meos & cor meũ, ut uniuersa lumborũ noxij in me humoris pituita siccetur. Quod de Hierusalẽ intelleximus, intelligamus de animarum statu: quæ puræ à deo cõditæ sunt: aurũq; in sensu atq; sapiẽtia, & argẽtum in sermone atq; eloquio susceperũt: ut quod mẽte concepe/ Ibi.n.b rint, uerbis explicẽt. De argẽto legimus: Eloquia dñi, eloquia casta: argentũ igne examinatũ, probatũ terræ, purgatum septuplũ. De auro similiter & argẽto, sexagesimus septimus cõtinet psalmus, in quo scriptũ est: Si dormiatis inter medios cleros pennæ colũbæ deargentatæ: C & posteriora siue interiora dorsi eius, in uirore aut pallore auri. Omis enim gloria filiæ regis intrinsecus, quæ loquitur in Canticocanticorũ: Introduxit me rex in cubi/ Cant.1.c culũ suum. Qui inter duo dormierit & requieuerit testamẽta, statim assumit pennas colũbæ dargẽtatas, auriq; in cordis thesauro fulgorẽ radiabit. Ad hũc sensum reor & illa esse referenda: quod peccatoribus & qui meruerũt offensam dei, cœlum æneum, terra sit ferrea: & maxime terra Aegypti, de qua educit dominus Israel quasi de fornace ferrea. In Zacharia quo/ Zach.5.c que: Iniquitas sedet super talentũ plũbi. Et in Exodi cãtico dicitur: Dimersi sunt Exod.15.b quasi plũbũ in aqua uiolentissima. Graui enim peccatorũ pondere premebãtur, & loqui poterãt: Quasi onus graue grauatæ Psal.37.a sunt super me. Quõ autẽ auri speciẽ adulterina æris similitudo mentitur, sic argenti candorẽ stagnũ simulat: quod simplex & D rusticus non facile dinoscit. Et sæpe accidit, ut aurũ & argentum hæretica prauitate cõmixtũ, igne spiritus sancti & dñi iudicio separetur: & purũ aurũ remaneat & argentũ, de quo & pheta dicit: Dedi eis argẽ Osee.2.b tum & aurũ: ipsi autẽ fecerunt ex eis Baal. Cui simile est: Eduxi Psal.104.d eos in argẽto & auro: & nõ erat in tribubus eorũ infirmus: Finisq; pœnarũ omniũ, sit, nosse quod ipse sit dominus. Lapidẽ stagneũ siue massam stagneam, & in Zacharia legimus: quæ qd significet, suo loco Zach.4.c interpretati sumus. a ¶ Et factum est uerbum domini ad me dicens: &c.] Poterat diligens auditor inquirere, quæ esset scoria quæ argẽti uiolauerit puritatem: & ære, plumbo, stagno, ferroq; miscuerit. Quod ibi igitur sub persona urbis & fornacis expressum est: & hic sub specie terræ, quæ nõ sit rigata, nec pluuiam susceperit, prædicatur. Pluuias illas debemus intelligere, de quib. scriptum Esa.5.b est: Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem: Psal.67.b quem expectamus, quando datur nobis pluuia temporanea & serotina, de qua scriptum est: Pluuiam uoluntariam segregabis deus hæreditati tuæ. Dies autem furoris est: quem sibi unusquisq; cõciliat multitudine peccatorum. Scire cupimus quæ sit urbis scoria, qui terræ durissimæ & plenæ uepriũ sentiumq; squalor. Coniuratio, inquit, prophetarum: siue iuxta Lxx. ducum in medio eius

medio fornacis, scoria argẽti facti sunt. Propterea hæc dicit dominus deus: Eo quod uersi estis omnes in scoriam: idcirco ecce ego congregabo uos in medio Hierusalem, congregatione argenti, & æris, & ferri, & stagni, & plumbi in medium fornacis: ut succendam in ea ignẽ ad conflandum. Sic congregabo in furore meo, & in ira mea, & requiescam: & conflabo uos, & succendã uos in igne furoris mei, & cõflabimini in medio eius, ut conflatur argentũ in medio fornacis, sic eritis in medio ei⁹: & scietis quia ego dñs effuderim indignationẽ meam super uos. Et fãctum est uerbum domini ad me, dicẽs: Fili hominis, dic ei: Tu es terra immunda, & non compluta in die furoris: Coniuratio prophetarũ in medio eius, sicut leo rugiens capiensq; prædam, animas deuorauerunt, opes & precium acceperunt, uiduas eius multiplicauerunt in medio illius. Sacerdotes eius cõtempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctum & prophanum non habuere distantiam, & inter pollutum & mundum non intellexerunt, & à sabbatis meis auerterunt oculos suos, & coinquinabar in medio eorum. Principes eius in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundẽdum sanguinem, & perdendas animas, & auare ad sectanda lucra. Prophetæ autem eius linebant eos absque temperamento: uidentes uana, & diuinantes eis mendacium, dicentes: Hæc dicit dominus deus, cum dominus non sit locutus. Populum terræ calumniabantur calumnia, & rapiebant uiolenter, egenum & pauperem affligebant, & aduenam opprimebant calumnia absque iudicio. Et quæsiui de eis uirum qui interponeret maceriam, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni. Et effudi super eos indignationem meã, in igne iræ meæ consumpsi eos. Viam eorum in caput eorum reddidi, ait dominus deus.

Cap. XXIII

Et

A eius habentium similitudinem leonis, de quo scribit &
1.Pet.5.c Petrus: Aduersarius noster diabolus, quasi leo rugiens circuit. Qui leo omnesq; eius socij non quærunt corpora deuorare, sed animas: accipiuntq; mercedes, & pecunia cuncta dijudicant. Quod in illo quidē tempore accidisse populo Iudæorum, nulli dubiū est. Propter sacerdotes enim & principes & pphetas adduxit dominus super eos malum. Sed in nostra Hierusalem hoc sæpe cōspicimus: qui iuxta Lxx. deuorant animas in potētia, & precium accipiūt ut multas uiduas faciāt quæ sponsum dñm perdiderunt. Horū autem prophetarū factio est & coniuratio: ut inuicem sui fautores sint, & omnia turpis lucri gratia faciāt. Sacerdotes qui præsules tēpli esse deberent: & ex quorū ore notitia legis inquiritur, uiolāt sanctuaria: nullamq; inter sanctum & prophanū, nisi pecuniæ habēt distantiā. Auertunt oculos à sabbatis: & dei requiē quæ in notitia scripturarū
B est, non recogitāt: nec dicunt cum prophe-
psal.118.c ta: Reuela oculos meos, & cōsiderabo mirabilia de lege tua. Ne-
2.Cor.3.d que illud Apostoli: Nos autem omnes reuelata facie gloriā domini cōtemplamur. Inter tales prophetas & sacerdotes, medius dominus inquinatur, de quo scriptum est: Medius autem inter uos stat, quem uos ignoratis. Prophetæ igitur siue duces, leonibus comparantur. Principes autem quos inferioris gradus homines intelligimus, luporum imitantur rapinam, ut effundant sanguinem non corporū, sed animarum, & auare sectantur
1.Cor.9.b lucra: nequaquā illo contenti, Qui seruiunt altari, uiuāt de altario, sed postq; ad ministeriū dei accesserint, Crœsi diuitias congregant. Prophetæ quoq; illi qui uētura pronunciant, liniebāt eos absq; temperamēto, de quo & supra diximus, uaticinantiū prophetarum, qui absque cō mixtione palearū linierunt parietem, qui imbribus dissipatur. Istiusmodi uident uana: & non tam prophetant, quàm diuināt mendaciū, dicētes terræ miserabili: Hæc dicit dominus, dñs ista promittit: cum dñs non sit locutus ad eos. Populus autem terræ nequaquā dei, sed terrenorum operū, principum ac sacerdotū æmulator existens, per calumniā & potentiam cuncta faciebat: nō di-
prouer.13.b uites, sed pauperes opprimens, de quibus scriptum est: Pauper autem nō sustinet commination ē: & redemptio animæ uiri, propriæ diuitiæ. Aduenam quoq; & peregrinum, qui necdum ciuis ecclesiæ fuerat effectus, sed tantum auditor & habens initia fidei, opprimebant calumnia: ut postquā circuissent mare & aridam, facerent unū proselytum, & facerent eum filium gehennæ. Inter tanta autem uitia & scelerum multitudinē: quæ siui de eis uirū qui iræ meæ posset resistere: & instar Moysi & Aaron & C
Samuelis, igni meo & incēdio se opponeret. & nō potui reperire. Vnde loquebatur ad Moysen: Dimitte me, & Exod.32.d delebo populum istum. Et quia resistētem mihi retinentemq; me, nō potui reperire: propterea totam super eos effudi indignationē meam: & cōsumpsi illos non absque mēsura atq; iudicio, sed ut redderem uias eorū in capita illorum: uel propria peccata quæ fecerāt autoribus tribuens: uel certe in capita populi ducis, prīcipis, ac prophetarū: quorum nullus fuit qui irascenti dño auderet resistere: & quorum causa terra squalida atque deserta, imbrem domini suscipere non meruit.

Cap. XXIII

ET factus est sermo dñi &c.] Duodecim tribus Israel quæ fuerūt iunctæ in Aegypto: postea esse diuisas in duas & decē tribus appellatasq; Iudā & Israel, Regū & Paralipomenō scriptura testatur. Iudæ regnauit de stirpe Dauid, Roboā filius Salomonis in Hierusalem, ubi erat templū & sacerdotes, & magna pars tribꝰ Leui. Decem aūt tribubus in Samaria Ieroboā filius Nabat de tribu Ephraim & Ioseph: quarū Samaria nūc appellatur Oolla, qd אָהֳלָה in lingua nostra sonat tabernaculum: Hierusalem uero אָהֳלִיבָה Ooliba, hoc est, tabernaculum meum in ea. Siquidem & in decem tribubus erat tabernaculum non dei, sed idolorum. Aureos enim Hieroboam, ut populum auerteret à cultu dei, uitulos collocarat in Dan & Bethel. Dicamus ergo de singulis. Duæ istæ mulieres, Samaria & Hierusalem, filiæ fuerunt matris unius de Israel stirpe generatæ, & fornicatæ sunt in Aegypto in adolescētia sua. Neque enim accepissent legē eductæ de Aegypto in monte Sina prohibentem eos uenerari idola, nisi in Aegypto fuissent Aegyptia portenta ueneratæ. Potest autē mater ambarum esse Cethæa, de quo supra legimus: Pater uester Amorræus & mater uestra Cethæa. Sed & quādo dicitur: Vnusquisque abominationes Aegypti auferat ab oculis suis: hoc significat, quod in Aegypto Israel idolis seruierit: & ibi ceciderint, siue fracta sint ubera uirginitatis eius: maiorq; Samaria dicitur & senior: uel propter multitudinem decem tribuum: uel quia post mortem Moysi de Ephraim tribu, Iesus filius Naue populo præfuit: unde & Hieroboam, qui scidit eas à domo Dauid, 3.Reg.11.g fuisse legimus. Et habuit eas deus, siue factæ sunt eius: quando ingemuerunt ab operibus Aegypti, luto prius & lateri seruientes. Quæ postea illi filios & filias, uel in solitudine, uel in repromissionis terra genuerunt. Primumq; fornicata est Oolla, id est, Samaria super deum, qñ insanuit in Assyrios qui uestiti erant hyacinthinis:

ET factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris unius fuerunt, & fornicatæ sunt in Aegypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt. Ibi subacta sunt ubera earum, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum: (siue ut in Lxx. continetur: Ibi ceciderunt ubera earum, & ibi deuirginatæ sunt). Nomina earum: Oolla maior (siue senior) & Ooliba soror eius. Et habui eas (siue factæ sunt mihi): & pepererunt filios & filias. Et nomina earum, Samaria Oolla, & Hierusalem Ooliba. Fornicata est igitur Oolla super me: & insaniuit (siue abijt) ad amatores suos in Assyrios, qui appropinquabant ei, uestitos hyacinthinis, principes & magistratus, iuuenes cupidinis (siue electos) uniuersos equites ascensores equorum. Et dedit fornicationes suas super eos electos filios Assyriorum uniuersos: & in omnibus super quos insaniuit, in immundicijs siue adinuentionibus eorum polluta est. Insuper & fornicationes suas quas habuerat in Aegypto, non reliquit. Nam & illi dormierāt cum ea in adolescentia eius: & illi confregerant ubera pubertatis eius, (siue & ipsi deuirginauerant eam): & effuderunt fornicationem suam super eam. Propterea tradidi eam in manus amatorū suorum: in manus filiorū Assur, super quorum insaniuit libidinem. Ipsi discooperuerūt ignominiam eius: filios & filias illius tulerunt, & ipsam occiderūt gladio. Et factæ sunt famosæ mulieres (siue facta est in sermone mulierum): & iudicia (siue ultiones) fecerunt

Supra16.d

& non

A & nõ quoslibet de populo,ſed duces & magiſtratus:nec ætate cõfectos,ſed iuuenes omnes,equites electos: quorum ſecuta eſt idola: & à quibus contra iuſsionẽ dei poſtulauit auxilium. Qui uenerunt & polluerunt eam: ut quicquid in adoleſcentia fecerat in Aegypto, non relinqueret. Nam & Aegyptij concubuerant cũ ea in adoleſcẽtia eius: quorũ ſimulacra uenerata eſt:ibiq; deuirginata, & confracta ſunt ubera illius:& tãta fuit fornicationis abundãtia, ut nõ fornicati cum ea, ſed fornicationem ſuam ſuper illam effudiſſe dicãt. Propterea tradita eſt ipſis amatorib. ſuis, Phul, & Teglatphalaſſar, & Salmanaſar: in quorũ inſaniuit libidinem: & ipſi diſcooperuerũt ignominiam eius: προσωλοκικῶς, quaſi mulieris meretricis. Reuelatio autem urbis,captiuitas eſt: qui filios & filias earum duxere captiuas, & ipſam gladio trucidarũt: ita ut in omnium mulierũ exemplum iugulata ſit:& in malam partẽ cunctarum ſermone B celebretur. Qui iudicia & ultiones fecerũt in ea:ut nihil in illa ſalutis relinquerẽt, ſed uſq; hodie decem tribus captiuæ teneantur in montibus & in urbibus Medorũ, ad quas translatæ ſunt. Iuxta Anagogen in Oſee propheta quid ſignificet, Ioſeph, Ephraim, Samaria, Iezrael, & Iſrael: & quomodo contrariæ ſint domui Dauid, & Hieruſalem, quæ ſignificat eccleſiam, plenius diſſeruimus. De quibus & ſeptuageſimuſeptimus pſalmus ſonat: Filij Ephraim intendentes & mittẽtes arcũ, conuerſi ſunt retrorſum in die belli. Et iterum: Repulit tabernaculum Ioſeph, & elegit tribum Iuda. Elegit enim deus domum confeſsionis eccleſiam, & repulit tabernaculum Ioſeph, quod interpretatur augmentũ. Qui prætermiſſa lege dei, aureos culturæ ſuæ uitulos addiderũt, & appellantur Oolla, id eſt, tabernaculum, non dei, ſed erroris & dæmonum. Et ſoror maior ac ſenior: propter multitudinem & captiuitatem ab Aſſyrijs fornicata eſt contra deum: quia dereliquit fidei ueritatem, & inſaniuit in hæreticorum principes amatores ſuos: qui ueſtiti erant hyacinthinis, excelſa illi & cœleſtia promittentes, Pſal.19.b & aſcenſores, de quibus dictum eſt: Hi in curribus, & hi in equis: electos filios Aſſyriorum, & duces ac magiſtratus, qui ſcientiam ſibi & eloquentiam repromittũt. Hoc autem propterea fecit, quod eaſdem fornicationes quas habuerat in Aegypto, id eſt, antequã crederet, & adhuc in ſeculo uerſabatur, etiam in hæreſi exercuit. Et deuirginata eſt à uiris Aſſyrijs, qui in malicia perſeuerant, ſiue 2.Pet.3.d ultoribus. Aduerſarius enim noſter diabolus, ipſe eſt inimicus & ultor. Illi confregerunt ubera Samariæ, & uirginitatem eius quã habuerat in eccleſia, perdiderũt. Propterea tradita eſt amatoribus ſuis, iuxta Apoſtolum qui C ſcribit: Tradidi eos Satanæ ut diſcãt non blaſphemare. 1.Timo.1.d Et: Tradidi eos in interitũ carnis, ut ſpiritus ſaluus fiat. 1.Cor.5.b Illi diſcooperuerunt ignominiã miſeræ Samariæ: & omnem illius oſtenderunt turpitudinem, filiosq; & filias, qui de illa generati ſunt: ſcientia prædi/tos, & ſimplices atq; imperitos duxere captiuos: & ipſam interfecerunt gladio ſpirituali, totiusq; mundi in malam partem ſermone celebrantur: & fiunt famoſi inter cũcta ſeculi dogmata, ut in exemplũ omnium fœminarum, turpitudo illius puniatur.

runt in ea. Quod cum uidiſſet ſoror eius Ooliba, pluſquam illa inſaniuit libidine, & fornicationẽ ſuam ſuper fornicationem ſororis ſuæ, ad filios Aſſyriorum præbuit impudenter: ducibus ac magiſtratibus ad ſe ueni/entibus, indutis ueſte uaria (ſiue precioſa) equitibus, qui uectabãtur equis, & adoleſcẽtibus forma cunctis egregia. Et uidi quod polluta eſſet uia una ambarum, & auxit fornicationes ſuas. Cumq; uidiſſet uiros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expreſſas coloribus: & accinctos baltheis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorum: forma ducum omnium (ſiue criſtatarum omnium) ſimilitudine filiorum Babylonis: terræq; Chaldæorum in qua orti ſunt, & inſaniuit ſuper eos concupiſcentia oculorum ſuorum, & miſit nuncios ad eos in Chaldæam. Cumq; ueniſſent ad eam filij Babylonis ad cubile mammarũ (ſiue diuertentiũ): polluerunt eam ſtupris ſuis, & polluta eſt in eis, & ſaturata eſt (ſiue receſſit) anima eius ab illis. Denudauitq; fornicationes ſuas, & diſcooperuit ignominiã ſuam: & receſsit anima mea ab ea, ſicut receſsit anima mea à ſorore eius. Multiplicauit enim fornicationes ſuas, recordãs dierũ adoleſcẽtiæ ſuæ, quibus fornicata eſt in terra Aegypti. Et inſaniuit libidine ſuper cõcubitu eorum: quorum carnes ſunt, ut carnes aſinorũ: & ſicut fluxus equorum, fluxus eorum: (ſiue uerenda equorum, uerenda eorum). Et uiſitaſti ſcelus adoleſcentiæ tuæ: quando ſubacta ſunt in Aegypto ubera tua, & confractæ ſunt mammæ pubertatis tuæ.

a ¶ Quod cum uidiſſet ſoror eius Ooliba, pluſquã illa inſaniuit libidine, &c.] Iuxta literam facilis ĩterpretatio eſt: quod uidens Ooliba, id eſt Hieruſalem in qua erat dei tabernaculũ plagas ſororis nõ eſt exemplo cõmonita, ut retraheret ab errore pedem ſuum, ſed auxit germanæ fornicationẽ. Illa eñ ſemel & foris idola fabricata eſt in Dan & D Bethel: Iſta autẽ crebro in excelſis, & in templo dei adorauit ſtatuã Baalis: & cum Aſſyrijs fornicata eſt. Idolum autẽ Baal ſiue Bel, & (ut apertius dicam) Belis, Aſſyriorum religio eſt, conſecrata à Nino Belis filio in honorem patris. Et fornicationẽ ſuam Aſſyrijs præbuit impudenter, ducibus & magiſtratibus, qui induti erant ueſte uaria, & multicolori, equitibus & adoleſcentibus forma cũctis egregia: ita ut ambarum ſororum una fieret fornicatio. In eo autem auxit Hieruſalem fornicationes ſuas: quod uidens in parietib. imagines Chaldæorum inſaniuit libidine: & forma eorũ ueſtituq; decepta, miſit ad eos nuncios auxilium poſtulans, qui uenerunt & polluerũt eam. Et quia uoluptas non eſt perpetua: ſed cito affert ſatietatẽ, polluta & ſaturata in eos, receſsit ab eorum fœdere. Vnde & ego cernens turpitudines & fornicationes omnibus publicatas, receſsi ab ea: ut quæ ſororis ſcelera uicerat, pœnarum quoq; ſororem magnitudine ſuperaret. Quæ tantæ procacitatis fuit, ut cunctos errores adoleſcentiæ ſuæ in grauiori iam ætate commiteret: & Aegyptia uitia, in Chaldæorum quoque libidine ſectaretur. Inſaniuit enim quondam in concubitu Aegyptiorum: quorum carnes ſunt ad ſimilitudinem aſinorum: & tam largus ſeminum fluxus, ſiue uerenda tam grandia, ut equorum ſuperent deformitatem. Nec ceſſauit ſcelus adoleſcẽtiæ eius: imò reuerſa eſt poſtquã facta eſt mihi, ut & in eremo & in terra repromiſsionis ſuſpiraret antiquam libidinem, in qua deuirginata eſt, & fracta ſunt ubera eius: & omnis decor perijt uirginitatis. Porrò ſecundum Tropologiam, difficilis intelligen/ Tropolo. tia, quomodo eccleſia hæreticam uincat libidinem: niſi

A forte posſimus hoc dicere, quod ſeruus qui ſcit uolunta
Luc.12.f tem domini ſui, & non facit eam, uapulabit multis: &
quod hæretici foris nefanda committãt: & extra arcam
Noe naufragio pereant. Eccleſiaſtici autem ſi ueram fi-
dem ſequentes, Aſſyria atque Chaldæa imitentur uitia:
& diſcolores ſequan-
tur imagines pecca-
torum, maioribus di
gni ſint cruciatibus.
An nõ mittimus nun
cios ad Chaldæos, q̃
interpretantur quaſi
dæmones: quando
pandimus eis atque
præbemus eis fran-
genda in pectore ube
ra, ubi mentis hoſpi-
tium eſt, & ſaturati uo
luptatibus, ab alijs
tranſimus ad alias: &
non tam fornicatio-
nem, quàm meretri-
cum numerum deſi-
deramus: & ad tantã
uenimus rabiem: ut
poſt multa tempora
dominicæ ſeruitutis
reuertamur ad Aegy
ptum: & ea faciamus
quæ ĩ ſeculo fecim⁹,
antequam nomen fi-
dei acciperemus?
a ¶ Propterea Ooli-
ba, hæc dicit domin⁹
deus &c.] Quia Ae-
B gyptiarum carnium
recordata es, & imita
ta turpitudinẽ gentis
immundæ, quæ om-
nium beſtiarũ ſimu-
lacra ueneratur: pro-
pterea adducam con
tra te amatores tuos:
quorum ſatiata com
plexu, receſsiſti ab eo
rum fœdere, ut quan
tus prius amor fue-
rat, in tanta odia uer-
tereris. Filios, inquã,
Babylonis omnesq̃
Chaldæos, nobiles,
tyrannos & princi-
pes: pro quib. in He-
braico habet פְּקוֹד
& קוֹעַ & שׁוֹעַ
quas multi gentes o-
rientales intelligunt:
cum huiuſcemodi no
mina, nec in Regum
uolumine, nec in Pa-
ralipomenon, neque
in Hieremia quidem,
qui deſcribunt capti-
uitatem Hieruſalem: aut in aliquo loco ſcripturæ ſanctæ
inueniamus. Nec mirum, ſi Septuaginta ipſa Hebraica
poſuerunt nomina: cum Symmachus quoque & Theo-
dotio in eadem uerba conſentiant. Omnes, inquit, Aſſy
rios, equites, & iuuenes, forma egregia, duces & magiſtra
tus, ſiue triſtatas, quos nos principes principum inter-
ExO.15 pretati ſumus. De quibus & in Exodo legimus: Electos
aſcẽſores triſtatas, pro quibus latina ſimplicitas, ternos
ſtratores tranſtulit. Triſtatæ autem nomẽ eſt apud Græ-

HEB. Propterea Ooliba,
hæc dicit dominus deus:
Ecce ego ſuſcitabo omnes
amatores tuos contra te,
de quibus ſatiata eſt ani-
ma tua, & cõgregabo eos
aduerſum te in circuitu. Fi-
lios Babylonis, & uniuer-
ſos Chaldæos, nobiles, ty
rannosq̃ & principes, o-
mnes filios Aſſyriorũ, iu-
uenes forma egregia, du-
ces & magiſtratus, uniuer
ſos principes principũ, &
nominatos aſcenſores e-
quorũ. Et uenient ſuper te
inſtructi curru & rota mul
titudo populorũ: lorica &
clypeo, & galea armabun-
tur contra te undiq̃. Et da
bo eis iudicium, & iudica-
bunt te iudicijs ſuis, & po-
nam zelum meum in te,
quem exercẽt tecum in fu-
rore. Naſum tuũ & aures
tuas præcident, & quæ re-
manſerint, gladio conci-
dent. Ipſi filios tuos & fi-
lias tuas capient, & nouiſ-
ſimum tuum deuorabitur
igni, & denudabunt te ue-
ſtimentis tuis, & tollent
uaſa gloriæ tuæ. Et re-
quieſcere facient ſcelus tu-
um de te, & fornicatio-
nem tuam de terra Aegy-
pti: nec leuabis oculos tu-
os ad eos, & Aegypti non
recordaberis amplius.

SEPTVAG. Propterea
Ooliba, hæc dicit domi-
nus deus: Ecce ego ſuſcita-
bo amatores tuos contra
te à quibus receſsit anima
tua: & adducam eos aduer
ſum te per circuitum filios
Babylonis, & omẽs Chal
dæos φακοὺδ & σὺε &
κοὺθ, & omnes filios Aſſy
riorũ cum eis, iuuenes, ele-
ctos, duces, & magiſtratus
omnes triſtatas & nomina
tos equitãtes in equis. Cũ-
cti ueniẽt ſuper te ab aqui
lone currus & rotæ, cum
multitudine populorum,
clypei & peltæ: & mittent
cuſtodiam ſuper te in cir-
cuitu. Et dabo ante faciem
eorum iudicium, & iudica
bunt te iudicijs ſuis, & da-
bo zelum meum in te, &
facient tecum in ira furo-
ris. Naſum tuum & au-
res tuas auferent, & reli-
quos tuos gladio deijci-
ent. Ipſi filios tuos & fi-
lias tuas tollent: & reſi-
duos tuos deuorabit ig-
nis, & denudabunt te ue-
ſtimento tuo, & aſſu-
ment uaſa gloriationis tu-
æ, & auertent impietates
tuas à te, & fornicationem
tuam de terra Aegypti, &
non eleuabis oculos tuos
ad eos, & Aegypti non
recordaberis amplius.

C cos, ſecundi gradus poſt regiam dignitatem. De quibus
ſcriptum eſt: Veruntamen ad tres primos nõ peruenit, 1. Par. 27. d
qui principes equitum peditumq̃ erant & tributorum:
quos nos magiſtratus utriuſq̃ militiæ, & præfectos an-
nonarij tituli nominamus. Omnes, inquit, in curribus
& in equis, lorica ar-
mati, galea & clypeo,
obſederunt te per cir
cuitũ: & dabo eis iu-
dicium, ut quos reli-
queras, & quorum ir
ritum feceras pactũ,
ab his iudiceris: & iu
dicabunt te iudicijs
ſuis quaſi adulterã.
Et ponam, inquit, ze
lum meum in te, quẽ
exercent tecum in fu
rore. Zelus enim me-
us eſt inter hoſtes fi-
dei etiam non ſerua-
tæ. Naſum, inquit, tu
um & aures tuas præ
cident, quaſi adulte-
ræ & deprehenſæ in
ſtupro, ut deformata
placere deſiſtas. Quo
modo enim in facie
omnis pulchritudo
oris in narium deco-
re conſiſtit, & in auri-
bus: è quibus in fœ-
minis uniones & mar
garitæ dependẽt: ita
dignitas regis & iudi
cum, quæ in ore au-
ribusq̃ ſignatur, eo- D
rum gladio præcide-
tur. Ipſi filios tuos &
filias tuas capiẽt. Tu-
os, inquit, & tuas, nõ
meos & meas: quia
de adulterio generati
ſunt, & cetera uorabũ
tur incẽdio. Et denu-
dabunt, inquit, te ue-
ſtimentis tuis quibus
te ornaueram, & ua-
ſis gloriæ tuæ, quæ ti
bi ad ceremonias tẽ-
pli aurea argenteaq̃
conceſſeram, de qui-
bus ſcriptum eſt: Ego Oſee.2.b
dedi eis aurum & ar-
gentum, & ipſi fece-
runt ea Baal. Hæc au
tem omnia faciam, ut
perdita pulchritudi-
ne & uultu ueneficio
deturpato: qeſcat ali-
quando ſcelus tuum:
& fornicatio quam di
diciſti & exercuiſti in
Aegypto, ut poſtquã naſum aures q̃ perdideris: nequa-
quam audeas oculos tuos leuare ad Chaldæos, & ama-
toribus priſtinis oſtendere fœditatem tuam, nec recor-
deris amplius Aegyptiorum libidinis: quorum magni-
tudine carniũ delectabaris. Quæ uniuerſa dicũtur ſub
translatione adulteræ, & propter adulteriũ deturpatæ:
ut nequaquã ultra glorietur in decore ſuo, ſed erubeſcat
in fœditate, quã magnitudine meruit uoluptatũ. Quic-
quid de Hieruſalem τροπικῶς dicitur, & ad animã referri
poteſt

A potest, quæ uirtutib. dei iuncta complexui, postea adulterauit in uitia & recessit ab eo: & patefactis uniuersis sceleribus eius, denudata est atq; turpata & ostensa omnibus, ut à scelere suo aliquãdo desistat, nec glorietur in nominis dignitate, sed pro mali conscientia & recordatione planctum habeas & mœrorem. Quia igitur ista feci sti, & C oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuũ, siue retrorsum propter corporis uitia: uel post genitalia, quib. turpitudinis fœditas indicat: propterea porta scelus & impietatem tuam: uidelicet supplicia quæ propter impietatem & scelera meruisti. Potest hoc quod dicitur: Et potabis usque ad feces, & fragmẽta eius deuorabis, significanter intelligi super Hierusalẽ quæ calicem Samariæ sororis suæ bibit nouissima: & quasi feces tormẽtorum eius usque ad fundum epotauit. b ¶ Et ait dñs ad me &c.] Vt sæpe commonui, partim in quibus Lxx. additio discrepat ab Hebraico, ex latere copulati, lectoris fastidio prouidens. Consequens autem erat, ut qui Samariæ & Hierusalem adulteria separatim descripserat, pariter earum supplicia nunciaret. Omnia autem dicunt quasi ad adulteras: & facta anacephalæosi, breuiter earum scelera proponũ tur: ut recte iuxta le/ D gis imperiũ in adulteras lapidatio populi consequatur. Quia igitur adulteræ sunt, iustam prome sententiam. Sunt enim mœchatæ in idolis, & sanguis in manibus earum: eorum uidelicet quos idolis immolarunt, ut filios quos mihi genuerant, dæmonibus consecrarent. Nec hoc fecerunt foris & in montibus, ac lucis, ut sæpe facere consueuerant, sed ad extremũ polluerunt templum meum, ut statuam Baal in eo ponerent. Et sabbata mea prophanauerũt, ut nec loci, nec tẽporis custodiretur apud eas religio. Sed nec præsentibus tantum adulteriis contentæ erant: neq; suffecit eis quod filios meos immolauerũt idolis suis uel dæmonibus, sed peregrinis quoque uoluptatibus lasciuientes, Assyriorum atque Chaldæorum simulacra uenerataæ sunt. Qui cum uenissent Ooliba Hierusalem, omnem adulteræ habitũ implesti super eos, ut lauares corpus, oculos stibio linires, ut assumeres cultum muliebrẽ sederes in lectulo libidini præparata, epulas proponeres: quibus fractas ad libidinem uires reparares amatorum tuorum: thymiama meum & unguentũ quod mihi specialiter iusseram fieri, & exterminari animã illam de populo, quæ in priuatos usus hoc facere uoluisset, tu offerres idolis, ut congregares frequentiam populorum, siue omni genere musicorum caneres: ut non solum uisu, sed & auditu & odoratu, & cunctis sensibus placeres amatoribus tuis, qui uenerunt ad te ebrij: non urbanæ alicuius elegantiæ, sed de deserto ac solitudine rusticorũ ac latronum habitum præferentes. Et in tantam exarsistis ò sororespessimæ insaniam uoluptatum, ut armillas uestras & discriminalia imponeretis manibus & capitibus amatorum uestrorum, siue uobis ipsis, ut plenæ ornatu turparemini. Quamobrem dixi ei, uel Hierusalẽ, uel Samariæ, uel utrique. Sic attriuistis frontem: ut ne/

Quia hæc dicit dominus deus: Ecce ego tradam te in manus eorum quos odisti, in manus de quibus satiata est anima tua. Et agent tecum in odio, & tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudam, & ignominia plenam. Scelus tuum, & fornicationes tuæ fecerunt hæc tibi, quia fornicata es post gentes, inter quas polluta es in idolis earum. In uia sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua. Hæc dicit dominus deus: Calicem sororis tuæ bibes profundũ & latum. Eris in derisum & in subsannationem quæ est capacissima, ebrietate & dolore repleberis, & calice mœroris & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ. Et bibes illum, & epotabis usque ad feces, & fragmenta eius deuorabis, & ubera tua lacerabis (siue ut Septuaginta transtulerunt: festiuitates & neomenias eius auferam,) quia ego loquutus sum, ait dominus. Propterea hæc dicit dominus deus: Quia oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuum: tu quoq; porta scelus tuum & fornicationes tuas. Et ait dominus ad me dicens: Fili hominis, nunquid iudicas Oollam & Oolibam, & annuncias eis scelera uel iniquitates earum: quia adulteræ sunt, & sanguis in manibus earum, & cum idolis (siue adinuentionibus) suis fornicatæ sunt: insuper & filios suos quos genuerãt mihi, obtulerunt eis ad deuorandũ (siue transduxerũt per ignem.)

Sed

nequaq̃ Aegypti recordari, sed tradi eis in manus ad puniendum qui illã oderãt: quibus ante non traditur, nisi satiata fuerit de eis anima eius: ut postquam pœnituerit ueterum peccatorũ, tunc purgetur supplicijs: & perdat omnes labores quos arte meretricia cõquisiuit: uideatq; nuditatẽ suam & ignominiam: & sciat quod hæc uniuersa nõ ei dominus fecerit, sed fornicationes suæ: quib. fornicata est per gẽtes quas supra enumerauit, ut earũ coleret simulacra. In uijs, ait, sororis tuæ Samariæ ambulasti: propterea debes calicẽ illius bibere, cuius peccata sectata es. Calix autem quod sæpe accipiatur pro pœnis atq; supplicijs, multa exẽpla sunt, è quibus illud est: Calix in manu domini uini meri plenus mixto: & inclinauit ex hoc in hoc: ueruntamẽ fex eius non est exinanita, bibẽt ex eo omnes peccatores terræ. Et in Esaia: Calix ruinæ, & poculum furoris dicitur. Et ad Hieremiã loquitur deus: Accipe calicem uini meri de manu mea, & potabis omnes gentes ad quas ego mittam te, & bibent & uoment & insanient. Sicut enim quædam dantur cathartica, ut noxius humor qui inest corporibus egeratur: sic & dominus dat calicem tormẽtorum meracissimũ: ut quicquid fellis amaritudinisq; est, auferat à peccatoribus: & pristinæ eos restituat sanitati. Et ipse calix erit profundus & latus. Profundus, pœnarum magnitudine. Latus, tempore captiuitatis. Quãdo autem, ait, inebriata fueris & dolore comprehensa, & biberis calicem usque ad feces: & intantum hauseris ut fragmenta quoq; ipsius calicis deuores: tunc tædebit te fornicationis pristinæ, & lacerabis ubera quæ fracta fuerant in Aegypto, & quæ ab amatoribus tuis subacta atque collisa sunt: siue omnes festiuitates, & neomenias tuas auferam, ut pro solennitate atque lætitia, æternum

Psal. 74. b

Esa. 51. f

Hiere. 25. d

A quaquã ſecreto pol/luamini: uel mariti, uel hominum uitetis aſpectũ, ſed inſtar meretricũ publice proſtituamini: qui ingreſſi ſunt ad uos, quaſi ad meretrices certatim uos polluere cupientes. Tradam igitur uos ad puniendũ his quibus ultro traditæ eſtis ad deturpãdum. Iuſti enim uiri ſunt, in eo quod adulteram & parricidam me iubente diſcruciant. Hæc enim dicit dominus deus: Monitu uocis tuæ congrega ad eas ò propheta multitudinem populorum: & primum diripiatur earum uniuerſa ſubſtantia: deinde lapidentur & confodiantur gladijs, & filij earum & filiæ trucidẽtur, & domus ardeant. Et hæc omnia fient, ut auferatur de terra impietas: & diſcant omnes mulieres uniuerſæ, ne puinciæ procul poſitæ, pœnis
B earum ſimilia deuitare: ut poſtquàm receperitis quæ meremini: & portaueritis ſcelera idolorum ueſtrorum: tunc cognoſcatis quod ego ſim dominus: Hæc autẽ omnia Tropologice, & ſub Typo adulterarũ dicta ſunt contra Samariam & Hieruſalẽ: quod Aſſyrijs traditæ atque Chaldæis, ductæ ſint in captiuitatem, & urbes earũ incendio concremarint: interfecti ſint populi qui pro deo dæmonũ ſimulacra uenerati ſunt. Poſſunt hæc & poſt aduẽtum Chriſti ĩtelligi, quod uiri iuſti de populis nationum, ipſi Samaritanos & Iudæos comparatione ſui iudicent, & tradant eos ad deuorandũ, quibus dominus dixe-
Matth.25.d rat: Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta: & quando uideritis circũdari ab exercitu Hieruſalem, ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius.

Sed & hoc fecerunt mihi, polluerunt ſanctuarium meum in die illa, & ſabbata mea prophanauerunt. Cumq; immolarent filios ſuos idolis ſuis, & ingrederentur ſanctuarium meum in die illa, ut polluerent illud: etiã hæc fecerunt in medio domus meæ. Miſerunt ad uiros uenientes de longe, ad quos nuncium miſerant. Itaq; ecce uenerunt quib. te lauiſti, (ſiue cũ ueniſſent, ſtatim lauabaris), & circumliniſti oculos tuos, & ornata es mundo muliebri. Sediſti in lectulo pulchro, & menſa ornata eſt ante te. Thymiama meum & unguentũ, & oleum poſuiſti ſuper eam, & uox multitudinis exultantis erat in ea: (ſiue & uoce compoſita perſultabat). Et in uiris quidem multitudines hominũ adducebantur, & ueniebant de deſerto, (ſiue ebrij de deſerto): poſuerunt armillas in manibus ſuis, & coronas ſpecioſiſsimas in capitibus ſuis. Et dixi ei quæ attrita eſt in adulterio: Nunc fornicabitur in fornicatione ſua etiam hæc. Et ingreſſi ſunt ad eam: quaſi ad mulierem meretricem, ſic ingrediebantur ad Oollam & Oolibam mulieres nefarias, (ſiue ut facerent iniquitatem). Viri ergo iuſti ſunt, hi iudicabunt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundentium ſanguinem: quia adulteræ ſunt, & ſanguis in manibus earum. Hæc enim dicit dominus deus: Adduc ad eas multitudinem, & trade eas in tumultũ & in rapinam, & lapidentur lapidib. populorũ, & cõfodiantur gladijs eorum: filios & filias earum interficient, & domos earum igni ſuccendent, & auferam ſcelus (ſiue impietatem) de terra: & diſcent omnes mulieres ne faciant ſecundum ſcelus (uel impietatẽ) earum. Et dabunt ſcelus (ſiue impietatem ueſtram) ſuper uos, & peccata idolorum ueſtrorum portabitis: & ſcietis quia ego dominus deus.

Cap. XXIIII

ET factũ eſt uerbũ domini ad me in anno nono, in mẽſe decimo, decima mẽſis, dicẽs: Fili hois, ſcribe tibi nomen diei huius in qua confirmatus eſt rex Babylonis aduerſum Hieruſalẽ hodie. Et dices per prouerbiũ ad domum iritatricem parabolam, & loqueris ad eos: Hæc dicit dñs deus: Pone ollam, pone, inquam, & mitte in eam aquam. Congere fruſta eius in eam, omnẽ partem bonam, femur & armũ, electa & oſsibus plena. Pinguiſsimum pecus aſſume

Cap. XXIIII

ET factus eſt ſermo dñi ad me, in ãno nono, in menſe decimo, decima mẽſis, dicẽs: Fili hois, ſcribe tibi diem ab hac die qua obfirmatus eſt rex Babylonis ſuper Hieruſalem ab hodierna die: & dic ad domũ exaſperantem parabolam, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Pone lebetem & infunde ſuper eum aquam, & mitte in eum diuiſiones: omnem inciſuram bonam, crus, & humerum, carnibus ſeparatis ab oſſibus de electis pecoribus aſſumpta

Vſq; hodie enim adulteratæ ſunt: & totius orbis lapidib. opprimuntur. Quoniam miſerunt nũcios ad eos qui erant procul, & dicere non poterant: Ego deus ap- Hier.23.d
propinquans & non deus de longe, dicit dominus: & præparauerũt ſe amatoribus ſuis dæmonibus, & omnem cultum atq; ornatũ quem à deo acceperant naturali bono, uerterũt in cultum dæmonũ: & opera ſua decoremq; quẽ in armillis & diademate intelligimus, adulteris amatorib⁹ præbuerũt: quorum pœna gẽtibus timor eſt: imò his qui exgẽtibus crediderunt ne ſimilia patiantur: ſi ea fecerint quæ fecit Samaria & Hieruſalem. A quibus tunc auferentur impietates, cum receperint ſcelera ſua: & uelamẽ quod poſitum eſt ante uultum Moyſi, ab- D
ſtulerint ab oculis ſuis: ut cognoſcãt quod ipſe ſit dominus Ieſus Chriſtus, quẽ dei filium negauerunt. Exod.34.g 2.Cor.3.c

Cap. XXIIII

ET factus eſt ſermo domini &c. Secũdum uias tuas & ſecũdum adinuentiones tuas iudicabo te, dicit adonai domin⁹. Quorum pleraq; de Theodotione addita ſunt, & uerbum Hebraicum אֲדֹנָי pro quo nos execrabilem immundiciam interpretati ſum⁹. Illudq; ab eis additum eſt, quod in Hebraico nõ habetur, & obelo prænotandum eſt: Propterea ego iudicabo te iuxta ſanguinẽ tuum, & iuxta cogitationes tuas, iudicabo te immunda atque famoſa, & nimia ad iritandum. Dicamus ergo de ſingulis. Nono anno captiuitatis regis Ioakim: quinto enim exorſus eſt prophetare: & decimo menſe eiuſdem noni anni: decima die mẽſis

sis decimi, factum est uerbum domini ad Ezechiel prophetã, in Babylonis regione constitutum, & dixit ei: Fili hominis, scribe tibi hanc eandem diẽ: & scito quod rex Babylonis hodie in regione Iudæa obsidere cœperit Hierusalem, & uallare eã exercitu: & obsidionẽ istã per parabolã describe atque prouerbiũ: quæ in præsenti loco Metaphoram trãslationẽq; significat. Pone, inquit, ollam æneam, id est lebetem: & mitte in eam aquam: & pinguissimorũ animantium omne corpus in frusta cõcide, tam femur, q̃ crus & armum, carnesq; diligenter ab ossibus separa: & carnibus missis in lebetem, ossa pone uel compone sub lebete, & fac strues, & cumulos ossium, ut efferuescat nõ semel, sed frequenter coctio lebetis: & discoquantur carnes intrinsecus, & ossa subter incendio concrement. Vis autem scire propheta quis sit iste lebes, uel quæ carnes aut ossa? Loquere hæc dicit dñs deus: Væ ciuitati sanguinũ, id est Hierusalẽ, lebeti, cuius rubigo, id est, malitia nimia est: & licet ignis suppositus sit, tamen rubigo eius non exiuit de ea. Persecuerauerũt enim etiam capti atque cruciati in pristino scelere. Per partes, & singillatim consumite eam, nemo remaneat in salutem. Non cecidit super eam sors, ut alij perirent, & alij saluarentur, sed cunctis communis uenit interitus. Sanguis enim eius, id est homicidia & filiorum neces in medio illius sunt. Quem sanguinẽ effudit super limpidissimam petram, ut pateret omnibus, nec terra operiretur aut puluere: ne transiret uidelicet indignatio mea, sed super apertissimum sanguinem ultio properaret. Naturæ est enim, ut si sanguis fundatur in terram, combibat humus humorẽ sanguinis: uel paulatim terra operiatur & puluere. Cum autem super limpidissimã petram & nullam habentem foueam, sanguis fuerit effusus, labitur & latam obtinet sedem. Hoc autem indicat: quod nõ occulta, sed publica fecerit homicidia, secundum illud quod dicitur ad Cain: Sanguis fratris tui clamat ad me: propterea dic ciuitati: non unius sanguinis, sed sãguinum multorum: Ecce ego grandem in te pyram faciam, siue educam torrem, quẽ uulgus titionem uocat: & non solum carnes in te molles & teneras, sed durissima quoque ossa succendam, ut nihil in te remaneat, quod non cremetur incendio. Cumq; & carnes & ossa consumpta fuerit & cremata, ipsum lebetem uacuum pone super prunas, ut æs quoq; illius incalescat & consumatur, & ære consumpto, rubigo quoque illius pereat: id est, ciuitate incendio concremata, malicia cum urbe dispereat. Sed quid prodest feciſſe quod iussum est? Ne per ignem quidem rubigo atque malicia lebetis, & urbis potuit auferri, sed permanet in ea immundicia scelesta, & execrabilis: Hoc enim zema significat. Et Apostropham ad ipsum lebetem, id est ad ipsam urbem facit. Mundare te uolui, & non es mũdata sordibus tuis: nec ultra poteris emundari, donec in te compleam indignationem meam. Ego dominus loquutus sum, & sententia mea non potest præterire

Q 3 iudicaui

HEB. assume, compone quoque strues ossium sub ea, efferbuit coctio eius, & discocta sunt ossa illius in medio eius. Propterea hæc dicit dominus deus: Væ ciuitati sanguinum, ollæ cuius rubigo in ea est: & rubigo eius nõ exiuit de ea, per partes, & per partes suas eijce eam, non cecidit super eam sors. Sanguis enim eius in medio eius est, super limpidissimã petram effudit illum, non effudit illum super terram ut possit operiri puluere. Vt superducerem indignationem meam, & uindictam ulciscerer, dedi sanguinem eius super petram limpidissimam, ne operiretur. Propterea hæc dicit dominus deus: Væ ciuitati sanguinum, cuius ego grandem faciã pyram. Cõgere ossa quæ igne succendam, consumentur carnes, & concoquetur uniuersa cõpositio, & ossa tabescẽt. Pone quoque eam super prunas uacuam, ut incalescat & liquefiat æs eius & confletur in medio inquinamentum eius, & consumatur rubigo eius. Multo labore sudatũ est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neq; per ignem. Immundicia tua execrabilis, quia emundare te uolui, & non es mundata à sordibus tuis, sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te. Ego dñs loquutus sum, uenit & faciam, non transibo, nec parcam, nec placabor. Iuxta uias tuas & iuxta adinuentiones tuas iudicauit

SEPTVAG. assumpta, & incende ossa sub eis, ferbuit, & sunt cocta ossa eius in medio illius. Propterea hæc dicit adonai dñs: O ciuitas sanguinũ, lebes in quo est rubigo in eo, & rubigo nõ est egressa ex eo, per partes suas protulit, nõ cecidit super eã sors, quia sanguis eius in medio illius est. Super leuissimã petrã posui illũ, non effudi illum super terrã, ut operiretur terra. Vt ascẽderet furor in ultionẽ uindictæ, dedi sanguinẽ eius super limpidissimã petrã, ut nõ operiret. Propterea hæc dicit adonai dñs: Væ ciuitas sanguinũ, & ego magnificabo torrẽ, & multiplicabo ligna, & succẽdã ignẽ, ut tabescant carnes, & imminuat ius, & ossa cõcremẽtur, & stet super carbones suos. Incensa est ut exuratur & frigat æs eius, & cõcremetur in medio illius immundicia eius & deficiat rubigo eius. Humiliabitur rubigo, & non exiet de ea multa rubigo eius, confundetur rubigo illius, immundicia tua zema, pro eo quod cõtaminata es tu, & non es emundata ab immundicia tua. Et quid erit si non fueris emundata ultra donec impleam furorẽ meum in te? Ego dñs loquutus sum & ueniet, & faciam: non differã, nec miserebor, nec deprecabilis ero. Secundum uias tuas, & secundũ adinuẽtiones tuas iudicabo te, dicit adonai dominus. ÷ Propterea ego iudicabo te iuxta sanguinem tuum, & iuxta cogitationes tuas iudicabo

A terire. Venit iam urbis obsidio, faciã quod minatus sum nec transibo sicut sæpe feci scelera tua: & ultra non parcam, nec placabor tibi etiam si multiplicaueris preces, sed uias tuas, & adinuentiones tuas reddam tibi: imò iudicabo te iuxta opera & cogitatiões tuas, ut in hoc quoque ostendam clemẽtiam meam instar medici, qui putridis nõ parcit carnibus, ut sana mẽbra saluentur, non parcit, ut parcat: crudelis est, ut misereatur: nec cõsiderat patientis dolorẽ, sed uulneris sanitatẽ, iuxta illud euangelicum Matth.5.d magis uolens unũ perire membrũ, quàm totum corpus interfici. Notandum quoq; quomodo à principio prophetiæ usque ad præsentem diem, quando obsideri cœpit Hierusalem, per ordinem captiuitas ueniat. Primum gladius prouocatur, deinde duæ uiæ ponuntur, Ammon & Hierusalem: quarum ad dexteram partem sors cadit Nabuchodonosor, conflatur argentum in ciuitate, æs, stagnũ, plumbum, & ferrum: terra quoq; non compluitur, sed sentibus occupatur: postea sub nomine duarum sororũ Oollæ & Oolibæ, Samariæ, & Hierusalem peccata narB rantur, quomodo illa sit capta & ista capienda. Ad extremum nono anno, decimo mense, decima die mensis, in captiuitate posito Ezechiel & his qui cum eo erant: & tradiderant se cum rege Ieconia: ostẽditur qua die urbs cœperit obsideri, & similitudo lebetis ponitur, ut quomodo carnes & ossa congesta in lebetem, incendio concremantur: sic cũcta ciuitas cum suis interitura sit ciuibus, & nullus remaneat eorum qui obsessi sunt: quin fame, gladio, pestilentia consumantur: & pars reliqua captiua ducatur in Babylonem. Potest hæc eadem prophetia & ad tempus pertinere dominicæ passionis: propter quã exercitu circũdata est Hierusalem, & interfecti filij eius, & oblidente Tito filio Vespasiani, ad salutem nullus euasit: templumq; subuersum est, & post quinquaginta annos sub Hadriano, ciuitas æterno igne cõsumpta est. Præsentem autem captiuitatem quando Ezechiel in Babylone ista cernebat: & Hieremias in principio ponit uoluHiere.1.c minis sui: Quid tu uides Hieremia? Qui respõdens, ait: Ollam succensam, & faciem eius à facie Aquilonis. Sũt Tropol. qui iuxta Tropologiam, totum locum istum ad consummationem mundi transferant, nonumq; numerum qui in scripturis sanctis pœnarum & dolorum est, & semper sequitur iustitiam, decimi mensis & diei decimæ clementia temperant. Idcirco enim adhibentur ægrotantibus 1.Ioan.5.d pœnæ, ut dolorẽ sanitas consequatur. Mundus ergo qui in maligno positus est, die iudicij diuino igne succenditur, & ciuitas sanguinum ponitur super carbones ignis, Esa.47.d ut impleatur illud quod scriptum est in Esaia: Habes carbones ignis, sedebis super eos: hi erunt tibi in adiutorium. Illudq; difficile est, quomodo cum carbones & ossa consumãtur quibus pleni sunt etiam pharisæi, quiMatth.23.c bus dominus loquitur in euangelio: Væ uobis scribæ & pharisæi qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ intº plena sunt spurcitia, & ossibus mortuorum: nunc dicatur quod rubigo sordesq; mundi consumptæ non sint, sed etiã post iudicij seueritatẽ malicia remaneat. Quod Gal.3.d facile soluitur, si intelligamus illud Apostoli: Conclusit deus omnia sub peccato, ut omnibus misereatur. Vanita C
ti enim creatura subiecta est. Et ponitur sanguis qui effu Rom.8.d
sus est in propatulo creaturæ uniuersæ, ut omnium scelera pateant. Petram autem limpidissimam possumus accipere, & dominum saluatorẽ, quæ sequebatur in solitudine populum Israel, de qua scriptum est: I.Cor.10.d
Bibebant autẽ de spirituali cõsequẽte eos petra, petra autem erat Christus: quod in illo reuelẽtur omnia, & impleat quod scriptum est: Nihil occul Matth.10.c
tum quod nõ reuelẽtur. Dicitq; se dñs nõ misereri, nec mundi præterire peccata, neque parcere impijs, nec placari, ut uiæ pereant impiorũ: secundum illud quod in primi psalmi fine ponitur: Et iter impio- Psal.1.b
rum peribit. a ¶ Et factum est uerbũ domini ad me dicens, &c.] Supra ollæ lebetis q; succensio, obsidionem urbis ostenderat: nunc captam eam atque deletam, & omnẽ populum, uel interfectum gladio, uel ductum in captiuitatẽ, prophetalis sermo testatur. Et primum iuxta consuetudinem nostram, historiæ fundamenta iaciamus. Fili, inquit, hominis, ecce auferam de conspectu oculorum tuorum quicquid tibi desiderabile est & auferam in plaga, siue ut Lxx. uerterunt. in præparatione: ut uidelicet præ D
pares te ad ea non faciẽda, quæ solent in luctu fieri. Non planges, neque plorabis, nec fluentes lachrymæ dolorẽ cordis ostendent: sed si forte nimio fueris mœrore superatus, tacitum habeto gemitum, neque prorumpat in uerba. Mortuorum luctum non facies, uel ut uertere Septuaginta: gemitus sanguinis, renũ luctus est. Per quod ostendit uxorem eius esse morituram. Statim enim sequitur: Et mortua est uxor mea uesperi, quod proprie ad coniunctionem renum pertinet. Nihil enim uiro uxo Prouerb.19
re bona amabilius, quæ à deo homini prouidetur, & cui domini lege coniũgitur, & unum cum ea corpus efficitur. Quodq; sequitur: Corona tua circumligata sit tibi, & calciamenta tua erunt in pedibus tuis, hoc significat: Habebis comam, quæ tondetur in luctu, & cal- 2.Reg.15.d
ciamenta in pedibus, quæ lugentes solent abijcere. Vn- 15.cor.18.g
de & Dauid Abessalon filium fugiens, & pœnitens super nece Vriæ, nudis pedibus incedit. Aiũt Hebræi huc usque Babylonios magistros legis præcepta seruantes, decalogũ scriptũ in membranulis circũdare capiti suo, & hæc esse quæ iubeantur ante oculos & in frõte pendere, ut semper uideant quæ præcepta sunt. Et quia Ezechiel sacerdos erat, nequaquàm eum debere deponere coronam gloriationis, sed ligatam habere in capite. Hoc illi dixerint. Nos autem iuxta Septuaginta coronam capillorum intelligamus cæsariem: licet & ipsorum interpretatio nequaquã uim Hebraici sermonis expresserit. Nec amictu, inquit, ora uelabis, nec cibos lugentium capies, quæ solent in luctu fieri, ut operiant uultum, & quæ Græci ἐπιθέματα uocant, à consolatoribus accipiant. Loquutus sum, inquit, ad populum mane, quæ mihi dominus imperarat, & uesperi mortua est uxor mea, oculorum desyderabile, lumborumq; & sanguinis luctus. Statimq; die altera mane feci omnia quæ mihi fuerant imperata: interrogauitq; me populus, cur cõtra morẽ omniũ fecerim. Causasq; quærentib. tantæ patiẽtiæ, respondi: Sermo

HEB. iudicaui te, dicit dominus. Et factum ẽst uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis, ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga, & non planges, neque plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ. Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies. Corona tua circumligata sit tibi, & calciamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora uelabis, nec cibos lugentium comedes. Locutus

SEPT. iudicabo te, immunda atq; famosa, & nimia ad iritãdum .. Et factus est sermo dñi ad me, dicens: Fili hominis, ecce ego auferã à te desiderabilia oculorũ tuorum in acie (siue in præparatione) nõ planges, neq; flebis, nec ueniẽt lachrymæ tibi, gemitus sanguinis, renũ luctus est. Erũt crines tui colligati super te, & calciamẽta tua in pedibus tuis, nec cõsolaberis in labijs eorum, & panẽ hominũ non comedes. Locutus

A di: Sermo dñi qui ad me factus est, ut ad populũ Israel loquerer, ista præcepit: Ecce ego, id est iam nũc polluam sanctuariũ meum, ut incẽdatur templum & cunctis alienigenis pateat ac prophanis, & in quo habebatis superbiã, id est, cõfidentiam & spem ac desyderium salutis uestræ, & ad cuius obsidionem uestræ animæ formidabant: filios quoq; & filias quos uobis fames, ac pestilentia reliquos fecerant, consumam gladio. Quicquid ego feci, & uos facietis. Quando consuetudo seruatur in luctu, medius dolor est: quando autẽ tanta malorũ incumbit necessitas, ut omni ploratu maior sit, unusquisq; de sua necessitate sollicitus, ad aliorũ quamuis sint proximi miserias nõ ingemiscit. Nihil, inquit, facietis quod solet in luctu fieri, sed
B in urbe temploq; succensis, stupebitis ad malorum magnitudinem. Non attondebitis, nec nudis incedetis pedibus, nec plangetis, nec amictu ora uelabitis, nec
* cibos capietis à consolantibus: sed tabescetis, & consumemini iniquitatibus uestris, & uix liberum habebitis gemitum, ne offendatis uictorum superbiam, si publice flere uideamini, ita ut Ezechiel, propheta sit uobis in portentum, & omnia quæ ille non fecit in morte uxoris suæ, uos in euersione urbis, & templi non faciatis. Et adhuc apertius: O inquit, fili hominis, in tempore qñ abstulero ab eis fortitudinem eorum, templi ut diximus confidentiam & gaudium dignitatis, & in quo spẽ solam habebant, ac desyderiũ in quo requiescebãt animæ eorum: insuper filios

HEB. Locutus sum ergo ad populum mane, & mortua est uxor mea uesperi, feciq; mane sicut præceperat mihi. Et dixit ad me populus: Quare non indicas nobis quid ista significent, quæ tu facis? Et dixi ad eos: Sermo domini factus est ad me dicens: Loquere domui Israel, hæc dicit dominus deus: Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperij uestri & desyderabile oculorum uestrorum, & super quo pauet anima uestra, & filij uestri, & filiæ quas reliquistis, gladio cadent. Et facietis sicut feci, ora amictu non uelabitis, & cibos lugentium non comedetis. Coronas habebitis in capitibus uestris, & calciamenta in pedibus, non plangetis, neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus uestris, & unusquisque gemet ad fratrem suum. Eritq; Ezechiel uobis in portentum, iuxta omnia quæ fecit, facietis cũ uenerit istud, & scietis quia ego dominus deus. Et tu fili hominis, ecce in die quo tollam ab eis fortitudinem eorum & gaudium dignitatis, & desyderium oculorum eorum super quo requiescunt animæ eorum, filios & filias eorum. In die illa cum uenerit fugiens ad te, ut annunciet tibi, in die, inquam, illa aperietur os tuum cum eo qui fugit, & loqueris, & non silebis ultra, eriscq; eis in portentum, & scietis quia ego dominus.

SEP. Locutus sum ad populum mane, sicut præceperat mihi, & mortua est uxor mea uesperi, feciq; mane sicut præceptum est mihi. Et dixit ad me populus: non annuncias nobis quid sunt hæc quæ tu facis? Et dixi ad eos: Sermo dñi factus est ad me, dicẽs: Dic ad domũ Israel: hæc dicit adonai dñs: Ecce ego contaminabo sancta mea, superbiam fortitudinis uestræ desyderabilia oculorũ uestrorũ, & quibus parcunt animę uestræ. Filij uestri & filiæ uestræ quos reliquistis, in gladio cadẽt, & facietis sicut feci. Ore eorũ non consolabimini, & panem uirorum non comedetis, & comæ uestræ super capita uestra, & calciamẽta uestra in pedibus uestris. Nõ plãgetis nec flebitis, & cõsumemini iniquitatibus uestris, & consolabitur unusquisq; fratrẽ suũ, & erit Iezekiel uobis in portẽtum. Secundũ omnia quæ fecit facietis. Cumq; uenerint hæc, cognoscetis qm̃ ego adonai dominus. Et tu fili hominis, nónne in die quando abstulero fortitudinem ab eis, elationem gloriationis eorũ, desyderabilia oculorum eorum, & elationem animæ eorũ, filios & filias eorum. In die illa ueniet qui saluus factus fuerit ad te, ut annunciet in auribus tuis. In die illa aperietur os tuum ad eum qui fugerit, & loqueris, & nequaquam ultra reticebis, & eris eis in portẽtum, & cognoscent, quoniam ego dominus.

eorum & filias, subaditur ex superioribꝰ abstulero: eo, inquit, tempore, cum uenerit ad te de Hierusalẽ fugiens, uel qui euaserit, dicens urbem esse subuersam, tũc qui prius tacueras, & gemitum liberum non habebas, & tantæ eras patientiæ, ut in uxoris nece & lũborũ dolore, lachrymã non emitteres: aperies os tuum & loqueris, nón ad eũ qui uenerit, sed cum eo, ut quæcũq; tu uéntura prædixeras, ille nunciet iã perfecta: & ultra nõ tacebis, sed arguens eos, & dices cuncta illis merito prouenisse: ita ut sis illis in portentum iuxta illud quod in Zacharia scriptum est: Prophetas uiros esse portendentes. Et dominus alibi loquitur: in manibus prophetarũ assimilatus sum. Hæc iuxta historiam dicta sint. Veniamus ad Anagogen, si tamen uiolenta nõ fuerit uisa cauti lectoris prudentiæ. Filiũ hominis dici dominum saluatorem, nulli dubium, qui extrema hora, hoc est ad uesperam mundi huius, uxorem pristinã perdidit, nec fleuit eam, nec amictu ora uelauit, nec recepit ullam hominum consolationem, & hæc uẽtura prædixit mane, quæ cõpleta sunt uesperi: & rursum mane in secũdo aduentu facta probauit quæ uẽtura prædixerat, sanctuariũ Iudæorũ, & q̃d desyderabile habuerãt in oculis, & super q̃ tremebant animæ eorũ esse polluta, filios quoq; eorũ & filias, Romano gladio cõcidisse. Quod autẽ dicitur: Coronã habebitis in capitibus uestris, & calciamenta erunt in pedibus: ad illã partẽ referemus quod nequaquã lugere debeant: nec signa luctus assu

C

Zach.5.c

Osee.12.c
Anagog.
D

A mere,poſtq̃ pro umbra receperint ueritatem, & Nazaræi quidam facti fuerint, & unuſquiſq; ſuper fratre ſuo conſolabitur,ita ut Ezechiel quem confortauit deus pater,ſit eis in portentum,uentura prænuncians: & poſtquam ſubuerſa fuerit Hieruſalem, templumq; ſuccenſum, & hoc totus mundus audierit, & diſperſio Iſrael, quæ orbis terminos colit: tunc uerba domini opere cõpleta, habeant libertatem, & pollluto ſanctuario eius, lege completa,uel deſtructa ſecundum occidentem litera,aperta ſit euangelij gloria, & cognoſcat Iſrael, quod ipſe ſit dominus & deus qui hæc mane uentura prædixerit, & ueſperi atque in conſummatione mundi eſſe completa,ſuo probarit aduentu. C

Cõmentarij ſeptimi in Ezechielem prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN OCTAVVM COMMENTARIORUM Ezechielis ad Euſtochium procœmium.

QVid alijs proſit in prophetas noſtra dictatio, dei iudicij eſt eorumq; cõſcientiæ, qui omiſsis declamationibus ac plauſu & compoſitione uerborum,cupiunt ſcire quid eorum ſermo uel narret præteritũ,uel præſens arguat,uel prædicat eſſe uenturũ. Nobis interim prodeſt. Dum em̃ hoc facimus, & nihil aliud cogitamus, in modum furti explanationes aggredimur,& dierum miſerias,noctium ſtudio compenſamus:paſcitur animus & obliuiſcitur ſeculi calamitatum, quod in extremo fine iam poſitum congemiſcit & parturit,donec qui tenet de medio fiat,& pedes ſtatuæ quondam ferrei,fragilitate digitorum fictilium conterantur.Cadit mundus & ceruix erecta non flectitur.Pereũt diuitiæ,& nequaq̃ ceſſat auaricia.Congregare feſtinant,quæ rurſum ab alijs occupentur. Aruerunt lachrymæ, pietas omnis ablata eſt. Multi qui petant,pauci qui tribuant. Nec erubeſcimus paupertatem uili palliolo præferentes,Crœſi opibus incubare,famemq; & interitum plurimorum noſtris cuſtodire theſauris,ſecundum illum diuitem purpuratum,qui ut nihil aliud fecerit,neq; enim rapinas eius & iniquitates ſcriptura teſtatur,crudelitas eius atq; ſuperbia nõ habebat modum:Lazaro ante foras iacenti atq; ſemineci,ne ea quidẽ iuſsit dari quę canibus proijciuntur.Quanti nunc Lazari iacent,& quantorum purpuræ diuerſis ueſtium coloribus protegũtur,ne in uſus quidem proprios uertentiũ quæ peritura conſeruant? Hæc uirgo Chriſti Euſtochium ex cordis abundantia os locutum ſit,& paulo liberius quàm humilitati noſtræ conuenit,
B dixerimus:cæterum octauus in Ezechielem liber qui filiorum Ammon & gentium cæterarum D increpationem continet & uaticinium futurorum,hoc habebit exordium.

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam liber octauus.

ET factus eſt ſermo do.&c.] Capta uel obſeſſa Hieruſalem poſtquam uenit in Babylonẽ q̃ poterat euadere,& nunciauit urbẽ iam iamq; capiendã, uel cũ tẽplo eſſe ſubuerſam:iuxta conſuetudinẽ omnium prophetarum aduerſum cæteras in circuitu nationes quæ inſulta uerant ruinæ Hieruſalẽ,tẽpliq; incendio,ſermo conuertit̃ prophetalis,primũq; contra filios Ammon qui habebant metropolim nomine Rabbath, quæ hodie à rege Aegypti Ptolemæo cognomento Philadelpho,qui Arabiã tenuit cũ Iudæa,Philadelphia nũcupata eſt. Fili, inquit,hominis:pone ſiue obfirma faciẽ tuã contra filios Ammõ qui de Lot ſtirpe generati ſunt, & dices ad eos: Hæc dicit dñs deus(non ſunt enim prophetæ uerba ſed domini. De obfirmatione uultus:in hoc eodem prophe ta plenius diſputauimus) Pro eo ꝙd dixiſtis:euge euge, ſiue inſultaſtis & gauiſi eſtis, quia tẽplum & ſanctuariũ meum hoſtium ingreſsione pollutum eſt, & ſuper terrã Iſrael qm̃ deſolata eſt,& ſpecialiter ſuper domũ Iuda, id eſt,duarũ tribuũ, quæ nunc ductæ ſunt in captiuitatẽ:,propterea & ego tradã te filijs Cedem,quos orientales interpretati ſumus.Nullicq; dubiũ eſt Madianitas & totã eremi uaſtitatẽ adiacere terræ Arabiæ,qui habent camelorũ greges ouiũq; & caprarũ multitudines,& his opibus uictitant.Quod & terræ Iſrael in Iudicũ libro accidiſſe narrat hiſtoria: qñ uenerunt Madianei, & depaſti ſunt uſq; Gazam oẽs regiones eorũ.Metaphoricos ergo per Madianeos,Iſmaelitas & Agarenos qui nũc Sarraceni appellantur,aſſumẽtes ſibi falſo nomen Saræ, quod ſcilicet de ingenua & dña uideantur eſſe genera- iudi.6.d
ti, ſcriptura ſignificat: Diciturq; de rege Nabuchodonoſor & om̃i eius exercitu, ꝙd ueniat & capiat urbẽ Rabbath: quæ רַבָּה uel proprie hoc appellat̃ nomine uel ob magnitudinẽ. Rabbath em̃ maxima dicit̃.Et ne dubitemus Nabuchodonoſor ſubuertiſſe Arabiam poſtq; capta eſt Hieruſalem:ſupra ſcriptura teſtatur:Et tu fili hominis, pone tibi duas uias,Ammon & Hieruſalem, & ueniet gladius regis Babylonis.Et iterum:In capite uiæ ciuitatis conſiciet,& uiam pones,ut ueniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon,& ad Iudam in Hieruſalem munitiſsimã. Et rurſum:Hæc dicit dominus deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum. Venient ergo filij Cedem, & collocabunt caulas ſuas quaſi paſtores figentq; tentoria.Ipſi uaſtabunt fruges tuas, & bibent lac & uberta- ſupra.xxi.d
tem terræ,immiſsis gregibus camelorum & omniũ populorum:ita ut ſint filij Ammon in cubile pecorũ,& malorum neceſsitate intelligant quod ipſe ſit dominus qui & futura prædixit,& ut fierẽt imperauit. Nec hoc ſufficit filijs Ammõ,ut inſultarẽt & dicerẽt:Euge euge ſuper templo

Cap. XXV.

ET factus eſt ſermõ dñi ad me dicens: Fili hominis,pone(ſiue obfirma)faciem tuã contra filios Ammon, & pphetabis de eis,& dices filijs Ammõ.Audite uerbum dñi dei, hæc dicit dñs deus: Pro eo quod dixiſtis, euge

A templo & sanctuario dñi, quod pollutū erat diuersarum introitu nationum: sed tanta fuit insultandi lasciuia, ut cūctus simul populus manibus & pedibus cōcreparet, & ex toto cordis clamaret affectu, eo ꝙd terra Israel esset desolata. Propterea non per angelos neq; per alia ministeria: sed ipse dominus extendēs manū suā ad percutiendū, tradet eā in direptionē: nequaq; camelis & ouiū gregibus, sed manifestius gētibus, ut de populorū numero penitus eradicetur & pereat, & redigatur ad nihilū, & postq; cōtrita fuerit, tunc intelligat quod ipse sit dñs qui cuncta dijudicet, & in omnes terras habeat potestatē. Possumus Tropol. iuxta Tropologiā filios Ammon intelligere qui de Loth in spelūca generati sunt semine, & generati in ebrietate & incestu, omnes hæreticos, de quibus scriptura dicit & apostolus Ioan. 2.c nes: Ex nobis exierūt, sed non fuerunt ex nobis. Si em̄ fuissent ex nobis, permā
B fissent utiq; nobiscū: Isti enim de inclinatione orti sunt, hoc enim Lot in linguam Psal. 13.d nostram uertit̄: Quia omnes declinauerūt simul inutiles facti sunt, nō est qui faciat bonū, non est usq; ad unū. Aduersum hos ponitur siue obfirmatur facies prophetalis, ut eos sua austeritate conterat, & dicit eis: Quia insultastis ecclesiæ meæ tēpore persecutiōis, eo ꝙd diuersorum uitio pollutū esset sanctuariū meū, siue eorum uitio qui mihi seruiebant, siue hostium crudelitate qui meos persequebātur: terrā quoq; Israel, sensus uidentes deū, esse desolatā uirtutū choro, & qūo filij domus Iuda, ideſt, deum confitētis, in qua est uera fides & recta cōfessio ducti sunt in captiuitatē, & seruire dño desierunt: idcirco omnis insultans traderis filijs orietalibus q de uerolumine sunt, pfecti, & traderis in hæreditatē, ut tu quoq; discas dñm cōfiteri. Et per translationem dicitur, quod filij orientis ponant sup eos caulas suas & figant tentoria, & bibant lac, & comedāt fruges, & ciuitas quondam superbiæ fiat in habitaculum camelorū, qui possint depposito onere peccatorū intrare per foramen acus, & in cubile pecorum, quæ reguntur à pastore bono, ut cū hoc fecerint, mixti & traditi orientis pastoribus, intelligāt quod ipse sit dominus. rursumq; exprobrat eis, quare insultauerint nimio cordis affectu ruinis populi dei, & terram Israel, putauerint omnino desertam: pro quo mereantur manum ulciscentis dei, ut qui excesserant modum ultiōis & gau

euge euge super sanctuarium meum, (siue quia gauisi estis super sanctuarium meum), quia pollutum est, & super terram Israel quia desolata est, & super domū Iuda quia ducti sunt in captiuitatem. Idcirco ego tradā te filijs orientalibus (siue Cedem) in hæreditatem, & collocabunt caulas suas in te, & ponent in te tentoria sua: ipsi comedent fruges tuas, & ipsi bibent lac (siue ubertatem tuam) daboq; Rabbath in habitaculum camelorum (siue ciuitatē Ammon in pascua camelorum): & filios Ammon in cubile pecorum, & scietis quia ego dñs. Quia hæc dicit dominus deus: Pro eo quod plausisti manu & percussisti (siue insonuisti) pede, & gauisa es ex toto affectu (siue insultasti ex animo tuo) super terram Israel: idcirco ego extendam manum meā super te, & tradam te in direptionem gentium, & interficiam te de populis, & perdam de terris & conteram, & scies quia ego dñs.

HEB. Hæc dicit dominus deus: Pro eo quod dixerūt Moab & Seir: Ecce sicut omnes gentes domus Iuda: idcirco ecce ego aperiā humerū Moab, de ciuitatibus inquam eius & de finib⁹ eius inclyta terræ Beth Iesimoth & Beelmeon & Cariathaim, filijs orientis cum filijs Ammon, & dabo eam in hęreditatem, ut non sit ultra memoria filiorum Ammon in gentibus, & in Moab faciā iudicia, & sciēt quia ego dominus.

SEP. Hæc dicit adonai dominus: Pro eo quod dixit Moab & Seir, ecce sicut omnes gentes domus Iuda: Idcirco ecce ego dissoluā humerum Moab, de ciuitatib⁹ ꝓmontoriorū eius, electam terrā domū Beth Iasimuth super fontem urbis maritimæ, filios orientis, super filios Ammō dedi ei in hæreditatem, ut nō sit memoria filiorum Ammō in gētibus, & in Moab faciam ultiones & cognoscēt quoniā ego dominus.

Hæc dicit dñs deus: Quia plausisti manu & percussisti pede, & gauisa es animo tuo in contritione terræ Israel: ideo ecce ego extendam manum meā super te, & dabo te in direptionem gentibus, & disperdam te de populis, & conteram te de terris, & delebo te, & scies quia ego dñs. Hæc dicit dominus deus: Eo quod dixerit Moab & Seir: Ecce domus Iuda similis est omnibus gentibus: ideo ecce ego aperiam latus Moab de urbibus, de urbibus inquam eius quæ sunt in confinio eius, gloriam terræ, domum Iesimoth, Baalmeon & Cariathaim, & filijs orientis cum filijs Ammon dabo eam in possessionem, ut non habeatur Ammon in nationibus. Et in Moab faciam iudicia, & scient quia ego dominus.

Hæc dicit dominus deus: Pro eo quod fecerit Edom ultionem domui Iuda, & deliquerint delinquentes in ea, & ulti fuerint eos: propterea hæc dicit dominus deus: Et extendam manum meam super Edom, & auferam de ea homines & iumenta, & ponam eam desertam a Theman, & usq; Dedan gladio cadent. Et dabo ultionem meam super Edom in manu populi mei Israel, & facient in Edom iuxta furorem meum & iuxta indignationem meam, & scient ultionem meam, dicit dominus deus.

Hæc dicit dñs deus: Pro eo quod ulti fuerint Philisthiim ultionem, & ultus sit ex animo, ut deleret æternum odium, propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego extendam manum meam super Philisthiim, & perdam Cherethæos, & disperdam reliquias maris: faciam vindictam magnam in eis in ultione furoris, & dabo ultionem meam super eos, & scient quia ego dominus, cum dedero ultionem meam super eos.

Hæc dicit dominus deus: Pro eo quod dixerit Tyrus super Hierusalem: Euge, contrita est porta populorum, conuersa est ad me, repleta sum, deserta est: propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad te Tyre, & ascendere faciam super te gentes multas, sicut ascendere facit mare fluctus suos. Et dissipabunt murum Tyri, & destruent turres eius, & radam de ea humum eius, & dabo eam in nudum saxum, expansionem rethiarum in medio mari ero, quia ego locutus sum, dicit dominus deus, & erit in direptionem gentibus. Et filiæ eius quæ sunt in agro, gladio interficientur, & scient quia ego dominus. Quia hæc dicit dominus deus: Ecce ego adducam super Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis ab aquilone regem regum, cum equis & curribus & equitibus & populo multo & infinito. Filias tuas in agro interficiet gladio, & dabit contra te munitiones, & circumdabit te aggere, & suscitabit contra te clypeum, & dabit ictum machinæ suæ in muros tuos, & in turres tuas destruet. Præ multitudine iumentorum eius operiet te puluis eorum, a sonitu equitum & rotarum & curruum commouebuntur muri tui, cum introierit portas tuas quasi per ingressum ciuitatis patefactæ. In ungulis equorum eius conculcabit omnes plateas tuas, populum tuum gladio interficiet, & statuæ fortitudinis tuæ ad terram descendent. Et diripient opes tuas, & expilabunt mercimonia tua, & destruent muros tuos, & domos tuas desolabunt, & lapides tuos & ligna tua & puluerem tuum in medio aquarum ponent. Et auferam sonitum carminum tuorum, & sonus citharæ tuæ non audietur amplius. Et dabo te in nudum saxum, expansionem rethiarum eris, & non ædificaberis amplius, quia ego locutus sum, dicit dominus deus.

Hæc dicit dominus deus Tyro: Nonne a sonitu ruinæ tuæ, cum gemitu interficientur uulnerati tui, & cum trucidatus fuerit populus tuus in medio tui, commouebuntur insulæ? Et descendent de solio suo omnes principes maris, & auferent stolas suas, & uestimenta sua quæ picta sunt exuent, & quasi in terrore sedebunt, & contremiscent momento, & stupebunt super te. Et assument super te lamentum, & dicent tibi: Quomodo periisti, quæ habitabas in mari, ciuitas laudabilis, quæ fuisti fortis in mari, tu & habitatores tui, qui dabant terrorem suum omnibus habitatoribus suis? Nunc contremiscent insulæ in die ruinæ tuæ, & turbabuntur insulæ quæ sunt in mari in egressu tuo. Quia hæc dicit dominus deus: Quando dedero te ciuitatem desolatam, sicut ciuitates quæ non habitantur, quando adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ, deducam te ad populum tuum qui descendit ad lacum, ad populum sempiternum, & habitare te faciam in terra nouissima, in locis desertis antiquis cum descendentibus in lacum, ut non habiteris, & dabo gloriam in terra uiuentium. Terror ero tibi, & non eris amplius, & quæsieris te, & non inuenieris usq; in æternum, dicit dominus deus.

templo & sanctuario dñi, quod pollutū erat diuersarum introitu nationum: sed tanta fuit insultandi lasciuia, ut cūctus simul populus manibus & pedibus cōcreparet, & ex toto cordis clamaret affectu, eo ꝙd terra Israel esset desolata. Propterea non per angelos neq; per alia ministeria: sed ipse dominus extendēs manū suā ad percutiendū, tradet eā in direptionē: nequaq; camelis & ouiū gregibus, sed manifestius gētibus, ut de populorū numero penitus eradicetur & pereat, & redigatur ad nihilū, & postq; cōtrita fuerit, tunc intelligat quod ipse sit dñs qui cuncta dijudicet, & in omnes terras habeat potestatē. Possumus Tropol. iuxta Tropologiā filios Ammon intelligere qui de Loth in spelūca generati sunt semine, & generati in ebrietate & incestu, omnes hæreticos, de quibus scriptura dicit & apostolus Ioan. 2.c nes: Ex nobis exierūt, sed non fuerunt ex nobis. Si em̄ fuissent ex nobis, permā
B fissent utiq; nobiscū: Isti enim de inclinatione orti sunt, hoc enim Lot in linguam Psal. 13.d nostram uertit̄: Quia omnes declinauerūt simul inutiles facti sunt, nō est qui faciat bonū, non est usq; ad unū. Aduersum hos ponitur siue obfirmatur facies prophetalis, ut eos sua austeritate conterat, & dicit eis: Quia insultastis ecclesiæ meæ tēpore persecutiōis, eo ꝙd diuersorum uitio pollutū esset sanctuariū meū, siue eorum uitio qui mihi seruiebant, siue hostium crudelitate qui meos persequebātur: terrā quoq; Israel, sensus uidentes deū, esse desolatā uirtutū choro, & qūo filij domus Iuda, ideſt, deum confitētis, in qua est uera fides & recta cōfessio ducti sunt in captiuitatē, & seruire dño desierunt: idcirco omnis insultans traderis filijs orietalibus q de uerolumine sunt, pfecti, & traderis in hæreditatē, ut tu quoq; discas dñm cōfiteri. Et per translationem dicitur, quod filij orientis ponant sup eos caulas suas & figant tentoria, & bibant lac, & comedāt fruges, & ciuitas quondam superbiæ fiat in habitaculum camelorū, qui possint depposito onere peccatorū intrare per foramen acus, & in cubile pecorum, quæ reguntur à pastore bono, ut cū hoc fecerint, mixti & traditi orientis pastoribus, intelligāt quod ipse sit dominus. rursumq; exprobrat eis, quare insultauerint nimio cordis affectu ruinis populi dei, & terram Israel, putauerint omnino desertam: pro quo mereantur manum ulciscentis dei, ut qui excesserant modum ultiōis & gau

C dij super ruina domus Iudæ, ne quaquā tradantur filijs orientis, sed sint in direptionē cūctarum gentiū, & interficiant̄ de populis & pereant & conterantur, & nequaq; de stirpe Abraham, sed de cunctis nationibus esse credendi sint, & tūc malorū cognoscāt magnitudine & cōtritiōe sua & interfectiōe populi, ꝙd ipse sit dñs. Quod generaliter de ecclesia intellexim⁹, super unūquenq; sanctorū intelligi potest, ad quorū ruinā gaudent seculi homines & aduersariæ potestates, si multi temporis perdiderūt pudicitiam: dum mali consolationē suorū scelerū putant, si plures habeāt consortes criminū atque supplicij, & hoc nemo faciat, nisi fuerit filius Ammō, hoc est filiꝰ populi qui in declinatione generatus est. a ¶ Hæc dicit. &c.] Hoc ꝙd nos interpretati sumꝰ, & Seir, in Lxx. non habetur, sed de Theodotionis æditione additum est. Ridiculā uero in hoc loco Hebræi narrant fabulā. Postq; urbs aperta tē
D plumq; reseratū est, filijq; Ammon & Moab & Seir ingressi sunt tēplū, uiderūtq; Cherubim protegentia propitiatoriū, dixerunt: Sicut cunctæ gentes colunt simulacra, ita & Iuda habet suæ religionis idola, & idcirco inquiunt iratus est dñs, & tradidit eos captiuitati. Nos autem hoc dicemus, quod & isti insultauerint domui Iudæ, quando à Chaldæis capta est, putantes sicut in cæteris gentibus nō ibi esse auxilium dei, & ideo regnū Iudæ & Hierusalem dei præsidio destitutum, patuisse Babyloniæ potestati. Idcirco non multo post tempore, sed in præsentiarum dominus cōminatur se humerū, robur uidelicet & fortitudinē Moab de ciuitatibus eius dissoluturū siue apertu-
rum, ut ad ipsos quoq; Babylonius uictor introeat, & ciuitates in Moab esse desistant, & in finibus eius ac termi
nis urbes inclytæ destruant̄, quarū ponit nomina. Beth Iesimoth & Beelmeon & Cariathaim, pro ꝙbus nescio quid uolentes Lxx. interpretati sunt domum Beth Iasimuth cum hoc uocabulum uillam desertam significet: Beelmeō quoq; usq; hodie in Moab uicus sit maximus, quē illi uerterūt super fontē, & Cariathaim ciuitatē maritimā, traditurq; & ipsa cū filijs Ammon filijs orientis, Babylonijs uidelicet, iuxta illum sensum quē contra filios Ammon interpretati sumus. Et dabo, inquit, Moab in hæreditatē, ut quomodo filiorū Ammon non est memoria ultra in gentibus, sic & in Moab ultiones faciam

atq;

A atq; iudicia,ut cognoſcant quod ego ſim dominus qui Iudã tradidi pro peccato,& in filios Ammõ & in Moab ultor exiſtam. Vſq; hodie autẽ Moab qui interpretatur ex patre,& Seir qui in piloſum uertitur & hirſutum, deſpicit & contemnit domum Iuda in qua uera confeſsio eſt,& putat tam facile eam poſſe ſubuerti,q; cæterarũ ſubuertuntur urbiũ munimenta.. Vnde & dñs cõminatur aperturũ ſe ſiue diſſoluturum omnem fortitudinẽ Moabitarum: ut ciuitates habere deſiſtãt, & nequaq; in dialectica arte confidere: ſed cũcti illius termini quos pro illiſione fluctuum uocant promontoria, deſtruantur,& inclytæ atq; electæ terræ Beth Ieſimoth, quæ interpretatur domus ſolitudinis atq; deſerta,& Belmeon quæ & ipſa uertitur habens fontẽ,ſiue per fontem, & Cariathaim , quam Lxx. ciuitatẽ maritimã tranſtulerunt, pereant . Quamuis em̃ habeant robora pugnatorum , & inclyta pergant ad præliũ arte pugnãdi,& ex omni parte circunſepti munitiq; gradiantur:tñ inclyta eorũ terra non B eſt domus habitationis,ſed domus ſolitudinis. Quodq; ſe putant habere fontem ſcientiæ & urbem maritimam quæ cunctas ſuſtinere poſsit ſeculi tempeſtates , patientiam ſibi & fortitudinem promittentes:tamen illuc conuertentur, ut & ipſi tradantur filijs orientis ueri in Chriſto luminis:ſicut traditi ſunt filij Ammon qui ſibi in hæretica multitudine confidebant . Et conſyderemus profectum atq; in ipſa cõminatiõe clementiã dei,ut tradantur cũ filijs Ammon filijs orietis in hæreditatẽ,& nequaquã hæreſis ulla nominet in gẽtibus,ſed factis in Moab iudicijs ſuis & ultionibus pro arrogantia, rerum in fine cognoſcant dñm eſſe qui cuncta diſpenſet. Ad approbãdũ autẽ quod Moab in præſenti loco ſuper philoſophorum intelligatur ſuperbia,de quibus dicitur:Perdam ſa
1.Cor.1.c pientiam ſapientiũ,& intelligentiã intelligentiũ reprobabo,pauca de prophetis exẽpla replicãda ſunt. Amos
Amos.2.a loquit̃:Hæc dicit dñs:Super tribus impietatibus Moab, & ſup quatuor nõ auerſabor eũ,pro eo ꝙd cõbuſsit oſſa regis Idumeæ in cineres. Vere em̃ quicquid in ſeculo dogmatũ peruerſorũ eſt, quicqd ad terrenã ſcientiã ptinet & putat̃ eſſe robuſtũ: hoc dialectica arte ſubuertit̃, & inſtar incẽdij in cineres fauillasq; diſſoluit̃, ut probet̃ nihil ꝙd putabat̃ eſſe fortiſsimũ . Sed & Eſaias ſuperbiã ar-
Eſa.16.b guit Moab,dicẽs: Audiuimus contumeliã Moab : contumelioſus eſt nimis, ſuperbiam eius abſtuli. Hieremias
Hiere.48.b quoq; cõtra oẽs uaticinans nationes, proprie loquit̃ ad Moab: Q̃m cõfidebas in munitiõib⁹ tuis. Et poſt paulũ:Habebis fiduciam in gloria tua. Et iterũ: Q̃uo dicitis
Ibid.c fortes ſumus? Ac deinde:Iuxta eſt dies Moab ut ueniat, & malicia eius uelox nimis. Et manifeſtius : Dicite quõ contritus eſt baculus glorioſus,uirga magnificentiæ? Et
Ibid.d iterũ: Contritũ eſt cornu Moab. Hæc autẽ dicunt̃,ut ſub nomine Moab,ſtulta ſeculi in cœlũ ſe efferens ſuperbia conteratur. a ¶ Hæc dicit do. &c.] Supra duo propoſuerat,pro eo quod dixerunt Moab & Seir,& poſtea de Seir tacens,contra Moab tantũ locutus eſt:nunc reddit C cœptum problema, quid Seir, hoc eſt Idumæa fecerit. Quod autẽ Eſau & Seir & Edom & Idumæa & Duma, una gens appellent̃,non ambiget qui ſcientiã habuerit ſcripturarũ. Et ut de cæteris prophetis taceã: Eſaia , Hieremia, Amos, qui cõtra Idumæam, & Dumã & Edom uaticinati ſunt: Abdias propheta totã prophetiã cõtra hanc dirigit nationẽ, quem ut potui m⁹ olim diſſeruim⁹. Arguit̃ igit̃ Seir, qui
Gen.25.d qa hiſpidus erat, piloſi nomẽ accepit, & Edõ ſanguinarius, qui ob lẽticulæ ruffæ cõctionẽ primogenita p̃didit, & ab edulio ſortit⁹ uocabulũ eſt, Eſau ꝙq; facta interpretãt. Et hoc ſciẽdũ ꝙd in Hebræo nunq; ſcribat̃ Idumæa, ſed ſemp Edom, quẽ Idumæã expreſsit Græca trãslatio: Nequaq; ergo Idumæa ut Moab locutus eſt, ſed fecit ultionẽ de filijs Iuda , peccauitq; ſiue memoriã priſtini doloris tenuit: ut ultionem de eis caperet, à D quibus in utero ſupplantatus eſt. Idcirco non per angelos neq; per alium quemlibet,ſed ipſe dñs manum extendens ſuper Idumæam, abſtulit de ea hominẽ & iumẽtum, & ciuitates illius redegit in deſertũ, id eſt, Theman: quã nos in auſtrũ uertimus , de qua & de alia urbe Dedan, interfecti gladio cadent. Cunq; illi ſe de Iuda ulti fuerint: ego dabo ultionẽ ſuper Idumæos per manum ſiue in manu populi mei Iſrael: ut ab his opprimãtur in quos exercuerunt uindictã. Qui facient in Edõ ſiue Idumæam iuxta irã & furorem meũ: ut meam expleant indignationẽ, & per manus populi mei Iſrael in inimicam gentẽ, mea ira deſæuiat, & intelligant cõtra iniquã ultionẽ Idumææ, meã iuſtam fuiſſe uindictam, dicit adonai Tropolog. dominus. Secundum Tropologiam: hic mihi ſenſus uidetur. Idumæa terrena appellatur & carnea: quæ cõſurgit contra ſpiritũ, ut nõ faciamus ea quæ ſpiritus ſunt, & animã in metullio poſitã ad ſe retrahere feſtinat : uultq; ultiones reddere quibus prius ſubdita fuerat filijs Iuda, & recordatur doloris antiqui quod non propriæ fuerit poteſtatis, & ideo uindictam expetiuit de eis, qui recedentes à carne, ſpiritum ſequebantur . Propterea ipſe dominus filiorũ Iuda ultor exiſtens, extendit manũ ſuper Idumæã, & aufert de ea hominẽ & iumentũ, quicqd uel rationis uidetur habere uel ſimplicis fidei ut eã redi
תֵּימָן הֶחֱרִישׁוּ gat in ſolitudinẽ. Et de Theman quæ interpretatur deficiens, & Dedan quæ & ipſa cognationem ſonat, omnes gladio interficit, quẽ poſuit in manu populi ſui Iſrael: ut ſubuertatur Edom & iram dñi ſentiat ac furorem, & intelligat uindictam eius ad hoc profeciſſe, ut ſeruiat domui Iudæ. Hoc eſt illud de quo & apoſtolus diſputat ſcri
Rom.9.c bens: Iacob dilexi Eſau uero odio habui . Diligit autem Iacob, quia carneum atq; terrenum ſupplantat & ſuperat, & benedictiones illius meretur accipere. Primum enim iuxta carnem , & poſtea ſecundum ſpiritum uiuimus. Ante uitia, deinde uirtutes, quibus uitia ſubruunt̃: quia appoſitũ cor hominis ad malictã à pueritia, errores q; adoleſcẽtiæ ætas matura cõdẽnat. Vnde & Dauid:

Delicta

SEP. Hæc dicit adonai dominus: pro eo quod fecit Idumæa ultionẽ ut ſe uindicaret de filijs Iuda, peccauitq; delinquens & uindictam expetiuit de eis. Idcirco hæc dicit dominus deus: Extendam manum meam ſuper Idumæam,& interficiam de ea hominẽ & pecus , & ponam eam deſertam, & de Theman fugiẽtes gladio cadent . Et dabo ultionem meam ſuper Idumęam in manu populi mei Iſrael,& facient in Idumæa iuxta iram meã & furorem meum , & cognoſcẽt ultionem meam dicit

HEB. Hæc dicit dominus deus : Pro eo quod fecit Idumæa ultionẽ ut ſe uindicaret de filijs Iuda , peccauitq; delinquens & uindictam expetiuit de eis. Idcirco hæc dicit dominus deus: Extendam manum meã ſuper Idumæã, & auferam de ea hominẽ & iumentum. Et faciã eam deſertam ab auſtro, & qui ſunt in Dedan gladio cadent. Et dabo ultionẽ meã ſuper Idumæam per manum populi mei Iſrael , & faciam in Edom iuxta irã meam & furorem meũ, & ſcient indignationẽ meam dicit

A Delicta,inquit,iuuentutis meæ,& ignorantias meas ne
Gen.27.f memineris.Et tñ sciendũ quod Iacob primã accepit be/
nedictionẽ,Esau secundã. Et quod ad extremũ dicitur
de eo,seruꝰ eris fratris tui,hoc significat,quod postꝙ ca
ro spiritui subiecta fuerit,illiꝙ coiuncta, caro esse desi/
stat,& Idumæa tran/
seat in Iudæam.

a ¶ Hæc dicit domi/
nus deus.&c.] Post
filios Ammon Moab
& Seir, q & ipsi sunt
Idumæi & per Lot &
Esau populo Israel &
domui Iudæ cogna/
tione sociantur,uenit
ad Philistim,ꝙs Lxx.
ἀλλοφύλους,id est,alieni/
genas transtulerunt,
nõ generali nomine
omnium gentiũ quæ
nõ sunt de genere Iu
dæorum,sed speciali
gentis suæ, quæ nũc
dicit Palæstina:muta
tata ד litera iuxta
Græcorum consuetu
dinem in s:sicut & a/
pud nos pro Hebrai/
co פַּסְחָא Græcum &
Latinum pascha cele
bratur. Philistim in/
terpretantur cadẽtes
poculo,qui & ipsi de
aureo Babylonis cali
ce inebriati sunt, &
B sæuiunt, & toto ani/
mo insultant, inimici
tiarum contra Israel
ueterum recordãtes,
quibus à dei popu/
lo diuisi sunt.Cumꝙ
Deu.32.f dominus dicat: Mihi
uindictam & ego re/
tribuam, ipsi se ulci/
scuntur interficiẽtes
& implentes antiqua
odia.Propter quæ ex
tentam super se ma/
num domini sentiẽt,
quæ interficiet inter/
fectores: Pro quo Se/
ptuaginta, nescio qd
uolentes, Cretenses
interpretati sunt,cum & Aquila & Symmachus & Theo
dotio ipsum uerbum Hebraicum כְּרִיתִים uel interfe/
ctores uel interfectionẽ uerterint, non solum in præsen/
Sophon.2.a ti loco,Sed etiã in Sophonia,ubi contra Palæstinos ista
dicuntur:Gaza direpta erit,& Ascalon in perditionem,
& Azotus & Accaron eradicabunt.Væ habitatoribꝰ fu
niculi maris accolæ Cretarum:uerbũ domini super uos
Chanaan terra alienigenarum,& disperdam uos ex ha/
bitatione,& erit Creta in pabulum pastorum & cubile
ouium:Et hic enim cum Lxx. Cretam uerterint: cæteri
translatores ὄλεθρον,id est,interfectionẽ uel perditionem
interpretati sunt. De q̃ in supradicto propheta deo præ/
1.Reg.15.d stante quod nobis uisum est diximus. Vnde & duarum
legionum Dauid: quarum una appellabatur Phelethi,
& altera Cerethi,ultima ab eo quod interficerẽt atꝙ iu/
gularent Cherethim,hoc est, interfectorum nomen ac/
cepit.Perditꝙ dominus omnes reliquias maritimæ re/
gionis,quæ salsis tunditur fluctibus,& uindictas non
paruas,sed magnas faciet in furore:ut furor eius finem
habeat misericordiæ,& postꝙ ultionem fecerit arguens C
cum furore,tunc cognoscant Palæstini quod ipse sit do/
minus.

Cap. XXVI.

ET factum est &c.] Consequenter prophetiæ ordo cõ/
texitur.Locutus erat contra filios Ammon & Moab
& Seir, q & ipsi sunt
Idumæi, & Philistim
qui sunt in littore, &
in funiculo maris,
eundem limitem te/
nent. Post Palæstinos
enim succedit Phœ/
nicis regio cuius Me/
tropolis est ciuitas
Tyrus, quæ appella/
tur Hebræo Syroꝙ
sermõe צוֹר. Et quia
capta Hierusalẽ: etiã
ipsa gauisa est & in/
sultauit ac dixit,con/
fractæ sunt portæ po
pulorum, ego portũ
tutissimum habeo: Il
laꝙ subuersa, ad me
omnis multitudo cõ
uersa est, quæ illius
regebatur arbitrio,&
quia illa deserta est,
idcirco ego imple/
bor, siue quæ plena
fuit ante,redigetur in
solitudinẽ. Quia igi/
tur ista dixisti,& rui/
nis Hierusalem quæ
dei iudicio propter
peccata sua subuersa
est insultasti, propte/ D
rea non per nuncios,
nec per quoslibet a/
lios, sed ego ipse ero
aduersum te Tyre, &
instar fluctuũ maris
ascẽdere faciã contra
te Babylonios cũ plu
rimis natiõibus: qua
rũ oppugnatiõe, mu
ri tui & turres destru
entur:intantum ut us
que ad solum conci/
dãt,& puluis illius ra
datur, siue in partes
uarias uentiletur, &
sic humiliabit̃,ut pe/
træ nitidissimæ comparetur:tantaꝙ erit in urbe quon/
dam frequentissima solitudo,ut sagenæ piscatorum ex/
pandãtur & siccẽtur in medio eius. Ego enim dominus
locutus sum:cuius uerba irrita esse non possunt, & tra/
dam eam in direptionem gẽtibus. Filiæ quoꝙ eius quæ
sunt in agro siue in campo,hoc est in Phœnicis litore,ur
bes & oppida,uici atꝙ castella interficientur gladio:me
taphoricos quia filias appellauit, interfectionem ponit
gladij,ut rerum fine cognoscant,me esse dominum,qui
fieri ista præcepi. Potest iuxta Tropologiã, quia Sor no/ Tropolog.
men Hebraicum uertitur in angustiam,omnis anima
quæ perturbationibus occupata est Sor appellari. quæ
qñ uiderit pro suis uitijs atque peccatis dei iudicio sub/
uerti Hierusalem,in qua fuit tẽplum & pacis uisio:exul
tat & ad se putat urbis quondam inclytæ imperiũ trans/
ferendũ. Quod & in contrarijs dogmatibus accipitur,
& in hominibus seculi:qñ uiderint hominẽ sanctum per
negligentiam esse prolapsum,gaudent & exultãt, quasi
aliorum ruina, sua sit resurrectio. Propterea dñs com/
mina/

HEB.dicit dominus deus. Hęc dicit dõmin9 de9:Pro eo q̃d fecerũt Palæstini in uindicta, & ulti sunt se to/to animo interficientes & implentes inimicitias uete/res.Propterea hęc dicit do minus deus: Ecce ego ex/tendam manum meam su per Palæstinos & interfi/ciam interfectores, & per/dam reliquias maritimæ regionis:faciamꝙ in eis ul tiones magnas:arguens in furore, & scient quia ego dominus,cum dedero uin/dictam meam super eos.

SEP.dicit adonai dñs. Pro pterea hęc dicit adonai do minus:Pro eo q̃d fecerunt alienigenæ ultionẽ,& susci tauerũtuindictã insultãtes ex aĩo, ut delerent usqꝙ in æternũ. Propterea hæc di/cit adonai dñs: Ecce ego extendã manũ meã super alienigenas,& disperdã si/ue interficiã Cretenses, & perdã reliqas littoris mari/timæ: & faciã in eis ultiões magnas in uindicta furo/ris, & cognoscẽt quia ego adonai dñs cũ dedero ul/tionem meam super eos.

ET factum est in undecimo anno,prima (siue una) mensis,factus est sermo domini ad me dicẽs: Fili hominis pro eo quod dixit Tyrus(siue Sor)de Hieru/salem: euge confractæ sunt portæ populorum(siue gen tes):conuersa est ad me,implebor,deserta est: (siue quæ fuit plena deserta est). Propterea hæc dicit dominus deus:Ecce ego super te Tyre(siue Sor): & ascendere fa/ciam super te gentes multas sicut ascendit mare fluctu/a ns.Et dissipabunt muros Tyri,& destruẽt turres eius, & tradam(siue uentilabo)puluerem eius de ea, & dabo eam in limpidissimam(siue nitidissimam)petram. Sic/catio sagenarum erit in medio maris: quia ego locutus sum,ait,dominus deus,& erit in direptionẽ gẽtibus. Fi/liæ q̃q̃ eius quę sunt in agro(siue in cãpo)gladio interfi cientur

A minatur,quod ipſe contra huiuſcemodi homines dimicet,& aſcẽdere faciat contra eos inſtar marinorũ fluctuũ plurimas nationes,quæ deſtruant in eis quicquid munitiſsimũ & firmũ uidetur,& ita omnia eorũ argumẽta ſubuertat, ut in puluerẽ redigantur. Sagenas quoq; & retia quib⁹ prius deceptam multitudinẽ piſcabãtur ceſſare faciat,& in deſertæ urbis ſolo, expãdi atq; ſiccari,ut pro illis alij ſubeãt piſcatores q̃s dominus ad piſcandum miſit. Sed & filias eius quæ prius quaſi in thalamo ſeruabantur,& pro myſticis ſecretioribusq; doctrinis nulli facile credebantur,proceſſuras protrahẽdasq; in publicũ, & eccleſiaſtico mucrone trũcandas:ut tunc intelligãt quod ipſe ſit dominus, qui & Hieruſalẽ pro peccatis parũper reliquit,& Tyri pro inſultatione eius & gaudio munimenta deſtruxit.

a ¶ Quia hæc dicit dominus: Ecce ego addu. &c.] Vtranq; æditionẽ ex more cõiunxi,& in quibus di

B ſcrepant ex latere copulaui, breuitati uoluminum prouidẽs. Ergo quod dixerat, aſcendere faciã ad te gentes multas ſicut aſcendit mare fluctuans,& erit Tyrus in direptionẽ gentibus: nunc ponit manifeſtius quod Nabuchodonoſor regẽ Babylonis adducat dominus ab aquilõe,regẽ regũ,cum equis & curribus, & cum infinita exercitus multitudine: qui prius ſubditas Tyro in littore ciuitates & caſtella ſubuertat,& poſtea obſideri faciat Tyrum:ualletq; eam exercitu, & aggere & munitionibus:uineisq; & arietibus impugnet muros & deſtruat,& tanta ſit multitudo equitũ eius, ut puluere equitatus & ſonitu ululãtis exercitus rotarũq; ſirepitu & equorũ hinnitu,urbis fundamenta moueantur, & ſic ingrediat̃ ciuitatẽ diſsipatis muris, quaſi de cãpo ſecurus ingrediens:tantaq; ſecuritas ſit uincentis exercitus,ut plateas Tyri conculcent equorum ungulæ, & oĩs populus corruat in medio ciuitatis, & ſtatuæ quondam nobiles,ſiue uniuerſa ſubſtãtia in terram corruat: nihilq; priſtinarũ diuitiarũ in expugnata urbe ſeruet̃, ſed cũ muris domus quoq; nobiles deſtruantur, & tãta ſit uictorũ ſæuitia,ut ligna & lapides qui reſidui incendio fuerint in mediũ mare proĳciantur,& uel Nabuchodonoſor uel ipſe dñs quieſcere faciat uniuerſam urbis lætitiam:qua prius in canticis & pſalteriĳs perſonabat, & ad ſolum uſq; ſubuerſa,ſit ſiccatio ſagenarũ. Quodq; ſequitur:Nec ædificaberis ultra,uidetur facere quæſtionem,qũo non ſit ædificata,quam hodie cernimus Phœnices nobiliſsimã & pulcherrimã ciuitatẽ. Ex quo quidam uolũt in ultimo tempore hæc Tyrum eſſe paſſurã, quæ poſtea non ſit ædificanda. Sed qũo Nabuchodonoſor perſonam ſeruare poterũt: præſertim cum legamus C in conſequẽtibus Nabuchodonoſor oppugnaſſe Tyrũ, & laboris ſui non accepiſſe mercedem,& propterea tradi ei Aegyptũ quia dei ſententiæ in Tyri oppugnatione ſeruierit: Græcas & Phœnicũ maximeq; Nicolai Damaſceni, & alias barbarorũ aiũt ſe qui huic hiſtoriæ contradicũt legiſſe hiſtorias, & nihil ſuper oppugnatione à Chaldæis inueniſſe Tyriæ ciuitatis, cũ probare poſsim⁹ multa dici in ſcripturis facta, quæ in Græcis uoluminibus nõ inueniantur, nec debere nos eorũ autoritati acquieſcere,quorum perfidiã & mendacia deteſtamur. Poteſt ergo quod dicit̃, nec ædificaberis ultra,ſic accipi: q̃d neq; ultra ſit regina populorũ, nec ꝓprium habeat imperium: qũo habuit ſub Hiram & cæteris regib⁹,ſed uel Chaldæis uel Macedõibus uel Ptolemæis,& ad poſtremũ Romanis regibus ſeruitura ſit. Nulli autẽ ambiguũ iuxta Anagogen Nabuchodonoſor regẽ D Babylonis qui uenit ab Aquilone diabolũ intelligi, qui cũ ſit uẽtus duriſsimus & ſiniſter: noĩe dexter uocatur, præſumens ſibi nominis dignitatẽ,& eſt rex regum omniumq; regnorum Matth.4.a quæ oſtendit dño, dixitq; ad eũ: Hæc omnia mihi tradita ſunt,quæ dabo tibi ſi procidens adoraueris me. Iſte habet equos & currus,de qbus ſcriptũ eſt: Fallax equus pſal.32.d ad ſalutẽ,& dormierunt omnes qui aſcenderunt equos. Et in alio loco: Equum & aſcenſorẽ proiecit in mare. Iſte exod.15.a filias Tyri,animas in anguſtia & in quodã pectorũ carcere poſitas,interficit in agro campoq; latiſsimo,& circundat Tyrum munitionibus ſuis, ut clauſam teneat & nullus ex ea Babyloniĳ regis euadere poſsit imperium. Deſtruxit muros turresq; ſubuertit,& quicqd forte habuit in dogmatibus inundatione equorũ eius & ſonitu equitum rotarumq; & curruum ſtrepitu pertimeſcet, & ingredietur portas eius nullo prohibente:& plateas ciuitatis,quia lata & ſpacioſa uia eſt quæ ducit ad mortẽ, equorum eius calcabunt ungulæ:uniuerſamq; ſubſtantiam ſiue ſtatuas nobiles,quibus ſibi imagines finxerãt pſal.72.d falſitatis,de quibus ſcriptũ eſt: Dñe in ciuitate tua imagines eorũ diſsipabis:ad terrã deĳciet, & deſtructis muris,domus quoq; nobiles ſubuertentur quas ſibi parauerat,& in quibus exultabat:atq; in tantam deſolationẽ ueniet,ut lapides eius & ligna quibus ædificauerat muros & cementa conſtruxerat,proĳciant in profundum: canticaq; eius & muſica quibus ſibi in ſapiẽtia huius ſeculi cõfidebat,& omnis cithararũ ſonus non audiet̃ amplius,& piſcatio eius ceſſabit,& erit humilis,ita ut ſit ſiccatio ſagenarũ,& ultra non ædificet̃: quia ad dñi ſententiam

cientur,& ſcient quia ego dñs. Quiã hæc dicit dominus: Ecce ego adducã ad Tyrum(ſiue ad te Sor) Nabuchodonoſor regẽ Babylonis ab aquilone,regẽ regũ cum equis & curribus & equitibus & cœtu populoq; magno. Filias tuas quæ ſunt in agro gladio interficiet,& circũdabit te munitionibus,& cõportabit aggerẽ in gyro, & leuabit cõtra te clypeũ,& uineas & arietes(ſiue lanceas)tẽperabit in muros tuos,& turres tuas deſtruet in armatura ſua. Inundatione equorũ eius operiet te puluis eorum: à ſonitũ equitũ & rotarũ & curruum mouebuntur muri tui,dũ ingreſſus fuerit portas tuas quaſi per introitũ urbis diſsipatæ(ſiue quaſi ingrediens urbẽ de cãpo.) Vngulis equorũ ſuorũ cõculcabit omnes plateas tuas: populum tuum gladio cædet,& ſtatuæ tuæ nobiles in terrã corruent(ſiue ſubſtantiam fortitudinis tuę in terrã deducet.) Vaſtabunt(ſiue uaſtabit)opes tuas: diripient negociationes tuas(ſiue ſpoliabit ſubſtantiam tuam)& deſtruent(uel deſtruet) muros tuos,& domos tuas præclaras(ſiue deſiderabiles) ſubuertent(ſiue uertet) & lapides tuos & ligna tua & puluerem tuum in medio aquarum ponent(ſiue medio maris iniĳciet.) Et requieſcere faciam multitudinem cãtorum tuorum (ſiue deſtruã multitudinem muſicorum tuorum) & ſonitus cithararum tuarum(ſiue uox organorũ tuorum)non audietur amplius. Et dabo te in limpidiſsimam (ſiue nitidiſsimam)petram. Siccatio ſagenarum eris,nec ædificaberis ultra, quia ego locutus ſum, dicit dominus deus. Quia

A dam tradita Nabuchodonosor omnino subuersa est,iuxta quod & Apostolus dicit: quos tradidi satanæ,ut discant nō blasphemare. Loca difficilia sunt, & prudēs lector ac diligens debet ignoscere labori meo. Aut si melius quid potuerit inuenire, & ego in eius transibo sententiā, dummō nouerit ueniā quam mihi tribuet se ab alijs acceptūrū. 4 ¶ Hæc dicit dominꝰ deus Tyro:Nūquid &c.] Primū ipsa historiæ uerba pādamus breuissima μεταφράσει sensum dictorum aperiētes. Hæc dicit adonai dominus Tyro,quæ Hebraice appellat צור Nunquid in die ruinæ tuæ, quando Nabuchodonosor oppugnāte corrueris,& in gemitu uulneratorū siue interfectorum q occisi fuerint in medio tui non cōmouebuntur insulæ? Et descēdent omnes reges de sedibus siue solijs suis,& principes maris qui diuersis imperāt insulis, & auferēt
B diademata de capitibus suis: omnem regnādi gloriam deponentes: & uestes pretiosissimas & incredibili uarietate fulgentes abijciēt à se,& stuporis magnitudine uertētur in amentiā: atq; humilitate deiecti, sedebūt in terra, & cū te uiderint corruisse,sibi similia formidabūt:nihilq; putabūt in terræ bonis esse perpetuum, sed ecōtrario assumēt super te lamentū,& flebile canticū cōmemorabunt,dicentes: Quomodo peristi quæ habitas in mari urbs inclyta siue laudata? Tyrū enim fuisse insulā & nullum habuisse de terra introitū, in Græcis Latinisq; & barbaris historijs legimꝰ: sed postea à Nabuchodonosor rege Chaldæorum:uel ut nonnulli affirmant ab Alexādro rege Macedonū iactos esse aggeres,& oppugnatiōe uineisq; & arietibus locū præparatū:ac de insula facta esse peninsulā. Tu igitur ò Sor, ò Tyre,quæ quondā fuisti in cūctis fortissima insulis,siue in urbibus omniū uoce laudata cū habitatoribꝰ tuis, quos uniuersi timebāt: quomodo subito corruisti? Nūc stupebunt siue pauebūt super te insulæ, & ut melius habetur in Hebraico,naues,in die pauoris & ruinæ tuæ,& turbabuntur insulæ in mari. Vnde cōsequentius est supra naues legere:ne secundo ponantur insulæ, eo quod nullus egrediatur ex te: siue ut **Lxx.** trāstulerunt,in die egressiōis tuæ: quādo fueris ducta captiua. Hæc interim quasi quædā historiæ iacta sint fundamēta: nunc spirituale nitemur culmen imponere. Finge aliquē diu seruata pudicitia,multis floruisse uirtutibus, & postea in aliquo graui mortaliq; peccato esse collapsum. Nónne adsonitū ruinæ eius interfectarūq; uirtutū omnes insulæ mouebuntur:hi uidelicēt qui salsis amarisq; huius seculi tundūtur fluctibus? & descendēt de throno superbiæ suæ,omnes qui in seculi huius salsugine principes uidebantur:& humilitate deiecti,auferēt diademata de capitibus suis quæ uidebantur bonis operibus possidere,& uestimenta uaria diuersitate uirtutū abijcient: & induētur stupore, siue timoris mā gnitudine quodāmodo uidebuntur insani:sedebuntq; humi, & stupentes super repentino casu eius admirabuntur: intantū ut omnes assumant planctum & lamētationē super eum qui corruit, & dicant: Quomodo peristi q prius saluꝰ eras? quomodo corruisti,q tanto tēpore steteras:qui in mari huiꝰ seculi inter omnes inclytos putabaris,q eras cunctorū opinione robustꝰ? & habitatores Tyri:hoc est,cogitatiōes D fortissimæ aduersum omnia ignita diaboli iacula resistētes,quæ prius erant formidini omnibus aduersarijs,uersæ sunt in stuporē. Sed & naues,omnes uidelicet sācti, q huius seculi fluctus trāseunt, obstupescēt cum te uiderint cōcidisse. In die pauoris & ruinæ tuæ turbabūtur insulæ: ne & ipsæ similia sustineāt. Aliorū enim ruinæ, exēpla iustorū sunt, dum omnes infirmo & imbecillo statu fluctuantiq; uestigio in isto seculo commorantur,& nunq; est nostra certa securaq; uictoria: quando egredientur ex te qui prius steterant: uel in exitu tuo in fine & cōsummatione tua. Nō enim ex præteritis,sed ex præsentibus iudicamur. Cauēdumq; est & semper timēdum,ne ueterē gloriā & solidam firmitatē, unius horæ procella subuertat. 4 ¶ Quia hæc dicit dñs deus:Cū ded.&c.] Cū superioribus iūge quæ dicta sunt. Quādo te dedero ò Tyre urbē in perpetuum desolatā,sicut ciuitates sunt aliæ quæ omnino nō habitantur:& adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ, uel hostium infinitæ multitudines: uel certe qui ad insulam loquitur & ad urbē in insula cōstitutā,tropologice aduersariorum frequentiā abyssi fluctibus cōparat: & detraxero te cum his qui descendunt in lacū siue in foueā ad eos qui in inferno sunt, de quibꝰ & in psalmis legimus: Introibunt in inferiora terræ:tradētur in manus gladij, Psal.62
partes uulpiū erunt:ad populum sempiternū: ubi est fletus oculorū & stridor dentium, & posuero te in terra nouissima:in qua antiquus draco cōstitutus est:& sicut ueteres solitudines atq; deserta,ubi nulla bonorū recordatio,sed pœnæ erunt sempiternæ: neq; te fecero suscitari in terra uiuētium,de qua scriptum est,Beati mites,quoniam

1.Tim.1.d

HEB. Hēc dicit dñs deus Tyro:Nunquid nō à soni tu ruinæ tuæ,& gemitu interfectorū tuorū cū occisi fuerint in medio tui,cōmouebuntur insulæ? Et descēdēt de sedibus suis omnes principes maris: & auferēt exuuias suas, & uestimenta sua uaria abijcient,& induentur stupore. In terra sedebunt: & attoniti super repentino casu tuo admirabuntur, & assumentes super te lamentum, dicent tibi. Quomodo peristi quæ habitas in mari urbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari cum habitatoribus tuis quos formidabant uniuersi? Nunc stupebunt naues in die pauoris tui, & turbabuntur insulæ in mari, eo quod nullus egrediatur ex te? Quia hæc dicit dñs deus:Cum dedero te urbē desolatā sicut ciuitates quæ nō habitantur: & adduxero super te abyssum,& operuerint te aquæ multæ, & detraxero te cū his qui descendunt in lacum (siue ad eos qui descendunt in foueam)ad populum sempiternum,& collocauero

SEP. Quia hæc dicit dñs deus Sor. Nónne à uoce ruinæ tuæ cū ingemuerint uulnerati tui cū euaginatꝰ fuerit gladiꝰ in medio tui, cōmouebūtur insulæ,& descendēt de sedibus suis omnes principes maris,& auferent coronas suas: & uestimentis suis uarijs nudabuntur? Furore insanient: in terra sedebunt,& formidabunt perditionē suam, & gement super te,& assumēt super te lamentū,& dicēt tibi: Quomodo peristi et dissipata es in mari urbs laudata, quæ fuisti fortis in mari ipsa & habitatores eius, quæ dedit timorem suum omnibus habitatoribus suis? Et formidabunt insulæ in die ruinæ tuæ, & turbabuntur insulæ in mari in exitu tuo.

A niam ipſi poſſidebunt terrã. Et in alio loco: Placebo do/
Pſal.114.b mino in regione uiuorum: tunc redigeris in nihili. ſiue
peribis in æternũ: & ultra non eris, ſecundũ illud quod
in alio pſalmo ſcriptum eſt: Dimitte mihi ut refrigerer
Ibi.38.c priuſq; abeã & amplius nõ ero. Non quod eſſe deliſtat
qui in pœnis eſt ſem/
piternis, ſed quod q
deo non uiuit, in ſcri/
pturis ſanctis dicat
non ſubſiſtere. Vnde
& Heſter cõtra idola
loquens: Ne tradas,
He.14.c inquit, ſceptrũ tuum
his qui non ſunt. Vti
que erant quibus ob
ſecrat ne tradat, ſed
deo nõ erant: qui uir/
tutibus & uiuẽti deo
eſſe ceſſarant. Et hoc
notandũ, quod quæ/
Luc.19.b ritur Tyr⁹ ab eo qui
Ibid.15.a uenit quærere & ſal/
uum facere quod pe/
rierat: & nonaginta
nouẽ ouibus in mõti
bus derelictis, quæ/
rit unã erroneã ouẽ.
Mulier q̃q; quæ unã
drachmam perdide/
rat, quærit & inuenit,
& uicinas conuocat
ad læticiæ ſocietatẽ.
Sin aũt requiſita nõ
B inuenitur Tyrus, nõ
eſt quærẽtis uitium,
ſed eius qui boni pa/
ſtoris fugerit manũ. Et ultra, inquit, nõ eris in ſempiter/
num: ſiue ut in Hebraico עוֹלָם & in Græco αἰὼν, ſcri/
bitur, unũ ſeculũ ſignificat, iuxta illud Eſaiæ: qui poſt ſe
Eſa.23.c ptuaginta annos dicit Tyrum reſtituendã in integrũ ſta
tum. Aiunt aũt unum ſeculũ: id eſt, humanæ tẽpus æta/
tis, ſeptuaginta annorũ numero ſupputari, pſalmiſta di
Pſal.89.c cente: Dies annorũ noſtrorũ, in ipſis ſeptuaginta anni.
Sin aũt in potẽtatibus, octoginta anni: quicquid ſupra,
labor & dolor eſt. Hoc metaphraſticos breuiter de Tyro
diximus. Quod & ad eos referri poteſt, qui in anguſtia
huius ſeculi conſtituti, deducuntur ad inferos, & operiũ
tur abyſſis fluctibusq; pœnarũ, & trahunt ad inferiora
terræ, & his copulant qui in ueteri ſolitudine ſunt, & de/
ducuntur in lacũ ſiue in foueã ſempiternã, ut ultra non
habitent à ſpiritu ſancto. De quibus ſcriptũ eſt: Impius
Pro.18.a cũ ceciderit in profundũ malorũ cõtemnit. Nec de cæte
ro erunt in terra uiuentiũ, ſed peribunt, & redigẽtur ad
nihili, & deo eſſe ceſſabũt. Quibus teſtimonijs abutunt,
qui dicunt impiorũ atq; peccatorũ pœnas nõ eſſe per/
Ioan.14.a petuas: qui quæſiti à deo, non ſunt inuenti, & in æternũ
eſſe ceſſarunt: quia ſuo uitio perdiderunt eum qui dicit,
ego ſum uita. Cap. XXVII.

ET factum eſt &c.] Si uoluero totã prophetiam cõtra
Tyrũ ſiue ſuper lamentatiõe Tyri uno ſermone com
prehendere, & longũ faciã, & ſenſum lectoris obſcurem
dum omnia ſimul nõ poteſt mẽte retinere: præcipue in
quibus ab Hebraico in hoc loco Lxx. æditio diſcrepat:
hoc eſt, quæ addiderint quæ ue ſubtraxerint. Itaque no/
ſtra erimus interpretatione cõtenti, & ſicubi diſſonant,
ex latere copulabimus: perfectã omnium deo ſententiã
relinquẽtes, & quid nobis uideatur in ſingulis, breuiter
1.Reg.15.g admonebimus. Qui plangitur, adhuc curæ eſt ei à quo
1.Cor.12.g plangitur. Vnde & Samuel flebat atq; plangebat ſuper
Saul. Et apoſtolus Paulus lamentatur & luget ſuper his
qui fornicati ſunt, & non egerunt pœnitentiã. Et Hiere/
mias lamẽtatiões ſuper euerſiõe Hieruſalẽ quatuor ſcri/

bit alphabetis. Habitat ergo iuxta literã Tyrus ſiue Sor C
in introitu maris: uel quod pri⁹ inſula fuit, uel quod por
tu tutiſſimo de alto uenientes recipit naues, & eſt nego/
ciatio populorũ ad inſulas multas, ſiue de inſulis mul/
tis. Quod quidẽ uſq; hodie perſeuerat: ut omnium pro/
pemodũ gentium in
illa exerceant cõmer
cia. Cœptã aũt inter/
pretationẽ ſequẽtes:
quicquid de Tyro di
citur, referamus ad
στενοχῶν .i. anguſtias
iſtius mundi, q in ma
ligno poſit⁹ eſt, & ua/
rijs perturbationib⁹
quaſi fluctibus coar/
tatur atq; percutitur.
De huiuſcemodi ne/
gociatorib⁹ & in pſal
mo myſtico ſermone
narratur: Qui deſcẽ/ Pſal.106.
dũt mare in nauib⁹,
faciẽtes operationes
in aquis multis: ipſi
uiderunt opera dñi,
& mirabilia ei⁹ in p/
fundo. b ¶ O Tyre,
dixiſti, perfecti &c.]
Primũ crimẽ eſt Ty/
ri: ſi quid uidetur ha/
bere boni, nõ dei pu/
tare, ſed ſuũ: & omnẽ
pulchritudinẽ quæ il
li de diuerſis uenit re
gionibus, ꝓpriæ exi/ D
ſtimare diligẽtiæ atq;

uero te in terra nouiſſima (ſiue in profũdo terrarum)
ſicut ſolitudines ueteres cum his qui deducuntur in lacũ
(ſiue deſcendunt in foueam) ut nõ habiteris, & dedero
gloriã in terra uiuentiũ (ſiue ut nõ reſurgas in terra uiuẽ
tiũ) ad nihilũ redigã te (ſiue perditionẽ dabo te) & non
eris, & reqſita nõ inuenieris i ſempiternũ. dicit dñs deus.

Cap. XXVII.

ET factũm eſt uerbũ dñi ad me dicens: Tu ergo fili
hominis: aſſume ſuper Tyrũ lamentũ, & dices Ty
ro quæ habitat in introitu maris, negociatiõi populorũ
ad inſulas multas (ſiue ab inſulis multis.) Hæc dicit dñs
deus. O Tyrẽ, dixiſti, perfecti decoris ego ſum (ſiue di/
xiſti, circundedi mihi ego decorẽ) & in corde maris ſita.

HEB. Finitimi tũi qui te ædificauerunt, impleuerũt
decorẽ tuũ. Abietibus de
Sanir extruxerunt te cũ o/
mnibus tabulatis maris.
Cedrũ de Libano tulerũt
ut facerent tibi malum.

SEPTVAG. Beelim
filij tui circundederunt ti/
bi decorem: cedrus de Sa
nir ædificata eſt tibi. Te/
nues tabulas cypreſſinas
de Libano tulerunt: ut fa/
cerẽt tibi malos abiegnos.

Quercus De Baſan

uirtutis. Dixit enim: Perfecti decoris ego ſum, ſiue ego mi/
hi circũdedi decorẽ, cũ ſit in corde, hoc eſt in medio ma
ris ſita, & quaſi inſula moueatur & fluctuet, & undarum
illiſionibus cõfringatur. Quod aũt cor maris, mediũ ſi/
gnificet, & ille propheticus ſermo demõſtrat. Propterea
nõ timebimus cum cõturbata fuerit terra & trãslati mõ
tes in cor maris. Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorũ.
Sed & dñs noſter in corde terræ: hoc eſt, in medio, & ad
inferos dicit deſcendiſſe. Vera aũt & perfecta pulchritu
do in nullo hominũ, niſi in Chriſti corpore, quod inter/
pretatur eccleſia, & multorũ ſanctorũ uirtutibus cõgre/
gatur. Vnde & ipſe loquitur ad ſpõſam: Tota pulchra es Cant.4.c
proxima mea, & macula non eſt in te. c ¶ Finitimi tui
&c.] Pro quo neſcio quid uolẽtes: ita Lxx. trãſtulerunt:
Beelim filij tui circũdederunt tibi decorẽ: cedrus de Sa
nir ædificata eſt tibi: tenues tabulas cypreſſinas de Liba
no tulerunt, ut facerent tibi malos abiegnos. Sermo enim
Beelim, in hoc loco apud Hebræos nõ habetur,
ſed pro Beelim, ſcriptũ eſt גְּבִרְלָיֵה quod ſignificat ter/
minos tuos. In eo quoq; quod dixerũt, filij tui: uerbi am
biguitate decepti ſunt, & ſcripturæ ſimilitudine, dũ pro
nunciatiõe diuerſa eadẽ literæ, cementariorũ & filiorũ
בנים & בוניה legunt: O igitur Tyre, quæ dixiſti per ſu
perbiã, perfecti decoris ego ſum: ſiue ego decorem mihi
circundedi, cũ ſis ſita in medio mari: audi quãta tibi dei
largitate collata ſint. Finitimi & cõtermini tui, qui non
de longinquis, ſed de uicinis ſunt regiõibus: ipſi imple/
uerũt decorẽ tuũ, & tu putas tuum eſſe quod alienũ eſt?
Et loquit quaſi ad nauẽ τροπικῶς, urbis ſignificans pul/
chritudinẽ & rerũ omniũ abundantiã, ut poſtq; uniuer/
ſam illius ſuppellectilẽ deſcripſerit: malũ, antemnas, re/
mos, uela, prorã, carinã, funes, opertoria, pelles, & cæte/
ra quibus nauiũ optime inſtructarũ uſus indiget: tunc
tempeſtatem illi & uentum auſtrum quo fluctus maxi/
mi cõmouebuntur uenire denunciet, & eam ſubiacere
naufragio. Per quæ ſignificat urbis Tyriæ euerſionem à

rege

A rege Nabuchodonosor, siue ut multi putant ab Alexandro rege Macedonum, qui sex mensibus ipsam urbem obsedisse & cepisse narratur, postq; Dariũ uicit in Lycia. Iuxta mysticos uero intellectus, abietib⁹ siue cedris de Sanir, nauis Tyriæ tabulata cæduntur: quibus texitur atq; cõpingitur, & cedro siue cypariſſo de Libano malus eius: abietibus propter leuitatẽ iunctu rasq; tabularũ mollius inuicem se tenẽtiũ atq; mordentiũ siue cedris, quod lignũ imputribile est. שניר De Sanir autem dicitur, quod interpretatur uia lucernæ: aut ut nos uerius arbitramur dẽs uigiliarum eo quod omnis nauis prosperitas & illustratio uenerit ex uero lumine. Sanir autẽ mons iuxta literã ipse est qui & Hermon, quẽ alij uocant לבנון Sanior. Lege historiã. Libanus interpretatur candor siue dealbatio: quod & ipsũ ad gratiã pertinet aliunde uenientem.

B a ¶ Quercus de Basan dola. &c.] Quãta pulchritudo nauis & supellectilis eius, ut remos haberet cedrinos, nõ undeliber sed de Basan, & transtra eburnea, & prætoriola siue cellaria, in quibus merces precioſiſſimæ reponuntur, de insulis Chettijm, quod nos in Italiã uertimus: ex ea regione quæ Græciæ propinquior est: omnes occidentaliũ insularum partes intelligentes. Dicamus ergo iuxta Anagogen, remos fieri nauis Tyriæ de Basan, de qua & in psalmis scribitur: Anagoge Psal. 67. c Dixit dñs, de Basan conuertã, cõuertã de profundo maris. Basan in lingua nostra interpretatur ignominia. Eos בשן igitur qui fuerũt in profundo maris, & ignominia peccatorũ, cõuertit deus, & cõuertit in remos, ut cũ apostolis nauigãtes, possint ad terram & ad littora peruenire: Et siunt transtra de ebore, cum mortificauerint corpora sua: uel usum dentium ad laudes dei cõtulerint, & prætoriola siue cellaria de insulis Chettijm, quæ iuxta Hebraici sermõis etymologiã uertitur in percussam, ut plagis diaboli non tã interfecta sit q; probata. Possumus ex ebore & syluestres domos dicere de insulis Chettijm, quas hæretici nõ in domo dei sed in naui Tyria fabricare conãtur. Et ipsi habẽtes ebur suũ sermonis & linguæ ædificantes tẽpla, dei tẽplo cõtraria, & domos syluestres habitacula bestiarũ, cũ scriptura dicat: in domo dei nemora & syluas ac lucos non esse plantandos. b ¶ Byssus uaria de Aegypto texta &c.] Quia dixerat Tyrus, perfecti decoris ego sum: uel circundedi mihi ipsa pulchritudinẽ: arguitur quid à singulis acceperit regionibus, secundũ illud scripturæ: Quid habes quod nõ accepisti? Si autẽ accepisti: quid gloriaris quasi nõ accepe ris? Describitur ergo quid unaquæq; mittat prouincia, secundũ illud Vergilianũ: India mittit ebur: molles sua thura Sabæi: At Calybes duri ferrũ uirosaq; Põtus Castorea, & cætera. Byssus in Aegypto q; maxime nascit, ex qua contextum est Tyriæ nauis uelum, quod suspenditur malo, & operimẽtum illius quod in solis calore atque trãquillo nautis atq; uectoribus præbet umbraculum, de hyacintho & purpura fit: quæ sunt de insulis Elisa: Ionij maris sic appellans insulas. Porrò iuxta Lxx. de byſſo in stratum & in requiẽ Tyriæ nauis uelamenta texuntur, ut his operta glorioſior sit, & circundata amictum habeat pulchriorẽ. Byssum autem referri ad terrã quia ex terra oritur, & hyacinthũ ad aerem: purpurã ad mare ex quo conficitur, addito coccino bis tincto, quibus põtifi cis uestimenta texuntur: sæpe admonuimus quod quatuor elementa significent: terram, ignem, aerẽ, & aquas: ex quibus cõstant omnia quæ sibi assumit Tyrus, ut dei creaturis nõ utatur cum gratia: sed dicat: Perfecti decoris ego sum: uel decorẽ mihi ipsa circũdedi. c ¶ Habitatores Sidonis & Aradij fuerũt remiges tui &c.] Dixerat supra: finitimi tui q te ædificauerunt, impleuerũt decorem tuum anteq; ueniat ad eos qui lõge habitãt, proximarum prouinciarũ describit auxilia. Habitatores, inquit, tui, siue principes Sidonis & Aradij, quæ uicina est insula, remiges tui. Sapientes tui ò Tyre facti sunt gubernatores tui. Ad sapientes enim proprie pertinet gubernatio, scriptura dicente: Quibus non est gubernatio: cadent quasi folia. Senes siue seniores Biblij & prudentes eius præbuerunt nautas ad ministerium tuum: siue cõfortauerunt consilium Tyri, & uariam suupellectilem præbuerunt: omnesq; naues maris & nautæ earum fuerunt in populo negocia tionis Tyriæ, siue in occidentem occidẽtis. Hoc interim secũdum literam. Cæterum iuxta mysticos intellectus: quia Sidonij interpretantur uenatores, & Aradij depo nentes: dicemus Tyrum gloriosam & superbissimam ciuitatem quæ uento flante postea conterenda est, habere ciues siue principes uenatores, de quibus scriptum est. Anima nostra quasi passer erepta est de laqueo uenantium. Vbi enim nos legimus uenantium, in Hebræo scriptum est, Sidoniorum. Isti uenãtur incautas animas in sublimibus constitutas, ut ad terrena deducant: & efficiuntur remiges, ut ducant eos ad naufragia. Sapientes autem Tyri, qui in malam partem accipiuntur: per quam sapiẽtiores sunt filij tenebrarum à filijs lucis: ipsi gubernant Tyrum naufragio præparatam. Seniores Biblij & prudentes eius præbuerunt nautas Tyro ad ministerium: siue cõfortauerunt consilium eius. Sacra narrat historia, seniores plurimos fuisse à domino reprobatos, & iuniores electos in typum synagogæ & ecclesiæ. Senior Cain abijcitur, & Abel iunior legitur: Ismael filius Abraham alienus à patre est, & Isaac iunior hæreditatem accepit. Filiorum quoque Isaac senior Esau uenator est, & uagatur in saltibus: iunior Iacob simpliciter habitat domi. Vnde scriptum est & in Malachia: Iacob dilexi: Esau autem odio habui. Et recte iuxta Apostolũ nihil in matris utero constituti boni uel mali fecerant: nec habebant meritum nec offensam, ut alter eligeretur & alter abijceretur: nisi in typo ut diximus synagogæ & ecclesiæ

צדין ארוד

Psal. 123. a

Gene. 4. b
Ibi. 25. d
Ibi. 21. b
Malach. 1. a
Rom. 9. c

HEBRAEI, Quercus de Basan dolauerunt in remos tuos, transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico, & prætoriola de insulis Italiæ. Byssus uaria de Aegypto texta est tibi in uelũ, ut poneretur in malo: hyacinthus & purpura de insulis Elisa, facta sunt operimentum tuum. Habitatores Sidonis & Aradij, fuerunt remiges tui. Sapientes tui Tyre, facti sunt gubernatores tui. Senes Biblij & prudẽtes eius præbuerunt nautas ad ministeriũ uariæ suppellectilis tuæ. Omnes naues maris & nautæ earũ fuerũt in populo negociationis tuæ.

SEP. De Basan fecerũt remos tuos, & templa tua, & fecerunt tibi ex ebore domos syluestres de insulis Chettijm. Byssus cum uarietate de Aegypto facta est tibi in stratũ, ut circũdaret tibi gloriã & operiret te hyacintho & purpura: de insulis Elissa facta sunt opertoria tua. Principes tui qui habitabãt in Sidone & Aradij, fuerunt remiges tui. Sapiẽtes tui Sor qui erãt in te: isti gubernatores tui. Senes Biblij & sapiẽtes eius erãt in te: isti cõfortabãt consiliũ tuum, & omnes naues maris & remiges earũ facti sunt tibi in occidentem occidentis.

ecclesiæ, senior repellitur, & assumitur iunior. Omnes, inquit, naues maris & nautæ earum fuerunt in populo negociationis Tyriæ: siue in occidentē occidentis. Quomodo dicitur canticum canticorum, & seculum seculorum, & opera operum: ut canticum maius alijs canticis sit, & seculum prolixius alijs seculis: operusq; cæteris operibus utilius: sic appellatur occidens occidentis, ut magnitudinem occidentalium partium significet. Et pulchre naues maris & nautæ earum & remiges qui in Tyriæ nauis auxilio sunt: non pergunt ad oriētem nec ad ortum luminis ubi sol iusticiæ nascitur, sed ad occidentē occidentis ubi lumen occumbit, & ubi tenebrarum exordium est. a ¶ Persæ & Lydi & Libyes erāt in exercitu tuo, uiri bellatores &c.] Persas fuisse fortissimos, quorū rex Cyrus, ut Esaiæ uaticinio prædicatur: subuerso Astyage rege Medorum, Babylonem ceperit, & sacra & secularis narrat historia. Lydos quoq; illo tempore inter gētes robustissimas reputatos: quorum rex Crœsus ab eodem Cyro captus sit, Xenophon scribit plenissime. Et Libyas cum Troglodytis & Aethiopibus uenisse contra Hierusalem, in Paralipomenon uolumine legimus: Qui quia illis temporibus florentissimi erant, & famosi ad prælia pugnatores: Tyriæ urbis defensores esse memorantur, & ad terrēdos hostes scuta & galeas inter murorum propugnacula suspendisse. Spiritualis autem intelligentia illud sonat, quod Persæ qui interpretantur tentantes siue tentati, & Lydi quos generatos intelligim⁹, & Libyes qui Hebraico sermone appellātur פוט & uertuntur in os ab ore non ab osse: frustra Tyrum nitantur defendere, cum tentatione superentur, & generatiōi ac libidini seruiant: cassaq; tantum uerba multiplicent: nō habentes galeam salutis, nec scutum fidei, sed gloriam tātum strepitumq; sermonum prætendant ad ornatum illius.

b ¶ Filij Aradij cū exercitu tuo erāt super muros &c.] Verbū גַּמָּדִים Aquilæ prima æditio Pygmæos, Symmachus, Medos: Lxx. custodes: Theodotio, גַּמָּדִים ipsum Hebraicum, interpretati sunt. Aradum insulam quæ tota sit ciuitas, & contra se positum oppidum Antaradum habeat: uicinaq; sit Tyro: & prætendat in Phœnicis littore continentis terræ, usq; hodie cernimus: hij sunt in exercitu urbis Tyriæ custodesq; turrium eius, & suspenderunt pharetras suas per gyrum, complentq; pulchritudinem eius ut sagittarij esse docēatur: siue pygmæi sunt, hoc est bellatores & ad bella promptissimi: ἀπὸ τῆς πυγμῆς, quæ Græco sermone in certamen uertitur. Sin autem Aradij deponentes sonant: omnis qui prætendit falsi nominis scientiam, & habet in pharetra pectoris sui ignita diaboli iacula: quibus deceptorum corda uulnerat atq; succendit: Aradius appellādus est. Cupit enim deponere eos qui nituntur ad alta conscende-

Pèrsæ & Lydi & Libyes erant in exercitu tuo, uiri bellatores tui: clypeum & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo (siue peltas & galeas suspenderunt in te) ipsi dederunt gloriam tuam.

HEB. Filij Arādij cum exercitu tuo erāt super muros tuos in circuitu, sed & Pygmæi qui erant in urbibus tuis: pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum: ipsi compleuerunt pulchritudinē tuam.

SEPT. Filij Aradiorum & fortitudo tua super muros tuos: in circuitu custodes in turribus tuis erant: Pharetras suas suspēderunt super propugnacula tua per gyrum. Ipsi perfecerunt decorem tuum.

Cārthaginenses negociatores tui à multitudine cunctarum diuitiarum, argento, ferro, stagno, plumboq; repleuerunt nundinas tuas.

HEB. Græciā Thubal & Mosoch ipsi institores tui mancipia & uasa ænea adduxerunt populo tuo: de domo Thogorma, equos & equites & mulos adduxerunt ad forum tuum.

SE. Græcia uniuersa & iacētia eius, ipsi negociatores tui in animabus hoim: & uasa ænea dederūt mercatū tuū de domo Thorgama, eq̄s & eq̄tes & mulos dederūt nūdinas tuas.

Filij

Nō solum in præsenti loco, sed & in Esaia ubi scriptum est: Vlulate naues Carthaginis: cæteri interpretes uerbum Hebraicum transtulerunt תַּרְשִׁישׁ quam coloniam esse Tyriorum nulli dubium est. Ipsi de occidentis partibus argēto, ferro, stagno, & plumbo, Tyri nūdinas repleuerūt. Tharsis in lingua nostra sonat, exploratio gaudij. Exploratores autem hic non in bonam partē debemus intelligere: q̄les Moyses miserat ad explorādam terram reprobationis, sed in contrariam, quales & Apostolus uitare se dicit: propter subintroductos falsos fratres: qui intrauerūt explorare libertatē nostrā quā habem⁹ in Christo: de q̄bus & Ioseph loquitur: Exploratores estis, considerare uestigia regionis uenistis. Fratresq; eius intelligentes crimen esse non modicum aliena per insidias explorarare respōderunt: Nō sunt exploratores serui tui. Isti ergo nundinas Tyri non auro, nec lapide precioso: sed argento, ferro, stagno, plūboq; multiplicant: habentes eloquij uenustatem, & arma ad expugnandum: & in stagno eloquij similitudinē quod mentitur argētum: & in plumbo impietatem grauissimam, iuxta Zachariā, in quo mulier sedit super talētum plumbi: & Aegyptij dimersi sunt in profundum sicut plumbum. Longa singulorum disputatio metallorum, sed breuitati studendum est. d ¶ Græcia Thubal & Mosoch &c.] Iones, inquit, qui Hebraice appellantur Iauan & Thubal: id est Iberi Orientales: uel de Occidētis partibus Hispani, qui ab Ibero flumine hoc uocabulo nuncupantur: & Mosoc quos Cappadocas intelligimus: quorum metropolis quæ postea ab augusto Cæsare, Cæsarea appellata est: usq; hodie lingua ipsorū Mazaca dicitur: Isti precioſum Tyri fecere cōmercium: ut mancipia, & ænea uasa ex Corintho adducerent Tyrū: & de domo Thogorma, id est de Phrygia equos & equites & mulos: quorum quondam illa prouincia maximā habuit copiam. Aiunt Hebræi Græciam, id est Iauan: interpretari est, & nō est: quod proprie refertur ad sapientiam secularem: in qua si recte aliquid reperiunt, est appellatur: si in contrariā partem, non est. Multa enim naturæ bono & ipsi disserunt de officijs, de continentia, de opibus contemnendis: quod proprie sibi Stoici uendicant: & uidentur animas hominum quos deceperūt lucrifacere: habentq; uasa ænea quibus mentiuntur auri similitudinem: quæ ingerunt populis Tyri: ut eos falsæ doctrinæ opinione supplantent. De domo quoq; Thogorma quod interpretatur peregrinus & aduena: ad forū & nundinas eius equi adducētur & equites & muli:

de quibus

Gen.13.d
Num.13.d
Gal.2.d
Gen.42.d
Zach.5.c
יָוָן
תּוֹגַרְמָה

Filij Dadan negociatores tui.

HEB. Insulæ mŭltæ negociatio manus tuæ: dentes eburneos & hebeninos cōmutauerunt in precio tuo. Syrus negociator tuus, propter multitudinē operum tuorum guttam, purpuram, & scutulata: & byssum & sericū, & Chodchod proposuerūt in mercatu tuo. Iŭda & terra Israel ipsi institores tui, in frumento primo: balsamum & mel, & oleum, & resinā proposuerunt in nundinis

SEP. Ex insulis multipli cauerūt negociationē tuā: dētes elephantinos & his qui introducebātur redde bas mercedes tuas. Homines negociationē tuam à multitudine mercatus tui: in aphec stactē & polymita de Tharsis & Ramoth & Chodchod dederūt in nūdinas tuas. Iudas & filij Israel, isti negociatores tui in frumēti cōmercio & unguētis: primū mel & oleū & resinā dederunt in nūdinis

A de quibus scriptum est: Fallax equus ad salutem. Et in alio loco: Dormitauerūt omnes qui ascenderūt equos. Et in psalmis: Nolite fieri sicut equus & mulꝰ, in quibus non est intellectus. Quāobrem & Doech accusator & interfector sacerdotū, præfectus mulorū fuit: & hos esse de domo aduenæ atque peregrini, qui nō comedunt carnes agni: de quibꝰ scriptū est: Aduena & mercenarius nō comedent ex eo: ut omnes nūdinæ Tyri his mercimonijs compleantur.

Psal.32.d
Ibi.75.a
Ibid.31.c
3.Reg.22.d
Exod.12.g

a ¶ Filij Dadan negociatores tui.] Pro quo nescio quid uolētes Lxx. filios Rhodiorum interpretati sunt, nisi forte primæ literæ falsi similitudine: ut pro Dadan legerēt Radan: quæ & ipsa Cycladum maxima est, & in Ionio mari quōdam urbs potētissima, naualiq; certamine glorioſa: & propter tutissimū portū, mercatorū onium receptaculū. Et quia Rhodij in linguam nostram uertūtur, uidentes iudiciū: de his nunc Tropologice di

B citur, qui cernunt iudicij ueritatē & ipsi non faciunt, di

Rom.2.a cente Apostolo: Propter quod inexcusabilis es ò homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alium, teipsum cōdemnas. Eadē enim facis quæ iudicas. Sed melius est Dadan alterius loci nomen accipere: & ut in Hebraico & apud cæteros interpretes habetur. b ¶ Insulæ multæ negociatio &c.] Multum ab Hebraico in præsenti loco Lxx. æditio discrepat: ideo iuxta utranq; pauca dicē da sunt: ne in Tyri mercimonijs occupati, ad reliquas prophetias tardius transeamus. Filij Dadan negociatores Tyri, de multis insulis multiplicauerunt negociationem eius, ita ut dentes elephantorū darēt his qui uenie bant ad cōmercium eius: & haberēt homines in nundinis propter negociationis multitudinē. Haberent autē in aphec, quod de Theodotionis æditione in Lxx. additum est: pro quo Symmachus uertit, polymita. Stacten quoq;, pro quo omnes alij purpuram interpretati sunt: quæ Hebraice dicitur אַרְגְּמִי & uarietates ex Tharsis: pro quo in Hebræo פּוּךְ dicitur, quæ ab omnibus in byssum translata est. Tharsis autem in præsenti loco penitus nō habetur. Et ramoth, inquiunt, & chodchod derūt in nundinis tuis: quod ita habetur in Hebræo: nisi quod pro ramoth Aquila serica uel subtilia interpretatꝰ est. Chodchod uero omnes interpretes, ita ut in Hebræo positum est transtulerunt. Igitur iuxta Lxx. filij Rhodiorum negociatores Tyri, de insulis plurimis multiplicauerunt negociationem eius: iuxta Hebraicū, post filios Dadan negociatores eius: insulæ quoq; diuersarū gentium auxerunt in mercimonium eius: afferentes dētes eburneos ex India: & ligna hebenina, quæ nigri coloris preciosissima sunt: & cōmutauerunt cum alijs Tyri mercibus. Syrus quoq; fuit negociator Tyri: pro quo in Hebræo positū est אֲרָם in cuius loco Septuaginta, homines interpretati sunt: pro Aram legentes Adam: & ר & ד literarum, sicut supra, decepti similitudine. Vsque hodie aūtē permanet in Syris ingenitus negociationis ardor: qui per totū mundū lucri cupiditate discurrunt: & tantam mercandi habent uesaniam: ut occupato nūc orbe Romano, inter gladios & miserorū neces quærant diuitias, & paupertatem periculis fugiāt. Istiusmodi homines negociatores Tyri sunt: qui polymita, purpuram & scutulata mercantur: byssum quoq; & sericū & chodchod proponunt in mercatu eius. Pro purpura, quam omnes interpretati sunt: stacten, id est guttā, Lxx. transtulerunt. Chodchod autem quid significet usq; in præsentiarū inuenire nō potui: Aiunt Hebræi oēs preciosissimas merces, hoc nomine significari: uel speciē quandā esse preciosarum mercium quam Romanus sermo nō resonet: uel communi uocabulo scruta uendētium. De multis autē insulis, ut trā seamus ad Anagogē: quæ salsis & amaris huius sæculi tundun tur fluctibus: deferūt negociatores Dadan dentes eburneos, cādorē eloquentiæ pollicentes: de qbus scri ptum est: A domibus eburneis ex quibus delectauerunt te filiæ regū in honore tuo. Sed nō sunt candidi, nec imitantur spōsam, de qua dicitur: Quæ est ista quæ ascēdit dealbata, innitens super fratruelem suum? uerū hebenini nigri coloris, qui non possunt suam mutare nigredinem, Hieremia dicente: Si mutabit Aethiops pellem suam: & pardus uarietatē suam. Syrus quoq;, id est Aram, qui interpretatur excelsus, & tumet superbia, negociator Tyri est: & in multitudine operum Tyriorum defert falsi nominis scientiā: multas uarietates, & stactē odoris optimi repromittens: & purpuram regiæ dignitatis, & scutulata ex arte dialectica: & byssum, pro qua Lxx. Tharsis interpretati sunt, terræ operibus deditus: & sericū, pro quo in Hebræo scriptū est ramoth: quod interpretatur uisio mortis. Omnia enim opera terrena ad interitum properāt: & chodchod quicquid illud est quod intelligitur, proponens in nundinis Tyri: Dadan autē ex his mercibus quæ à negociatoribus eius insulisq; dicuntur afferri: uel Indiæ regio intelligēda est: uel Idumæorum ac uastæ solitudinis, ut nōnulli æstimant, sonatq; cognationē: ut similitudinē diuinorum dogmatum in hæreticis cognoscamus. c ¶ Iuda & terra Israel &c.] Verbū Hebraicum פַּנַּג Aquila, Symmachus & Theodotio ita ut apud Hebræos positum est, transtulerūt: pro quo Lxx. unguēta, nos balsamum uertimus. Dicitur autem quibus terra Iudæa, quæ nunc appellatur Palæstina, abundet copijs, frumento, balsamo, melle & oleo, & resina: quæ à Iuda & Israel ad Tyri nundinas deferuuntur. Cumq; manifesta sit litera, iuxta spiritualē sensum dicemus, non debere terram cōfessionis & sensu cernentis deum, qui refertur ad ecclesiam, deferre Tyro primum triticum, quod cadens in terrā multiplicatur: & accipitur pro uerbo dei: Non enim in pane solo uiuit homo, sed in omni sermone dei. Deinde Balsamū quod nascitur in uineis Engaddi: siue unguētum, de quo scriptum est: Sicut unguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron. Et mel super quo loquitur & Salomon: Mel inueniſti, comedè quantū satis est. Si eīm plus comederis, euomes illud: dum saturitate nimia mel uertitur in absinthium. Oleum quoq; de quo in tabernaculo dei lucerna accenditur: ne aptetur nobis illud propheticum: Oleum in Aegypto uenundabas. Quod si in Aegypto & in Tyro fuerit, uertetur in contrarium, & dicetur de eo: Oleum autē peccatoris non impinguet

C

D

Hier.13.d

Anagoge

Psal.44.b

Cant.3.6.8

Deut.8.a

Psal.132.a

Prou.25.c

Osee 12.a

Psa.140.b

A caput meum. Sed & resina lenis est, apta corporibus, & pro medicina accipitur. Vnde & in Hieremia scriptum
Hiere.8.g est: Nunquid resina nō est in Galaad: aut medicus non est ibi? Quare nō ascendit curatio filiæ pppuli mei? Hāc
Gene.43.a resinam habebat & Iacob, quā mittebat filio suo Ioseph cum melle & terebintho, nucibus, thymiamate & stacte. Ismaelitæ quoq; q emerūt Ioseph de terra Israel,
Ibi.37.a hæc in Aegyptū portabant: thymiamata & resinā de Galaad, & stacten. Et ut manifesti⁹ scire possimus, quid sit frumentum, balsamū, mel & oleū, resinamq; ad mercatum ferre Tyri: audiamus domini uerba
Mat.7.a dicentis: Nolite dare sanctū canibus: neq; margaritas uestras mittatis ante porcos. Mulieri quoq; Chananææ quæ pro filia precabatur, dicens:
Ibi.15.c Filia mea male uexatur à dæmonio: respō dit dominus: Non oportet tollere panem filiorum, & dare eum canibus. Sed quia exierat de finibus Tyri & Sidonis, &
B propinquabat terræ Israel: idcirco quod rogauerat consequuta est. a ¶ Damascenus negociator tu⁹ &c.] Pro uino pingui, quod interpretatus est Symmachus, & apud Aquilā & Theodotionē: & in ipso Hebraico habet uinum de חלבון. Rursumq; ubi nos posuimus, lanis coloris optimi siue splendentibus: Aquila & Theodotio trāstulerunt, in lanis Soor. Significat autem quod inter cæteras negociatiōes Tyri, ad nundinas eius de Damasco deferebatur uinū pinguissimum, & lana præcipua: quod usq; hodie cernimus. Sin autem Damascus interpretatur sanguinem bibens, & Hebræorum uera traditio est, campum in quo interfectus est Abel à parricida
Gen.4.b Cain fuisse in Damasco: unde & locus hoc insignitus uocabulo sit: iuste & Paulus post interfectionem Stephani
Act.9.a primi in Christo martyris perrexit Damascum: ut credentes in Christo uinctos duceret Hierusalem: deiq; misericordia, qui fecit uidentem & cæcum, oculos carnis amisit, ut mentis acciperet: ceciderunt q; squamæ draconis ex oculis eius, quibus lumē perdiderat ueritatis: ut iret ad uicū qui appellatur rectus: & inueniret Ananiā, qui in lingua nostra interpretatur obediens. De hac igi
Gen.4.b tur terra cui dictum est: Maledicta terra quæ aperuit os suum, & hausit sanguinem fratris tui, Tyri nundinæ cōgregantur, & uinum pingue siue lanæ splendentes. Vinum de Chelbon interpretatur lacteus: Lxx. pro lanis coloris optimi, lanæ de Mileto siue Soor senserunt. Miletum in Hebraico non habetur, sed quia inde lanæ præcipuæ deferuntur, pro Soor Miletum interpretati sunt. Ex quo perspicuū, quod Tyrus lacte uescatur infantiæ: & uestimenta nō habeat propria, sed aliūde & ex uariis cōgesta prouincijs. Illud autē quod Damascus interpretat sanguis cilicij & sanguis osculi, præsenti non cōuenit loco. Frequēter em̄ Hebræa nomina pro diuersitate accentuū & mutatiōe literarū uocaliūq;: uel maxime quæ apud illos habent proprietates suas, uarie interpretant̄.
b ¶ Dan & Iauan & Meozel in nundinis tuis.] Quæ in æditione eorū de Theodotione addita sunt. (Ferrum factum opere & rota in cōmixtione tua est.) Ex nomine patriarchæ Dan & tribus & locus in quo habitauit tribus nomē accepit: ubi hodie Paneas, quæ quondā Cæ- C
sarea Philippi uocabatur. Vnde & Iordnis fluuius sorti-
tus est uocabulū: ior uidelicet riuus, dan qui fluit de Libano. Iauan autem Græciā sonat: quæ interpretatur, ut diximus, est & non est. Pro Meozel quoq; Symmachus trāstulit deferens: ut sit sensus: Dā & Græcia detulerunt in nū dinis tuis ferrū fabre factū, & cætera. Aquila uero pro Meozel posuit de Vzal. De quibus credendū est regiōibus, ferrum & stacten & calamū ad Tyri nūdinas deportata. Dicamusq; q Græcia, id est Iauan, ferrum habeat fabre factum, & ad bella prōptissimum, dialecticaq; arte constructum, iactans se cuncta iudicio & ratione proferre: uocalēq; sonum qui interpretat in calamo, & stacten odoris optimi repromitat, siue ferrum fabrefactum, & rotam quæ uerborū cōpositione uoluatur, & cur

HEBRAEI, nis tuis. Damascenus negociator tuus in multitudine operum tuorum: in copia diuersarum opū: in uino pingui: in lanis coloris optimi. Dan & Græcia & Meuzal in nūdinis tuis posuerunt ferrū fabrefactū: stacte & calamus in negociatione tua. Dadan institores tui in tapetibus ad sedēdum.

SEPT. nis tuis. Damascus negociator tu⁹ in multitudine operum tuorū ex multitudine omnis fortitudinis tuæ: uinum ex Chelbon, & lanas de Mileto. Dan & Iauan & Meozel in nundinis tuis. Ferrum factum opere & rota in commixtione tua est. Dedan negociatores tui cum iumentis electis ad currus.

Arabia & uniuersi principes Cedar, ipsi negociatores manus tuæ: cum agnis & arietibus & hœdis uenerunt ad te. Vēditores Saba & Raama, ipsi negociatores tui cum uniuersis primis aromatibus & lapide precio-
sissimo, & auro quod proposuerunt in mercatu tuo.

Aran sum habeat orationis. c ¶ Dadan institores &c.] Multum Hebraicū & Lxx. in præsenti loco discrepant: præter nomen regiōis quod uicinum est Dedan & Dadan. D
Infinita quippe distātia in tapetibus ad sedēdum, & iumētis electis ad curr⁹: nec dubium quin quadrigæ, currus & equi, in malā partem accipiātur si terreni sint. Alioquin & Helias ad cœlestia curru rapit̄, appellaturq; 4.Reg.2.b
ab Heliseo pater pater: auriga & currus Israel. Et Giezi Ibi.6.d
aperiuntur oculi, ut currus in monte & equos uideat sine ascensoribus, sessiōi domini præparatos. In tapetib⁹ autē sermonum pulchritudo mōstrat̄: in quibus uehuntur & requiescunt institores Dedan sessione composita, ueniētes ad nundinas Tyri. d ¶ Arabia &c. agnis & arietibus &c.] Pro agnis, arietibus & hœdis: Lxx. camelos & arietes & agnos interpretati sunt. Arabia autem & principes Cedar, quæ hodie Sarracenorum regio est: si cut in Hieremiæ sermone, qui aduersum Cedar scribi- Hiere.49.f
tur, plenissime demonstratum est, abundant his animātibus: agnis uidelicet & arietibus & hœdis: & Tyri nundinas hac illatione multiplicant. Sed & camelorum fertilissima regio est ob pascuarum eremi latitudinem aerisq; temperiem, quibus hoc animal delectatur. Arabia ערב
autem interpretatur uespera, & Cedar tenebræ. De qua קדר
& in psalmis dicit̄: Habitaui cum habitantibus Cedar. Psal.119.b
Quæ regiones deferunt Tyro camelos grauissimis pecatorum oneribus prægrauatos, siue agnos & arietes & hœdos: quos immolāt in altaribus suis: quæ de iniquo ac rebelli corde simularunt. Sed & in hoc eodem pro- Infra 34.d
pheta in uisione pastorum arietes aquas purissimas cōturbātes & impingentes lateribus oues: & cornibus dimicantes legimus: hœdos quoq; qui ad sinistram stare cōsueuerunt, & agnos qui mentiūtur agnū: de quo scriptū est: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. In Ioan.1.d
bonā aūt partē camelos scribit Esaias, de Madiā, quod interpretatur dñi iudicium, uenire Hierusalē, & Epha & Esa.60.a
arietes de Nabaioth & Saba deferētes aurū & thus: quorum duo ultima etiā à magis offerunt̄ dño. Istiq; cameli Mat.2.b
depositō onere peccatorū, possunt intrare artā & angustam uiā, quæ ducit ad uitā. e ¶ Vēditores Saba &c.] Psal.71.b
In psalmis ubi scriptū est: Reges Arabum & Saba munera

A nera offerent tibi: in Hebræo habet, reges Saba & Saba
שְׁבָא munera offerẽt tibi: quorũ unũ Saba per ש literã ſcribi
tur, altẽrũ per ס quæ noſtræ literæ ſimilis eſt. Quia igit̃
סְבָא Saba interpretatur conuerſio: hoc dicendũ eſt, quod in
præſenti loco non conuerſionẽ ſignificet, ſed auerſionẽ:
de qua Tyro munera
deferũtur cũ uniuer/
ſis aromatib⁹ & odo
ribus optimis, & lapi
de precioſo & auro:
quæ omnia in Tyri
nundinis proponun
tur. Et ipſi enim men
tiũtur odorẽ optimũ
lapidẽq; precioſum:
quo extruere peruer
ſitatis ſuæ nitũtur ec/
cleſias, & aurũ quod
pollicentur in ſenſu:
oĩaq; peruerſa ſunt.
Nihil enim gratuito
acccipiunt, nec gra/
tis tribuunt, ſed uni/
uerſa mercãtur: cum
reges Arabũ & Saba
gratis Chriſto mune
ra offerant. Hi ſunt q
omnia turpis lucri
cauſa faciũt: & ab eo
hæc munera ſuſcepe/
runt qui dicit in euã/
gelio: Hæc enim tra/
Mat.4.a dita ſunt mihi: quæ
dabo tibi, ſi procidẽs
B adoraueris me. Raa/
רַעְמָה ma, ſiue iuxta Lxx.
Rhegma, ĩ nullo alio
ſcripturarũ loco inuenire potui: nec quæ regio ſit, quid
ue ſignificet: niſi quod manifeſtũ eſt: & ex eo quod iũgit̃
Saba, uicinã huic prouinciæ eſſe regionem. a ¶ Aran
&c.] Et iſtæ gẽtes diuerſorum locorũ nomina cõtinẽtes.
Quod aũt de Theodotiõe in Lxx. additũ eſt: in Macha/
lim & in Galima: Symmachus interpretatus eſt, precio/
ſis inuolucris. Polymita quoq;, quæ Theodotio uaria in
terpretat⁹ eſt: de Aquila & Symmacho addidimus. Tã
precioſæ aũt ueſtes negociatorũ inuolucris ferebantur,
חָרָן ut funibus hyacinthinis ſtringerent̃. Aran, ſiue ut Lxx.
כַּנֶּה dixere, Charran, in noſtra lingua ſonat foramina: Chã/
עֵדֶן ne præparationẽ: Edẽ delicias: pro quo apud Lxx. Ed/
ne, quod in Hebraico non habetur, quid ſonet ignora/
mus: & ficti nominis etymologiã quærere nõ debemus.
In negociatiõe ergo Tyri, per carneos ſenſus qui indicã
tur in foraminib⁹, tota ſeculi hominum præparatio eſt,
אַשּׁוּר qui ſolas delicias putant ſi augeant Tyriæ urbis cõmer/
כִּלְמַד cia. De Saba ſupra diximus. Aſſur interpretat̃ dirigẽs:
Chelmad, ſiue ut in quibuſdã exemplaribus cõtinetur,
Cherma, trãsfertur in uineas: haud dubiũ quin Sodo/
morũ, qui ueniunt in mercatu Tyri: ut praua dirigant,
imò arguant pœnis: & corrigant quæ fuerant depraua/
Pſal.8.a ta: iuxta illud quod in pſalmis dicitur: Vt deſtruas ini/
micũ & ultorẽ. Habentq; multifariã ſupellectilẽ, & incre
dibili uarietate diſtinctã: quæ inuolucris hyacynthi a/
ſtricta eſt: ſiue theſauri eorũ funibus cõſtringũtur, quos
theſaurizauerunt ſibi in terra: iuxta illud quod ſcriptũ
Prouer.5.d eſt: Funibus peccatorum ſuorum unuſquiſq; cõſtringi/
tur. Nec habuerunt negociationẽ liberã: ſed cuncta pec/
catorum uinculis innexuerũt. Inuolucra hyacinthina,
propter coloris ſimilitudinẽ, referamus ad aereas pote
ſtates: quæ theſauros ſuos ſeculi nundinis largiuntur.
b ¶ Cedros quoq; habebãt &c.] Pro cedris, Lxx. cypa
riſſos tranſtulerunt. Et quia ſupra de utroque diximus,
ſuperfluum eſt lectoris augere faſtidium. c ¶ Et reple/

HEB. Arãn & Chan/
ne & Eden negociatores
tui: Saba, Aſſur, Chel/
mad, uẽditores tui: ipſi ne/
gociatores tui, multifariã
inuolucris hyacinthi & po
lymitorũ gazarumq; pre/
cioſarum: quæ obuolutæ
& aſtrictæ erant funibus.
Cedros quoq; habebãt in negociatiõibus tuis. Naues
maris: (ſiue ut in Hebraico continetur, Tharſis): princi/
pes tui in negociatione tua. Et rẽpleta es & glorificata
(ſiue aggrauata) nimis in corde maris. In ãquis multis
adduxerunt te remiges tui. Ventus Auſter cõtriuit te in
corde maris. Diuitiæ tuæ & theſauri tui, & multiplex
inſtrumentum tuum. Nautæ (ſiue remiges) tui & guber
natores tui qui tenebant ſupellectilẽ tuã & populo tuo
præerant: uiriq; bellatores tui qui erant in te cũ uniuerſa
multitudine tua quæ eſt in medio tui: cadẽt in corde ma
ris in die ruinæ tuæ. A ſonitu clamoris gubernatorum
tuorum conturbabuntur claſſes: & deſcendent de na/
uibus

SEPTVAG. Char/
ran & Chana & Edne iſti
negociatores tui: Sabba,
Aſſur, & Chalman inſti/
tores tui, deferentes nego/
ciationem in Machalim,
& in Galima, hyacinthum
& polymita theſauros e/
lectos funibus colligatos.

Auſtro flante diſpereunt: qui ſignificantius Hebraice
עַרִים Græce καύσωρ interpretatur: quem nos in uentũ
urentem transferre poſſumus. De quo dicebat ſanctus
Dauid: Per diem ſol nõ uret te, neq; luna per noctẽ. Hoc Pſal.120.b
uento Iacob exuſtus erat: & tamen nõ cõtritus dũ loqui Gen.31.f
tur: Fui per diem exuſtus æſtu & gelu noctis. Illi quoq;
qui ab hora prima cõducti ſunt, totius dici calorẽ & æ/
ſtus tulerunt, & tamen accipiunt denarium: quia exuſti
ſunt & non cõtriti. Vnde & ſpõſa dicit in Cãtico: Nigra Can...b
ſum, ſed formoſa, quia deſpexit me ſol: ſiue ut melius in
Hebraico continetur, decolorauit me ſol. f ¶ Diuitiæ
tuæ &c.] Multi ita legunt: In corde maris diuitiæ tuæ &
theſauri tui, & multiplex inſtrumentũ tuum: ut omnes
Tyri diuitiæ & theſauri, uniuerſaq; ſubſtantia in corde
maris ſit poſita, & ſeculi fluctibus obruatur: nihilq; ha/
beant ſtabile habitatores eius atq; perpetuum: impleto
illo euangelico: Stulte, hac nocte auferent animam tuã Luc.12.c
à te: quæ autem præparaſti cuius erunt? Et illo apoſtoli/
co: Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & 1.Tim.6
muſcipulas multas, & trahuntur in profundum. Mani/
feſta eſt hiſtoria: & propterea ſingulis penè uerſiculis
breues ſentiolas coaptamus. Iam enim ad finem libri fe
ſtinat oratio. g ¶ Nautæ ſiue &c.] Remiges ſiue nau/
tas urbis Tyriæ, Sidonios legimus & Aradios de quib⁹
iam dictũ eſt, & iuxta æditionẽ Lxx. conſiliarios Bybli,
Hebraice appellatur גְּבַל uiros quoq; bellatores eius
Perſas, Lydos, & Libyas: qui omnes cadẽt, & eſſe nihili
monſtrabunt̃ cũ ciderit Tyrus, & uniuerſa gloria ei⁹
finẽ habuerit ruinarũ. Multitudinẽ aũt quã cõmixtionẽ
Lxx. trãſtulerũt, exceptis principib⁹ uulgus ſignificat:
qui abſq; nomine dignitatũ, ſimili iudicio conterentur.
Mixtaq; prophetia eſt inter urbẽ & nauẽ: ut ex altero al/
terũ intelligas: & tamẽ utrunq; ad cõſummationẽ ſeculi
pertineat, atq; in naufragium. b ¶ A ſonitu clamoris
gubernato. &c.] Quod autem ſequitur: Et radent ſuper

C tinet inſularum. Quæ tamen glorificatio, fuit aggraua/
tio poſſidentis, dum non potes moderate ferre diuitias:
quamq; & paupertatis ſæpe tentatio ſit. Vnde & Salo/ Pro.30.b
mon neceſſaria tantũ poſtulat: & diuitias & paupertatẽ
pariter deteſtatur: ne
in altero ſuperbia, in
altero ſubrepat impa/
tiẽtia atq; mendaciũ.
d ¶ In aquis multis
&c.] Supra remiges
Tyriæ ciuitatis Sido/
nios legimus & Ara/
dios: quorũ alteri ue/
natores, alteri inter/
pretantur deponen/
tes. Venant̃ enim eo/
rum animas, quos in
ter ſeculi huius fluct⁹
ſuo ducunt arbitrio,
& non ad excelſa ſub
leuant, ſed in profun
da demergunt: nec i/
mitãtur eos qui uſq;
ad matutinam uigili
am nauigantes, frege
rũt inſanos maris flu
ctus, & dominum ſal
uatorẽ ſuſcipere me/
ruerunt: ſtatimq; tali
uectore & comite per
uenerunt ad portum
quietis. De quo in e/ Mat.14.c
uangelio plenius ſcri
bit̃. e ¶ Ventus Au D
ſter contriuit te &c.]
Omnes diuitiæ Tyri

A te caluitium & accingentur cilicijs: & plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo, & assument super te carmen lugubre & plangent te. In Lxx. non habetur, sed de Theodotionis æditione additum est. Quãdo Tyrus ceciderit, gubernatores illius turbabuntur, descendentq; de classibus: & remiges uectoresq; ac proretæ siue nautæ: & uniuersi gubernatores maris iactati fluctibus, stabili aliquando cõsistent gradu: & eiulabunt super ea uoce magna quã prius suis locupletabant mercibus: & mentis amaritudinem clamore signabunt: puluerẽ quoq; siue terram iaciẽt super capita sua, pro terrenis operibus agentes pœnitẽtiam.

Num.19.b Et cinere conspergẽtur uel uitulæ iuxta legem, ut purificentur: uel certe substernent cinerem sibi, iuxta illud quod dicitur ad

Hier.6.g Hierusalẽ: Sparge terrã super caput tuum, & cinerẽ substerne tibi & fac plãctum. Et

B in euangelio scriptũ

Luc.10.c est: Si in Tyro & Sidone facta essent signa hæc, olim in sacco & cinere egissent

Psal.101.b pœnitentiã. Et psalmista dicit: Cinerem quasi panẽ manducaui. Radentq; super Tyro caput, & facient caluitiũ: quod in luctu fieri solet, eo tẽpore quo magnitudo doloris omnẽ excluserit

Matt.10.d Luc.6.c Iudic 16.e lætitiã. Apostolorũ uero capilli numerati erant: quia crinẽ suũ instar Nazarenorũ domino cõsecrarant. Et Samson q; diu crines habuit, possedit fortitudinẽ: ablata uero cæsarie, captus est ab allophylis. Quãdo autem dicitur, & accingentur cilicijs: uetus lumborũ libido dãnatur: ut qui uixerant in delicijs, postea pœnitẽtes uiuant in austeritate atq; duritia. Niniuitæ habuere saccos. Et

Ionæ 3.b Ioel.1.b Eccl.7.a iterũ ad Hierusalẽ dicitur: Plange ad me quasi spõsa accincta cilicio super uirũ suũ uirginalem. Et plorabunt te inquit, in amaritudine animæ ploratu amarissimo. Melius est enim ingredi in domũ luctꝰ q; in domũ cõuiuij: ut plãgant Tyrũ, & carmen lugubre cõgeminent: quod sequens scriptura subiungit. Vt aũt sciamus profectum esse eorũ qui plangant ruentẽ, & qui prius in maris corde & in medio illius uersabantur, prophetæ nos doceat exemplũ: qui & ipse plangere iubetur Tyrũ: ut expleto tẽpore pœnitentiæ, restituatur in antiquũ statũ & assumpta cithara dño psonet. Lege Esaiã. Quidã ridicule, sed tamẽ quod legimꝰ est dicendũ: gubernatores episcopos hæreticorũ, cõsiliatores presbyteros, proretas archidiaconos, remiges atq; nautas diaconos interpretantur: uectores uero ad cunctum populum referunt: quod si addidissent nauclerum diabolũ, implessent tragœdiam. Qui omnes eiulabunt pariter & flebunt amarissime, & agent pœnitentiam, postq; naufragium senserint nauis suæ, & in terra steterint: omnemq; decorẽ falsi nominis scientiæ amiserint: & pro gaudio atq; lætitia, in cordis amaritudine pœnitentiam mœrore signauerint.

a ¶ Quæ est ut Tyrus quæ obmutuit &c.] Gubernatores, remiges, proretæ, atq; uectores, in planctu Tyri ista memorabunt, quæ alia ciuitatum ita cõticuit, ut loquendi fiduciã nõ haberet: & audiret illud euangelicũ: Tace, & obmutesce. Et de psalmis: Peccatori autẽ dixit deus: Quare tu enarras iusticias meas: & assumis testamentũ meum per os tuum? Quãtis mercibus ò Tyre ditata es? Et quid tanto labore quæsisti, ut diebus ac noctibꝰ peritura naufragio congregares? Implesti quidem populos multos: & opibus tuis locupletasti reges: de quibus scriptum est: Astiterũt reges terræ: & principes conuenerunt in unũ, aduersus dñm & aduersus Christũ eius. Sed nunc cõtrita es in mari, & in aquarũ profundis: iuxta illud q; de Pharaone scriptum est: Currꝰ Pharaonis, & fortitudinẽ eius prõiecit in mare. Qui dimersus est in profundũ quasi lapis, & dicere poterat: Veni in profundũ maris: & tempestas demersit me. Omnes insulæ uel habitatores insularum, quæ seculi huius fluctibus uerberantur, stupebunt super te: & reges earũ tẽpestate perculsi, sentient interitũ suũ: imi tantesq; uocẽ colubri, sibilabunt & dicent: Ad nihilum deducta es, siue facta perditio es: ut nõ naturã perditionis habueris, sed uoluntatẽ. Et nõ eris. Quod si hucusq; dixisset, magna quæstio nasceretur: quomodo nõ esset, quã nunc uidemus extructã. Sed ex eo quod sequitur: Vsq; in seculũ, unius seculi tempus ostendit, quod iuxta ætatem hominis annorum septuaginta circulo supputatur. Siue non eris deo, dicente Apostolo: Qui uocauit ea quæ non erant. Et Esaia propheta: Ecce confundẽtur & erubescent omnes aduersarij tui: Erunt enim quasi non sint. Et Hester iuxta Septuaginta interpretes: Ne tradas sceptrum tuum his qui non sunt. Et in psalmo: Dimitte mihi ut refrigerer prius q; abeam, & amplius non ero. Quæ testimonia quo sensu accipienda sint, supra diximus. Omnia autem hæc ad hæreticorũ possumus referre personã: qui in cõtritione Tyri atq; naufragio, sentiẽt errorẽ suum: & in medio maris positi, liberare suas animas concupiscent: plangentq; male diuitias congregatas, quibus multos ditauerant reges: patriarchas uidelicet suos, & uulgus ignobile: quorum opes in medio corruent mari. Habitatores quoq; omniũ insularum (si tamen uoluerimus ad bonam partem referre quæ dicta sunt) obstupescent super cõtritione Tyri, & reges insularũ omniũ: uel ipsi quasi tẽpestate perculsi, mutabunt uultus: uel certe cordis mœrorẽ fletu & lachrymis indicabunt: stuporisq; magnitudinẽ, admiratione & sibilo testabũtur: quomodo nihili facta sit & perierit, quæ salutem multis gentibus promittebat. Et ultra non erit, nequaq; certo tẽpore, ut ἀιώνια interpretemur, in seculo, sed in perpetuũ: quia idẽ sermo utrunq; significat.

Ezech.28.a Psal.49.c Ibi.44.a Exod.15.c Psal.68.d Psal.14.b Rom.4.c Esa.41.c He.14.c Psal.38.c

Commentarij octaui in Ezechielem prophetam finis

A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN NONVM C

commentariorum Ezechielis ad Euſtochium proœmium.

COnſequens erat filia Euſtochium, ut prophetiam Tyri & principis Tyri, uno uolumine comprehenderem: & tam locis q̄ uaticinatione coniunctos, nequaquàm librorum ordine ſepararem. Sed quia plura ſunt quæ dicuntur, & modum prolixitatis excedunt: ideo in nonum librum dilata eſt explanatio: quam orationibus tuis omniumq̄ ſanctorum, ad calcem credimus peruenturam: ut contra Pharaonem quoq; & uniuerſam Aegyptum, quæ in Ezechiel ſcripta ſunt, diſſeramus. Quæ & ipſa nobis longitudine ſui, in librum decimum diuidenda ſunt: quo & uoluminum inter ſe menſura ſeruetur: & diuiſus dictantis ſcribentisq̄ & legentis labor reſpiret in partibus.

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam liber nonus.

ET factus eſt &c.] Vbicunq; iuxta Lxx. ſecūdo ponitur, dominus, dñs: primum nomen Tetragrāmatō eſt: qđ proprie ad deum pertinet, & ineffabile dicitur: ſecūdum cō/mune, quod ſæpe in hominibus inuenit̄. Quomodo autē Tyriæ urbis ſub figura nauis, primum diuitiæ, deinde ruina plāctuſq̄ deſcriptus eſt: ſic ad principem Ty/
B ri primum ſermo fit prophetalis, quod erectus ſit per ſuperbiam: nec bene abuſus opibus quas habebat: deinde luctus & lamētatio, de quātis bonis ad mala quanta peruenerit. Primū igitur prima dicēda ſunt. Scriptū eſt in Eſaia ad regem
Eſa.14.d Babylonis Nabucho donoſor, quod ſe dei potentiæ coæquarit: & in tātam elatus ſit arrogantiam, ut auderet dicere: Super ſydera cœli aſcendā, & ero ſimilis altiſſimo. Præcipitatusq̄ de ſolio meruit audire: Quomodo cecidit Lucifer, qui mane oriebatur? Et de Pharaone in hoc eodem propheta:
Infrà 29.d Mea ſunt flumina, & ego feci ea. Et de principe Tyri, quod elato corde dixerit arroganter: Deus ego ſum, & in cathedra dei ſedi: ſiue in habitaculo dei habitaui: cū ſit homo, & non deus. Quæ quanquàm uideantur uires humanæ fragilitatis excedere: & nō tam hominum uerba eſſe quàm inſanientium dæmonum: tamen Hyperbolen debemus accipere, quod intantum intumuerint & neſcierint menſuram ſuam: ut elati felicitate ſeculi & regni potentia, dum præſentia bona putant eſſe perpetua, homines ſe eſſe neſcierint: & æternum ſibi imperium uindicarint. Licet ſub typo principum, regum, & ſingularum urbium, uel prouinciarum, poteſtates ad
Epbe.6.b uerſariæ demonſtrentur: de quibus ſcribit & apoſtolus Paulus: Non eſt nobis pugna aduerſus carnem & ſanguinem: ſed contra principes & poteſtates rectoresq̄ tenebrarum iſtarum, & ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Et in alio loco: Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam uero non mundi huius neque principum ſeculi iſtius, qui deſtruuntur. Et iterum de ſapiētia diſputans, ait, quam nullus de principibus huius mundi cognouit. Si enim cognouiſſent, nūquàm dominum gloriæ crucifixiſſent. In Danielis quoque prophetia perſpicue legitur: Princeps Iſraelitici populi Michael: & princeps Græciæ, princepsq; Perſarum. Et Moyſes apertius ſcribit in Deuteronomij canti
D co: Quando diuidebat altiſſimus gētes, & diſſeminabat filios Adam: conſtituit terminos nationum iuxta numerum angelorum dei: ſiue ut melio habetur in Hebraico, iuxta numerum filiorum Iſrael. Et facta eſt pars domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius in Iſrael. Nec mirabimur in parte contraria peſſimos reges in typo præuaricatorum præcedere principū: cum optimos reges Dauid, & Salomonem, & Ioſiam, & patriarchas, ac prophetas in figura domini

Cap. XXVIII.

ET factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis, dic principi Tyri: Hæc dicit dominus deus: Eo quod eleuatum eſt cor tuum, & dixiſti: Deus ego ſum, & in cathedra dei ſedi in corde maris: cum ſis homo, & non deus: & dediſti cor tuum quaſi cor dei: ecce ſapientior es tu Daniele? Omne ſecretum non eſt abſconditum à te. In ſapiētia & prudentia tua feciſti tibi fortitudinem: & acquiſiſti aurum & argentum in theſauris tuis. In multitudine ſapientiæ tuæ, & in negociatione tua multiplicaſti tibi fortitudinem: & eleuatum eſt cor tuum in robore tuo. Propterea hęc dicit

ET factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Et tu fili hominis, dic principi Tyri: Hæc dicit dñs deus: Pro eo qđ exaltatum eſt cor tuū, & dixiſti: Deus ego ſum, habitationem dei habitaui in corde maris: tu autē es homo, & nō deus: & dediſti cor tuum quaſi cor dei: nūquid ſapientior es Daniele? Sapientes non erudierunt te diſciplina ſua: nunquid in eruditione tua aut prudentia tua feciſti tibi fortitudinē: & feciſti aurū & argētū in theſauris tuis: aut in multa eruditiōe tua, & negociatione tua multiplicaſti fortitudinē tuam? Elatū eſt cor tuū in fortitudine tua: propterea hæc dicit

ſaluatoris præceſſiſſe doceamus. Igitur iuxta utranque intelligentiam, regum pariter ſuperborum & apoſtatarum principum, quæ ſcripta ſunt diſſeramus. Ait ergo: Licet in medio maris & inſulæ tenearis anguſtijs, plus dicam, cum ſis homo, & humanæ carnis fragilitate circundatus tumore cordis elatus, in ſolio dei, in cœlis te habitare arbitratus es. Simulq; quia iactas ſapientiam, intantum ut regni tui homines, Salomonem ænigmatibus prouocarent: nunquid ſapiētior es Daniele, qui dei gratia uicit omnes magos & hariolos & nūc in Babylone ſapiētiſſimo eſt: Siue ita intelligendū: Etiā ſi ſapiētior ſis Daniele, qui omniū cōfeſſione ſapiētiſſimus eſt: & diuitiarū ac potentiæ magnitudine dei te cupias potentiæ coæquare: tamen capieris ab aduerſarijs: & urbe perdita, multis cōfodieris uulneribus: & ultra nō dices: Deus ego ſum: ſed doctus interitu, hominē te eſſe cognoſces, non

A non deū. Sin autem uoluerimus principē Tyri eandē dicere po testatē, cui à deo tra dita est ipsa ciuitas si ue prouincia, illud as sumam⁹ testimoniū. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omes. Vos autem sicut homines moriemini, & sicut u nus de principib⁹ ca detis. Traditæ enim illis sunt ad regendū prouinciæ, quasi iu dicibus ab imperato re. Qui obliti honorē suum ex alterius ius sione pēdere: qualis nuper Heraclian⁹ in Africa fuit: erecti sūt mente tyrannica cō tra regem & dominū suum: ut in toto orbe dispersi, sub nomini bus idololatriæ, deo rum sibi nomina as sumerent: & inflati su perbia, in iudicium diaboli inciderent & laqueum. De quo & saluator locutus in euangelio est: Vidi sa B tanā quasi fulgur ca dentem de cœlo.

a ¶ Et factus est ser mo domini ad &c.] Quia diximus, qui sit princeps Tyri: & quomodo corruerit per superbiā, lamen tatiōes eius super pri stina gloria cognosca mus. Primum cōmo netur quid fuerit, ut doleat se perdidisse quod habuit. Tu, in quit, signaculū simili tudinis: iuxta illud quod proprie de sal uatore dicit Ioannes euāgelista: Hunc em deus signauit pater. Et de hominibus: Si gnauit, quoniā deus uerax est. Et in psal mis: Signatum est su per nos lumen uult⁹ tui domine. Et in alio loco: Chariſſimi, nūc filij dei sumus: & nec dum apparuit quid futuri sumus. Scim⁹ quoniā cū apparue rit, similes ei erimus. Vnde & ad deum di citur: Quis similis e rit tibi? Aliud est em similitudo, aliud æ qualitas. Vnde sæuis sima hæresis est, quæ in Christo tātum pa

Psal.81.a
Luc.10.c
1oan.6.c
ibi.2.d
Psal.4.b
1.1oan.3.a
Deut.33.d

HEBRAEI, dicit do minus: eo quod eleuatum est cor tuum quasi cor dei: idcirco ecce ego adducam super te alienos robustis simos gentium: & nuda bunt gladios suos super pulchritudinem sapien tiæ tuæ: & polluent deco rem tuum. Interficient & tradent te, & morieris in interitu occisorum in cor de maris. Nunquid dicens loqueris: Deus ego sum coram interficientibus te, cum sis homo & nō deus, in manu occidentium te? Morte incircunciso rū mo rieris in manu alienorum: quia ego locutus sum, ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, le ua planctum super re gem Tyri, & dices ei: Hæc dicit dominus deus: Tu signaculum similitu dinis, plenus sapientiæ, & perfectus decore: in de licijs paradisi dei fuisti. O mnis lapis precios⁹, ope rimentum tuum: sardius, topazius, & iaspis, chry solithus, onyx, & berillus, sapphirus, carbunculus, & smaragdus. Aurum o pus decoris tui: & fora mina tua in die qua con ditus es, præparata sunt. Tu cherub extētus & pro tegens: & posui te in mon te sancto dei. In medio la pidum ignitorum ambu lasti: perfectus in uijs tuis à die conditionis tuæ: do nec inuenta est iniquitas in te. In multitudine ne gociationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquita te: & peccasti: & eieci te de monte

SEP. dicit dns deus. Quia dedisti cor tuū q̄si cor dei: ꝓpter hoc ecce ego addu cā super te alienos pestilē tes de gētibus: & euagina būt gladios suos in te sup pulchritudine doctrinæ tuæ: & humiliabūt pulchri tudinē tuā in perditiōe: & deducēt te, & disponēt te: & morieris morte uulnera torū in corde maris. Nun quid loquēs dices: Deus e go sum, in cōspectu interfi cientiū te? Tu aūt es homo & nō deus in multitudine uulnerantiū te. Mortibus incircūciso rum morieris, in manibus alienorū: ꝙa ego locutus sum, dicit adonai dns. Et fact⁹ est sermo dni ad me, dicēs: Fili hominis, sume planctū sup principē Tyri, & dices ei: Hæc dicit dns deus: Tu signaculū si militudinis, plen⁹ sapiētia, & corona decoris: in deli cijs paradisi dei fuisti. O mni lapide bono circūda tus es: sardio & topazio, & smaragdo, & carbūculo, & sapphiro, & iaspide, & ar gēto, & auro, & ligurio, & achate, & amethysto, & chrysolitho, & berillo, & onychino, & auro replesti thesauros tuos: & horrea tua in te: à die qua cōditus es parauerunt cū cherub uncto à deo, & habitāte in tabernaculo: & dedi in mō te sancto dei: factus es in medio lapidum ignitorū. Fuisti immaculatus in die bus tuis à die qua creatus es donec inuentæ sunt ini quitates in te: à multitudi ne negociatiōis tuæ reple sti cellaria tua iniqtate, & peccasti: & uulneratus es à monte

tris similitudinē con C fitetur, aufert naturā. Nos autē in filio non solum similitudinem dicimus, sed æquali tatem. Propterea em eum persequebantur Iudæi: quia non solū soluebat sabbatū, sed & æqualē se faciebat deo. Vbi autē æqua litas est, ibi eadem na tura unaq̄ substātia. Hoc est illud quod de similitudine loq tur & Apostolus: Fi lioli mei quos iterum parturio: donec Chri Gal.4.c stus formetur in uo bis: ut recipiatis ui delicet similitudinē eius, quam uestro ui tio ꝓdidistis. Et quia in Latinis codicibus pro signaculo, resi gnaculū legitur: dū κακοζήλως uerbū è uer bo exprimēs, qui in terpretatus est iuxta Lxx. translationem ἀποσφράγισμα, id est re signaculum posuit. Vnde quidā sic intel ligūt, q̄ signaculum D dei & figurā quæ ue lut ī cera mollissima expressa sit rex Tyri resignauerit atq̄ per diderit: ut pro signa culo fecerit resigna culum: nequaquam habens imaginem & similitudinem dei: iu xta quam & primus homo cōditus est, di cente deo: Faciamus hominem ad imagi Gen.1.c nem & similitudinē nostram. Et notandū quod imago tunc fa cta sit tantū, similitu do in Christi baptis mate compleatur. Et cōsequenter ei cui di ctum est: Tu signacu lū similitudinis, iun gitur: plenus sapien tia, perfectus decore: siue corona decoris. Vbi enim similitudo dei est, ibi & plenitu do sapiētiæ, & perfe ctus decor: siue quasi diuersis floribus or nata & cōposita coro na uirtutū, quā pro prio studio auget dili gēs, dū naturæ bonū nutrit industria, & ne gligēs minuit: iuxta illud q̄ in Prouer bijs sub figura mulie

ris pul

A ris pulchræ,& male moratæ dicitur:Sicut inauris in na/
Prou.11.c ribus porcæ,ſic mulieri male moratæ pulchritudo. Se/
quit:in delicijs paradiſi dei fuiſti:pro ꝙ in Hebraico ha/
betur: in בעדן quod & Geneſeos narrat hiſtoria.Eden
aũt uertit in delicias. Et pulchre ad diſtinctionẽ paradi
ſum dei nominat:ut oſtẽdat eſſe & contrariũ paradiſum
nõ dei,apud eos qui ueritatẽ mutant mendacio: & para
diſum habere ſe iactant. Quo ſermone demonſtrat, ne/
quaq̃ hominẽ eſſe de quo ſcribitur: ſed contrariã forti/
tudinem,quæ quondam in dei paradiſo cõmorata ſit:li
cet Iudæi hoc per πόπον quæ appellatur ὑπερβολὴν, de Hi/
ram rege Tyri exiſtimẽt prophetari. Cui aũt dicitur: In
delicijs paradiſi dei fuiſti, ſiue factꝰ es:quid habuerit o/
ſtendit: quid ue perdiderit.Porrò ꝙ habitatiõi paradiſi
copulatur,omnis lapis præcioſus operimentum tuum,
ſiue colligatio tua, & circũdatio,ſardius,topazius,& ia/
ſpis,chryſolitus,& onyx,& berillus,ſapphirus & carbũ
culus, & ſmaragdus: ſiue ut in Lxx. diuerſo ordine nõ/
minibuſq̃ alijs,duodecim lapides cõtinentur.Hoc ob/
ſeruandũ eſt, non omni lapide precioſo regẽ Tyri fuiſſe
circundatũ,ſiue opertũ:& ut Symmachus trãſtulit,uin/
ctum atq̃ cõſtrictum : ſed omnẽ lapidem quem habuit
princeps Tyri fuiſſe precioſum. Alioqn multi ſunt pre/
cioſi lapides,quos in præſenti loco ſcriptura non nomi
nat:chalcedonius, ſardonyx,chryſopraſus, hyacinthꝰ,
cryſtallus quoq̃ & precioſiſſimum margaritum. Sed &
Aquila & Symmachus ac Theodotio in præſenti loco
multum inter ſe,& Lxx.interpretes:non ſolum ordine,
ſed & numero diſcrepant atq̃ nominibus. In Apocaly/
Apo.21.e pſi quoq̃ Ioannis, ubi de uiuis lapidibus Hieruſalẽ ex/
tructa memoratur,paululum in extremis partibus ordi
ne cõmutato, ijdem in fundamentis eius ponũtur lapi/
B des:ita ut portæ illius cryſtalli lumine ſcribantur ædifi/
catæ.Sed & in pectore põtificis,per quatuor ordines in
exod.28.b rationali idem lapides deſcribuntur: & in humeris eius
duo lapides onychini: in quibus duodecim patriarcha
rũ ſcripta ſunt nomina:quos uerus põtifex, de quo ſcri
pſal.109 ptũ eſt:Tu es ſacerdos in æternum, ſecũdum ordinem
Melchiſedek,portat in pectore,portat in humeris:ut in
duodecim lapidibus apoſtolorũ numerum & in duobꝰ
utriuſq̃ teſtamenti ſacramenta demõſtret: quorũ unus
1.Ioh.13.c Ioannes euãgeliſta recubuit in pectore eius,ut hauriret
fluenta ſapientiæ,& poſſet dicere: In principio erat uer/
bum & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ:hoc e/
rat in principio apud deũ. Iſti ſunt uiui lapides de qui/
bus ædificatur eccleſia, & de quibus ſcribit apoſtolꝰ Pe
1.Pet.2.a trus:Si crediditis,quia ſuauis eſt dñs:ad quẽ acceden/
tes lapidẽ uiuentẽ, ab hominibus quidem reprobatũ, à
deo autem electũ, honorabilem: & ipſi ſicut lapides ui/
uentes ædificamini domus ſpirituales in ſacerdotiũ ſan
ctũ,offerre ſpirituales uictimas, placẽtes deo per Ieſum
Eſa.28.d Chriſtũ:quoniã dicit ſcriptura:Ecce ponã in Sion lapi/
dem angularẽ,electũ,precioſum : & qui credit in eo, nõ
cõfundetur.Super quo & uas electiõis pari uoce cõſen/
1.Pet.2.d tit,dicens:Superædificati in fundamento apoſtolorũ &
prophetarũ, ipſo angulari lapide Chriſto Ieſu dño no/
ſtro:in quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in tẽplũ
Zach.9.d ſanctũ dei.Hi ſunt lapides,de quibus & in alio loco legi
mus: Lapides ſancti uoluũtur ſuper terrã inſtar rotarũ,
Iſa.54.c paululũ tangentes humum, & uolubilitate ſua ad cœle/
ſtia feſtinãtes. De quibus & ſcriptura cõmemorat: Ecce
ego præparo carbunculũ lapidem tuum: & fundamẽta
tua ſapphirũ:& ponã propugnacula tua iaſpidẽ:& por/
tas tuas lapide cryſtallo:& murum tuum lapidibus ele/
ctis:& omnes filios tuos doctos à deo,& in multa pace fi
lios tuos:& in iuſticia ædificaberis.Super quo quid no/
bis uideretur in eiuſdẽ prophetæ explanatiõibus dixi/
mus,De huiuſcemodi lapidibus & xx. pſalmus canit:
Dñe in uirtute tua lætabitur rex: & ſuper ſalutare tuum
exultabit uehemẽter. Deſideriũ animæ eius tribuiſti ei:
& uoluntate labiorũ eius nõ fraudaſti eũ. Quoniã præ/
ueniſti eũ in benedictiõibus dulcedinis:poſuiſti in capi

te eius coronam de lapide precioſo.Iſtæ ſunt margaritæ C
prophetarũ & apoſtolorum, quæ cõparatiõe Chriſti o/
mnes uenundanꝰ in euangelio,ut ematur precioſiſſimũ
Mat.13.f margaritũ:& lapis de quo Zacharias ſcribit: ꝙ ſeptem
Zach.3 & 4. habeat oculos,id eſt ſeptẽ gratias ſpiritus ſancti.Lege E/
ſaiã.Et ponitur per apoſtolũ Paulũ in fundamẽto eccle/
1.Cor.3.c ſiæ:ſuper quo ædificẽtur aurũ, argentum,& lapides pre
cioſi:quorũ colores atq̃ naturas & efficiẽtias ſingulorũ,
nõ eſt huius tẽporis diſſerere, ſed propriũ uolumẽ deſi/
derãt:ita ut in Ezechiel,& in Exodo,& in Apocalypſi &
in Eſaia,ſibi omnes lapides & lapidũ ordines cõparati,
magnã & legẽti & diſſerẽti faciant quæſtionẽ.Super qui
bus & uir ſanctus Epiphanius epiſcopus,propriũ uolu
mẽ mihi præſens tradidit.Et xxxvij.liber Plinij Secun/
di,naturalis hiſtoriæ, poſt multiplicẽ omniũ rerum ſciẽ
tiã,de gẽmis & lapidibus diſputat.Ad quorũ noticiam,
diligẽs à nobis mittẽdus eſt lector.Porrò Symmachi in
terpretatio,iſtũ principẽ Tyri,quaſi precioſiſſimũ moni
le lapidibus ſcribit eſſe diſtinctũ.Deniq̃ auri tympanũ
uocat:in quo infixi ſint lapides. Vnde & iuxta Hebrai/
cũ ſequit:Aurũ ορus decoris tui : & foramina tua in die
qua conditus es,præparata ſunt. Pro quo poſuere Lxx.
Auro repleſti theſauros tuos & apothecas tuas, ad ſen/
ſum mentẽq̃ referẽtes: ꝙ cogitatio eiꝰ,diuinis patuerit
ſacramẽtis: & congregauerit ſibi diuitias ſpirituales:de
quibus dñs præcepit: Theſaurizate uobis theſauros in
Mat.6.c cœlo:ubi nec erugo,nec tinea demolitur:nec fures effo/
diũt & furanꝰ.Vbi eſt enim theſaurus tuus,ibi eſt & cor
tuũ. Iſte eſt theſaurꝰ abſcõditus:de quo & in euãgelio lo
quitur:Simile eſt regnũ cœlorũ theſauro abſcondito in
agro:quẽ qui inuenerit, abſcõdit:& præ gaudio ſuo ua/
Ibi.13.f dit & uẽdit omnia quæ habet & emit agrũ illũ. Apothe/
D cæ aũt ſunt ſiue horrea, de qbus in alio loco ſcriptũ eſt:
Deut.28.a Benedictæ apothecæ tuæ & reliquiæ tuæ.Poſt hæc dicit
iuxta Hebraicũ Tu cherub extẽtus & protegẽs,ſubaudi
tur arcã dei & propiciatoriũ:uel iuxta Lxx. ꝙ ipſe cum
cherub unctus ſit & creatꝰ.Ex quo oſtẽditur ad hominẽ
urbis Tyriæ principẽ hoc pertinere nõ poſſe:ſed ad ſan
ctam quondã & præcipuã fortitudinẽ,quæ urbis Tyriæ
princeps poſita ſit.Et poſui te, inqt in monte ſancto dei:
2.Cor.12.a haud dubiũ quin paradiſum ſignificet:ad quẽ poſt cœ/
lum tertiũ Paulus apoſtolꝰ raptum eſſe ſe dicit. Cherub
aũt genere maſculino,numero ſingulari & plurali dicũ/
tur cherubim,qui interpretãtur ſcientiæ multitudo:ſup
quibꝰ requieſcit,& ſedet deus:& hoc curru utitur, dicẽ/
te prophꝰeta ad eũ: Qui ſedes ſup cherubim,manifeſta/
Pſal.79.a re.Et in alio loco: Aſcẽdit ſuper cherubim & uolauit: uo
Ibi.17.b lauit ſuper pẽnas uentorũ. Iſte aũt cherub, ſiue creatus
cũ cherub,extẽtus & protegẽs ſacramẽta, poſitus eſt in
mõte ſancto dei:de quo crebro diximus. Et Paulus apo
ſtolus loquitur, ſi quis tamẽ ad Hebræos epiſtolã ſuſci/
Hebr.12.f pit: Acceſſiſtis ad Sion montem & ciuitatẽ dei uiuentis
Hieruſalẽ cœleſtem,& milia angelorum. Vel certe mõs
ſanctus dei,paradiſus (ut diximus) intelligẽdus eſt. Am
bulauit quoq̃ in medio ignitorũ lapidũ:de quibus ſcri/
Pſal.103.a ptum eſt:Qui facit angelos ſuos ſpiritꝰ: & miniſtros ſu/
Deut.4.d os ignem urentem. Et nõ ſolum deus qui uocatur ignis
conſumens,fœnum,ligna,ſtipulamq̃ conſumat: ſed &
angeli qui uocantur igniti lapides, ſpirituq̃ feruentes.
Luc.12.f Vnde & dominus:Ignem,inquit,ueni mittere ſuper ter
ram:& quàm uolo ut ardeat. Quodq̃ ſequitur:Perfectꝰ
in uijs tuis à die conditionis tuæ: pro quo poſuere Lxx.
Fuiſti immaculatus in diebus tuis à die qua cõditus es,
donec inuenta eſt iniquitas in te:oſtẽdit omnem creatu
ram bonã à deo conditã, & perfectam habuiſſe uirtutẽ:
& per hoc principẽ quoq̃ Tyri fuiſſe immaculatũ:ut de
inceps macula non naturæ ſit, ſed uolũtatis. Donec in/
uenta eſt iniquitas in te.Inuenta à deo,quæ in theſauris
pectoris tui per ſuperbiã & abuſionem poteſtatis quã
acceperas,tenebaꝰ incluſa.In multitudine quoq̃ nego/
ciatiõis eius repleta ſunt interiora illiꝰ,ſiue cellaria iniq/
tate.Dũ enim multa cõquirit, & nõ eſt cõtentus ſcientia

quam

A quam acceperat, nec potestate cui præpositus erat, reple
uit cellaria & interiora pectoris sui: ut saturat⁹ & incras/
satus calcitraret contra creatorẽ suũ. Manducauit enim
Iacob, & saturatus est: & recalcitrauit dilectus, incrassa/
Deut.32.b tus & impinguatus & dilatatus: & dereliquit deũ qui fe
cerat eum. Et de cor/
de procedunt cogita/
tiones pessimæ: pro/
pter quas dicit deus:
Peccasti, & eieci te de
mõte dei, siue uulne/
ratus es à monte dei:
quod legentes, time/
re cõpellimur. Si em̃
cherub extẽtus & p/
tegens positus in mõ
te sancto dei: & in me
dio ignitorũ lapidũ
perfectus & immacu
latus, propter multi/
tudinẽ negociatiõis
repleuit interiora sua
iniquitate: & pecca/
uit, & iect⁹ est de mõ
te dei, hoc est, de habi
tatione paradisi: siue
uulneratus à monte
B dei, q̃ pspicue Chri/
stus intelligit: aut cer
te in monte dei cõsti/
tutus & habitãs, à se/
metipso uulneratus
est: & cõscientiæ com
punctus malo, dũ se
intelligit habitatione
mõtis indignũ, quid
de nobis existiman/
dũ est? Propter quod
dicitur ei: Et perdidi
te ò cherub, protegẽs
de medio lapidũ igni
torum: ut nequaq̃ in
ter ignitos lapides consisteres, sed perires. O ipse Che/
rub, siue Cherubim qui te protegebat: eduxi te de me/
dio lapidum ignitorum: iuxta illud quod & de Adam
Gene.3.d scriptum est: Eiecit Adã, & cõstituit eũ cõtra paradisum
deliciarum, Causasq̃ reddit, cur eductus sit siue proie/
ctus de medio lapidum ignitorũ. Eleuatũ est enim cor
tuũ in decore tuo: dũ tuũ putas esse quod dei est. Vnde
2.Cor.12.b & Apostolus, stimulũ carnis & angelũ satanæ accepisse
se dicit, qui eũ collaphizaret, ne reuelationũ magnitudi
ne superbiret: & in iudiciũ incideret diaboli. Et idcirco
corrupta est, inquit, doctrina tua cũ decore tuo, siue per
didisti sapientiã tuã in decore tuo: ut dũ plus uis esse, q̃
cõditus es: & magis sapere, q̃ à deo acceperas: etiam id
perderes quod habebas: & pro pulchritudine atq̃ do/
ctrina, deformitas te & stulticia possideret. Vnde in ter/
ram proiectus es, qui ante habitabas in monte dei. De
quo & Esaias scribit: Quomodo cecidit lucifer qui ma/
Esa.14.c ne oriebatur? Et saluator in euangelio: Videbã, inquit,
Luc.10.c satanam quasi fulgur de cœlo cadentẽ. Quod & Hiere/
Treno.2.a mias loquitur ad Hierusalẽ. Quomodo obscurauit dñs
in ira sua filiã Siõ: proiecit de cœlo in terrã gloriã Israel?
Proiectus es aũt in conspectu omniũ regũ, ut tuo terrerẽ
Pro.21.a tur exẽplo: uel bonorũ regũ, quorũ cor in manu dei est:
uel malorum quorum regna ostendit diabolus saluato/
Matt.4.a ri: qui occurrerunt regi Babylonio, dicẽtes: Et tu captus
es sicut nos: atque inter nos reputatus es. Quamobrẽ &
polluit sanctificationẽ suam quã habuerat, quando ha/
bitabat in monte: & cõuersabatur in medio ignitorum
lapidum. Sequitur: Producam ignem de medio tui qui
deuoret te. Istum ignem in Tyri regis corde succende/

rat ille cuius ignita sunt iacula: & de quo scriptum est: C
Omnes adulterantes quasi clibanus corda eorum. De
quo igne loquitur & Esaias: Ambulate in lumine ignis Osee.7.d
uestri: & in flamma quã succẽdistis: ut foras egrediens,
Esa.50.d deuoret possidentem: iuxta illud quod in eodem Esaia
scriptum est: Deuora
uit sicut fœnum ma/ Esa.1.g
teriam. In die illa ex/ & 5.f
tinguentur mõtes: &
colles, & saltus: & de/
uorabit ab anima us/
que ad carnes. Hunc
ignem qui alien⁹ ap/
pellatur, Nadab &
Abiu ad altare domi
ni obtulerãt: & idcir/
co diuino igne con/
sumpti sunt. Vnde & Leui.10.a
Moyses ait: Hoc est
uerbum quod dixit
dominus: in his, qui
appropinquant mi/
hi, sanctificabor. San
ctificatio autẽ dei est,
pœna peccãtiũ. Post
hæc dicitur: Et dabo
te in cinerem: ut om/
nia quæ superædifi/ D
casti, malæ conscien/
tiæ tuæ ignis absu/
mat. Qui cum debue
ras requescere in sab/
bato, & nequaq̃ op⁹
facere seruile: ligna in
sabbato collegisti: ut
haberet quod in pe/
ctore tuo deuoraret
incẽdiũ. Perdet quo/
que omnia mala ope
ra cõuertens in cine/
rem: ut ignis noxius
penit⁹ extinguatur:
ut omnes conspiciant & obstupescant perisse regem Ty
rium, & nihil factũ esse: nõ in multis seculis, sed in uno:
uel certe in perpetuum: ut impleatur illud quod scriptũ
est: Non parcam tibi, & non miserebor. Solent Hebræi
inter cæteras fabulas suas & genealogias atq̃ intermi/
nabiles quæstiones, hæc contra Hirã regẽ Tyri dicta in/
telligere, cum à Salomone usq̃ ad Ezechielẽ anni sint
plurimi: quos eo tẽpore homines non uixisse perspicuũ
est: & sic pronũciare, quasi per ironiã propheta ad eum
loquatur: Nunquid tu es signaculum similitudinis dei,
plenus sapiẽtia, & perfectus decore: tu cunctis ornatus
lapidibus: tu cherub, uel creatus cũ cherub: cum con/
trario peccaueris, & in cinerem dissoluendus sis? Ad/
duntq̃ fabulæ suæ miraculum: ut contra scripturã, imò
sine scripturæ autoritate, dicãt Hirã mille uixisse annis.
Verum hæc q̃ uiolenta sit interpretatio, absq̃ nostro iu
dicio prudens lector intelligit. a ¶ Et factus est &c. &
scient quia ego dominus deus eorum.] Quod q̃ sequi/
tur iuxta Septuaginta: Et deus patrum eorũ, in Hebrai/
co nõ habetur. Cõsequenter autem post Tyrum, sermo
fit ad Sidonem. Vnius enim utraq̃ urbs prouinciæ est:
& in euangelio, Tyrus & Sidon pariter nominantur. Si
in Tyro & Sidone factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt Matt.11.c
in te. Vnde & Chananæa, cuius filia à dæmonio uexa/ ibi.15.b
batur: quia egressa est de finibus Tyri & Sidonis: quod
postulauerat, impetrauit. Prædicit autem sermo diuin⁹
quod à Babylonijs & ipsa capienda sit: & malorum co/
gnoscat pondere, quod ipse sit dominus cum iudicaue/
rit eam: & sanctificatus fuerit in illa: & fame eam ac pe/
stilentia, gladioq̃ consumpserit: ita ut corruat in plateis

illius

HEB. monte dei: & per/
didi te ò cherub protegẽs
de medio lapidum igni/
torum. Et leuatum est cor
tuum in decore tuo: per/
didisti sapientiam in pul/
chritudine tua: in terram
proieci te: ante faciem re/
gum dedi te, ut cernerent
te. In multitudine iniqui/
tatum tuarum & iniqui/
tate negociatiõis tuæ pol/
luisti sanctificationem tu/
am. Producam ergo i/
gnem de medio tui, qui co
medat te: & dabo te in ci/
nerem super terram, in cõ/
spectu omnium uidentiũ
te. Omnes qui uiderint te
in gentibus, obstupescent
super te. Nihili factus es:
& non eris in perpetuum.

SEP. mõnte dei: & addu/
xit te cherub, obumbrans
de medio lapidũ ignitorũ.
Elatũ est cor tuũ in decore
tuo: corrupta est disciplina
tua cum decore tuo. Pro/
pter multitudinẽ peccato/
rũ tuorũ in terram proieci
te: in conspectu regũ dedi
te, ut dehonestareris. Pro/
pter multitudinẽ peccato/
rum tuorũ, & iniquitates
negociationis tuæ conta/
minaui sancta tua. Et edu/
cam ignẽ in medio tui, hic
deuorabit te. Et dabo te in
cinerẽ super terrã in cõspe/
ctu omnium uidẽtium te:
& omnes qui nouerunt te
in gẽtibus, cõtristabuntur
super te. Perditio fact⁹ es:
& nõ eris ultra in seculum.

Et factus est sermo dñi ad me, dicens: Fili hominis, po/
ne (siue obfirma) faciẽ tuam contra Sidonẽ: & prophe/
tabis

illius,& nequaq; ultra sit in offendiculum populo dei: A
nec eos frequenter impugnet. Cum autem hoc factum
fuerit,reuertatur populus Israel,quos in diuersas disper
serat nationes in terrã suã, & sanctificet in eis, nequaq;
ut in Sidõe in malã partẽ,sed in bonã,cũ eis miserꝰ fue
rit,& habitauerint in terra quam dedit pa tri eorũ Iacob,& ha bitauerint securi, & in dño cõfidẽtes,& æ dificauerĩt domos & plantauerint uineas cũ sua ꝓmissa cõple uerit, & tunc cogno scãt ꝙd ipse sit dñs, cuiꝰ ꝓmissa firmissi ma sũt. Qd' multi re ferũt ad tẽpus Zoro babel,Esdræ,& Nee miæ, qñ reuersus est populus Israel & ha bitauit in terra Iu dæa. Alij uero in ulti mo tẽpore, & in mil le annis sperant esse complendum. Porrò secundum intelligen tiam spiritualem, hic nobis sensus uideꝫ. Sidonij interpretan tur uenatores, de q bus & in psalmis scri
psal.123.d ptum est: Anima no stra sicut passer ere pta est de laqueo ue nantium. Et in Pro
B uerbijs: Oculus me
Pro.23.c retricis, laqueus est peccatoris. Sunt autẽ & in bonam partem his contrarij uenato res. De quibus scri
Hiere.16.e bit & Hieremias: Ecce ego mittam piscatores & uenato res, qui uenentur uos de omni colle & mõte: quos & do minus mittit ad piscandum,& fecit eos de piscatoribus piscium,piscatores hominum. Vnde & uiculus Petri &
Matth.4.b Andreæ hoc appellatur uocabulo. Bethsaida eñ in lin gua nostra interpretatur, domus uenatorũ. Aduersum hos igitur pessimos uenatores, dei sermo dirigitur,& im peratur prophetæ,ut ponat siue obfirmet faciem suam contra Sidonem,& nequaq; fluctuet omni uento doctri næ,sed in ueritate consistens, interficiat suos uenatores. Quæ sunt ergo quæ Sidoni dominus cõminatur? Ecce ego ad te ipse ueniam,& glorificabor in te,cum te inter fecero,& scient omnes qui uixerint quod ego sum dñs, cum tibi reddidero quæ mereris, mittamq; pestilentiã & sanguinem in plateas tuas. Rectèq; plateæ dicũtur Si
Ibid.7.b donis. Lata enim & spaciosa uia est quæ ducit ad mortẽ. Et corruent interfecti qui male steterant gladio per cir cuitum: illo gladio quem uenit dominus mittere super terram,ut male iuncta dissocìet, & sciant qui remanse rint, quod ipse sit dñs. Cumq; illic cessauerit, nequaquã ultra erit offendiculum amaritudinis, & spina doloris compungens & uulnerans populum dei. Omnia au tem hæc dicuntur contra aduersarias potestates, quod in extremo tempore deleantur, & sit æterna securitas, quando congregauerit dominus domũ Israel, eos qui sensu cernunt deum,& sanctificatus fuerit in eis,& com
Leui.19.a plebitur illud quod scriptum est: Sancti estote, quoniã
Psal.26.d ego sanctus sum. Et habitauerint in terra sua. De qua & alibi legimus: Credo uidere bona domini in terra uiuẽ tium. Quam dederat Iacob, qui priorem supplantaue rat fratrem,& primitiua eius meruerat accipere. Et habi C
tabunt in ea securi, siue in spe, & ædificabunt domos, plantabuntq; uineas,& habitabunt secundo in spe, iu
Esa.60.c xta illud quod legit in Esaia: Qui ablactati estis à lacte, qui abstracti ab ubere, tribulationem super tribulatio nem expectate, & spẽ super spem. Aedifica bunt autem domos, quas & in euangelio
matth.7.d ædificat: Qui non su per arenã, sed super petram fundamenta constituit. De quibꝰ
psal.126.d scriptum est: Nisi do minus ædificauerit domũ, in uanum la borauerunt qui ædi ficant eam. Et in Exo do iuxta Lxx. Quia
exod.1.d timebant obstetrices dominũ, fecerũt sibi domos, & multa hu iusmodi. Cum autẽ fecerit dñs iudicium contra eos qui aduer santur, siue contume liis afficiunt Israel in circuitu, tunc omnis creatura cognoscet ꝙd ipse sit dominus, cuiꝰ uera iudicia sũt, & iustificata in semet ipsis. Cap. XXIX.

IN anno deci. &c.] Post Sidonem, quæ & ipsa in Phœnicis lit tore constituta est ser mo fit ad prophetam D decimo anno captiui tatis regis Ioakim, & duodecimo mense,& una die mensis: ut po nat faciem suam, siue obfirmet contra Pharaonem regẽ Aegypti,& loquatur de eo,& de uniuersa Aegypto, siue ad omnem Aegyptum: ex alia enim parte Iudææ in eo dem littore constituta Aegypti prouincia est: & quæ illi uentura sint, prophetet. Sin autem oportet de numeris aliquid dicere, quem locum habeat inter decẽ dies una. Vnde & in principio Geneseos non est dictum: Factum est uespere & mane dies prima, sed una: ut eandem diem reuolui semper doceat. Eundem ordinem inter decẽ de cadas, hoc est, centenarium numerum decimus nume rus possidebit, q ad uictimam agnus assumitur, ut im moletur die quartadecima, atq; hoc modo usq; ad mil le & decem milia, & centum milia, & ultra per decadas suas numerorum ordo procedit. Post decimũ autem an num, mensis duodecimus ponitur, ut perfectus duode cim apostolorum ac prophetarum (qui in uno uolumi ne continent) numerus demõstretur. Porro iuxta Lxx. decimus mẽsis, qui Hebraice appellatur טֵבֵת: & apud Aegyptios τυβί: apud Romanos, Ianuarius dicit: eo q a pud illos anni sit ianua, omni calore sublato, hiberni frigoris continet principatum. Hoc de numeris dixisse sufficiat. Cæterũ illud uel maxime requirendũ est, utrũ ipse sit Pharao q in Exodo, & Esaia, & Hieremia, & Eze chiel, multisq; alijs in locis, & in Canticocanticorũ no minat: Equitatui meo in currib⁹ Pharaõis assimilaui te proxima mea, an alius atq; alius? Videturq; mihi non esse unus sed apud Aegyptios hoc uocabulo demõstra ri regiã dignitatẽ, sicut apud Romanos, Cæsares & Au gusti reges eorum appellantur à primo Caio Cæsare, & secũdo adoptiuo eius Octauiano: qui postea Augustius

Cap. XXIX.

IN annõ decimo (siue iuxta Lxx. duodecimo): in deci mo mense: (siue iuxta Hebraicum, duodecimo): in prima (siue una) mensis die, factum est uerbum dñi ad me, dicẽs: Fili hominis, pone (siue obfirma) faciẽ tuam contra

A est nominatus: & apud Syros, Antiochi: apud Persas, Arsacidæ, apud Philistim Abimelech: & post Alexandrum in Aegypto Ptolemæi usq; ad Cleopatram: qua uicta apud Actium, Aegyptus Romana est facta prouincia. Ergo in præsentiarũ aduersum unũquẽlibet regẽ Aegypti sermo fit dñi, q̃ interpretat̃ διασκεδαστὴς, interfector uidelicet & lacerator & gladio cuncta concidẽs & diuidens. Quod iuxta mysticos intellectus referendum est ad eã potestatem, cui subiecta est Aegypt⁹. Nunq̃ enim homo auderet dicere: mea sunt flumina, & ego feci illa: nec draco appellaretur magnus, & sedẽs in medio fluminum suorum. Aegyptus aũt Hebraice appellatur מִצְרַיִם & in linguam nostrã uertitur ἀναλίσουσα, coangustãs uidelicet & tribulans eos qui sibi subditi sunt, & nõ dimittens oculos ad cœlũ leuare: sed iuxta euangelium & exemplum mulieris illius, quam decem & octo annis diabolus incurauerat, semper ad terrena demergens. Videamus igitur quæ sit comminatio contra Pharaonẽ & omnem Aegyptum. a ¶ Ecce ego ad te Pharao &c.) Studio breuitatis ædition em utranq; miscemus, ubi non multum inter se discrepant. Alioquin ubi magna diuersitas est, utranq; proponimus. Dicit autem contra Pharaonẽ principem Aegypti, & sub figura eius ad magnam loquitur potestatem, cui Aegyptus tradita est ad regendũ, & nihil ominus superbit contra creatorem suum, sibi dominationẽ terræ uendicans, & se colendam Aegyptijs gentibus tradens. Loquitur q̃ iuxta situm prouinciæ, quasi ad regẽ, q̃ in Nili inundatione cõfidat, & pluuias de cœlo non magnopere desideret, autoremq; sui seipsum putet: uel fluuios, hoc est, αὐτόχθονας & riuos Nili à se factos iactitet. Non, inquit, angelum mittam, sed ò draco magne, qui cubas & resides in medio fluminum tuorũ, ipse ad te ueniam puniendum. Ausus es eñ dicere: meus est Nilus fluuius, & ego mei conditor sum: uel, ipse feci flumẽ, quo omnis Aegyptus irrigatur. Cumq; uenero, ponam frenum in maxillis tuis, siue cõstringam laqueis os tuũ, quo magnifice loquebaris, & oẽs socios ac duces tuos, quos pisces uocat, adhærere faciam pennis uel squamis tuis: ut extractus è flumine, profijciaris, siue deponaris. Nimiũ eñ te extuleras in deserto. Et cades super faciẽ campi, uel terræ tuæ, eo quod Aegyptus campestris prouincia sit. Nec colligetur cadauer tuum, nec congregaberis, id est, nequaquã sepelieris, sed bestijs & uolatilib⁹ cœli dabo te deuorandum, ut cũ hæc uiderint in te mea iudicia perpetrata habitatores Aegypti, cognoscant q̃ ipse sim dñs. Hæc autem tibi uenient, quoniam populũ meum Israel tu decepisti: ut nequaquã in deo creatore suo, sed in te confiderent. Fuisti eis baculus arundineus iuxta Esaiam, uel uirga uacua & calamus fragilissimus, cui innitentes, cassum deprehendere præsidium: ita ut incumbẽtibus illis frangereris, & lacerares humerum, & manum qua tenebaris, & dum in te securi sunt, cõminuerentur omnes lumbi eorum cadẽtium in terram, &

Leu.13.b

Esa.30.d

contra Pharaonem regem Ægypti, & prophetabis de eo, & de Ægypto uniuersa loqueris & dices: Hæc dicit dominus deus: Ecce egò ad te Pharao rex Ægypti draco magne, qui cubas (siue sedes), in medio fluminũ tuorum, & dicis: meus est fluuius, & ego feci memetipsum (siue eos). Et ponam frenum (siue laqueum) in maxillis tuis, & agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis (siue pẽnis) tuis, & extraham te de medio fluminũ tuorum, & uniuersi pisces tui squamis tuis adhærebunt. Et proijciam (siue deponã) te uelociter (siue in desertum) & omnes pisces fluminis tui: super faciẽ terræ (siue cãpi tui) cades. Nec colligeris, neq; congregaberis, bestijs terræ & uolatilibus cœli dedi te ad deuorandum. Et scient omnes habitatores Ægypti, quia ego sum dominus, pro eo quod factus es (siue fuisti) baculus (siue uirga arundinea) domui Israel, quando apprehenderunt (siue apprehendit) te manu sua & confractus es, & laceraſti omnem humerum eorum, & innitentibus eis super te comminutus es, & dissoluisti (siue confregisti) omnes

B

C

D

Anagog.

Iob.40

Psal.73.c

Ibi.Iesa.

Iob.40.d

Ibid.

Hiere.2.d

Ioan.7.f

Ibid.4.b

Psal.44.d

Iob.40.c

Vnde & Pharao dicitur διασκεδαστὴς, quod à deo separet atq; seiungat, & Aegyptus, id est מִצְרַיִם, intribulantes & affligentes uertitur, eos uidelicet quos sibi potuerit subiugare. Iste draco est præuaricator, de quo Iob plenissime loquit̃. Et in psalmis scriptum est: Tu cõfregisti capita draconis, dedisti eum in escã populis Aethiopũ. Et draco magnus ad comparationẽ minorum draconum dicitur, de quibus canitur in psalmo: Tu cõfregisti capita draconum in aquis. Et in alio loco: Hoc mare magnũ & spaciosum manibus. Illic reptilia quorum nõ est numerus: animalia pusilla cũ magnis, illic naues pertransibũt: Draco iste quem formasti ad illudendum ei. De quo & in alio loco dicitur: Ipse est rex omnium qui in aquis sunt, & principium figurationis domini, qui factus est, ut illuderetur ab angelis eius. Sedet autẽ siue cubat in medio fluminum suorum, non unius fluminis, sed multorum, quæ in diuersis hæresibus accipimus, per quas fluxit in Aegyptum seculi istius, & irrigauit animas seductorum, non pluuijs de cœlo ueniẽtibus, sed de terra aquis turbidis, quas bibere nos prohibet Hieremias dicens: Quid tibi & uiæ Aegypti, ut bibas aquam Geon? Pro quo in Hebraico שִׁיחוֹר scriptum est, quod uerbũ in aquas turbidas transfertur atq; cœnosas. Vt autẽ intelligamus quæ sint Aegyptij draconis flumina, ex contrarijs scire poterimus. Dominus loquitur de fluminibus suis: Qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Et ad Samaritanã: Qui biberit de aqua quã ego dedero ei, nõ sitiet in æternũ, sed fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternã. Ista sunt flumina de cœlo uenientia, de quibus Dauid canit: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei: haud dubium quin ecclesiam significet. Considerem⁹ ergo, quæ draconis pœna, quod ue supplicium sit. Sequitur: Et ponã frenũ, uel laqueum in maxillis tuis. Cui simile est illud Iob: Adduces autẽ draconem in hamo, & pones capistrũ circa nares eius. Confidit quod introeat Iordanis in os eius: in oculo suo susciet illum. Perforabit autem nares eius armilla, & labia illius. Ponit autem dñs in maxillis dracõis istius frenũ, & perforat labia eius atq; constringit armillæ circulo: q̃n per ecclesiasticos uiros, qui in scripturis sanctis eruditi sunt, imponit ei silentiũ, & uniuersa peruersitatis dogmata dissoluũtur. Agglutinatq; pisces fluminum eius pẽnis ipsius uel squamis: quibus hæretici per superbiã ad alta festinant, ut & ipsi uincti cum dracone, unum cũ eo corpus efficiant, & copulentur ei uel in erroris consortio, uel in pœnæ similitudine, quomodo qui adhæret dño, unus spiritus est. Neq; uero unũ habet flumen draco Aegyptius, sed multa flumina: quibus irrigat Aegyptum

omnes renes eorũ. Propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego adducam super te gladium, & interficiam de te hominem & iumentum. Et erit terra Ægypti in desertum (siue perditio & solitudo) & scient quia ego sum dominus: eo quod dixerit (siue dixeris) fluuius meus est, & ego feci eum (siue fluuij mei sunt, & ego feci illos.) Idcirco ecce ego ad te & ad flumina tua, daboq; terram Ægypti in solitudines, gladio dissipatam (siue disperditã) à turre Syenes (siue à Magdalo & Syene) usq; ad terminum Æthiopiæ. Non transibit per eam pes hominis, neq; pes iumenti gradietur in ea, & non habitabitur quadraginta annis. Daboq; terram Ægypti desertam in medio terrarũ desertarum, & ciuitates eius in medio urbium subuersarum erunt desolatæ quadraginta annis. Et dispergam (siue disseminabo) Aegyptios in nationes, & uentilabo eos in terras. Quia hæc dicit dominus deus: post finem quadraginta annorum congregabo Aegyptum (siue Aegyptios) de populis (uel gentibus) in quibus dispersi fuerant. Et reducam captiuitatem Aegypti, & collocabo eos in terra Phatures, in terra natiuitatis suæ (siue in terra de qua assumpti sunt.) Et erunt ibi in regnum (siue principatum) humile, inter regna cætera erit humillima. Et non eleuabitur ultra super nationes, & imminuam eos ne imperent gentibus (siue ne plures sint inter gentes.) Neque erunt ultra domui Israel in confidentia (siue in spe) docẽtes iniquitatẽ, ut fu-

A ptum humilem atq; deiectam, & nihil in se habentẽ mõ
Isa.8.b tium: nec aquas Siloe quæ uadunt cum silẽtio, sed turbidas & cœnosas. Vnde & extrahit eũ dominus de medio fluminum suorum, ut nequaquam eis incubet, nec sedeat in eis, & omnes pisces squamis illius adhæreant: pro qualitate uitiorũ per totũ corpus draconis, uel capiti uel uentri, uel caudæ, & extremis partib⁹ adhærentes: ut extracto dracõe, pisces quoq; qui adhærent ei, pariter extrahantur. Et, piſciã te, inquit, in desertum: ut nequaquã reperias quos decipias. Vel certe deponãte de culmine superbiæ tuæ, & deponam uelociter, iuxta illud Apostoli: Deus autem pacis conterat satanam sub pedib⁹ uestris uelociter, ut dracone cõtrito atq; deposito, pisces quoque fluminis illius deponantur: & cadat autor criminum, qui prius stare se arbitrabatur, & in toto orbe discurrere. Cadat autem super faciem terræ suæ, ad quã de cœ
B lo præcipitatus est, ut nequaq; ultra in hæreticorũ ecclesijs colligatur, neq; congregetur siue sepeliat in his q crediderint ei, cũ ab eo fuerint liberati, sed deẽ ad deuorãdũ bestijs terræ & uolatilibus cœli: Be-
Psal.173.d Matth.13.c stijs, de quibus scriptum est: Ne tradas bestijs animam confitentem tibi: Et uolatilibus cœli, quæ iuxta uiam sementem comedunt, & à saluatore interpretãtur esse diabolus. Non solũ enim princeps maliciæ, sed & discipuli eius diaboli nominantur, iuxta illud quod de Iuda dici
Ioan.6.g tur: Nónne ego uos duodecim elegi, & unus de uobis diabolus est? Cœli autem uocantur uolatilia, quia sibi sublimia repromittunt, ut postquã draco cum piscibus suis depositus fuerit atq; proiectus, & traditus ad deuorandum bestijs terræ, quæ nihil in se habent mansuetudinis, & his qui circunferuntur omni uento doctrinæ, tunc intelligant omnes habitatores istius seculi, quod ipse sit dominus. Omnis autem causa pœnarũ est, quod frustra domui Israel promisit auxilium, & fuit ei uirga
Ioan.1.b uel baculus arundineus, uacuus & inanis, nihilq; in se
Exod.23.b habẽs plenitudinis, quia nõ poterat dicere: Nos autem omnes de plenitudine eius accepimus, cũ scriptura præceperit: Non apparebis in conspectu domini dei tui uacuus, aut inanis. Quod autem non debeamus ab Aegy-
Esa.31.a pto auxiliũ postulare, & alibi scriptura testatur: Væ eis qui descendunt in Aegyptum ad auxiliũ. De istiusmodi
Esa.36.b baculo arundineo, & Rabsaces frustra exprobrat Ezechiæ regi Iudæ dicens: Ecce confidis in uirga arũdinea atq; confracta ista super Aegypto, cui qui innisus fuerit, ingreditur in manum eius. Sic ex Pharao rex Aegypti omnibus qui confidunt in eo. Et ille quidem de iusto rege mentiebatur ista commemorans, qui interpretatur

multus poculo. Inebriatus enim erat de aureo calice Ba C
bylonis, & idcirco quæ sua erãt, ingerebat populo dominum cõfitenti. Hic uero exprobatur Pharaoni quod fuerit domui Israel uirga siue baculus arundineus, uanum eis & fragile & cito comminuendum auxilium repromittens. Vt autẽ scire ualeamus, qui sit baculus arundineus, super quo dominus Israel confidere non debeat, ex contrario baculo & uirga domini intelligere poterimus, de qua ad dominũ dicitur: Psal.122.b Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Hanc uirExod.7.& 8 gã habuit & Aaron, quæ dracones Aegyptios deuorauit, & quando percussit aggeres Nili, & Cyniphes in tota Aegypto generatæ sunt. Moyses quoq; iuxta Lxx. extendit hanc uirgã, & leuauit in cœlum, & dominus induxit uentum austrum super terrã toto illo die & tota nocte, & mane leuauit uentus, & adduxit locustas super omnem terram Aegypti. De hac puto D
Num.17.c uirga scribi & in Numerorũ libro, quod floruerit, & nuces fiue amygdalas germinarit. Hanc habebat & Apostolus cum dicebat: Quid uultis, 1.Cor.4.d in uirga ueniam ad uos? Et qui pascha celebrant, baculos tenebant manibus, sine quibus imbecillitatem humani corporis sustentantibus, carnes agni comedere non poterant. Hæc est uirga de radice Iesse, super quam septem spiritus requieuerunt. Sed nõ talis Pharao, nec baculus Aegypti & uirga arũdinea quæ decipit apprehendentes se, & lacerat humeros eorum, id est fortitudinem. Et quicunq; fuerit super eam innixus, dissoluuntur lumbi eius & stare non potest, nec accinctus renibus, pascha celebrare. Quod his congruit, quorum scrutatur corda & renes deus. a ¶ Propterea hæc dicit dominus deus. &c.] Iunge prioribus quæ sequuntur. Quia fuisti baculus arundineus domui Israel, Apo.2.f & non solũ confractus es in manu eius, sed iuxta Esaiã: Esa.36.a Perforasti manũ eius, & nũc lacerasti humerum, & ipse cõminutus es, & innitentiũ super te dissoluisti lumbos. Idcirco ego inducam super te hostium gladium, & cum hominibus iumẽta uastabo, & redigetur terra Aegypti in solitudines, & secũdo scient Aegyptij quod ego sum dñs. Nec hoc ero fine contentus, sed quia in tantam prorupit blasphemiam, ut suos esse diceret fluuios, & omnẽ abundantiam Aegypti, ideo & ipsum auferam qui se dixerat creatorem, & flumina quæ à se creata iactauerat, & redigam terram Aegypti in longissimã solitudinẽ & gladio dissipatam, à turre Syene usq; ad terminos Aethiopiæ. Pro turre quæ Hebraice מִגְדֹּל dicitur: Lxx. loci nomen posuerunt, ut μαγδώλου scriberent. Turris aũt Syene usq; hodie permanet, castrũ ditiõi Romanæ sub-

A ditum,ubi ſunt Nili cataractæ,& uſq; ad quem locũ de noſtro mari Nilus nauigabilis eſt. Totam igitur Aegyptum dicit eſſe depopulandã uſq; ad terminos Aethiopiæ,quibus extrema Aegypti regio iungitur, ita ut pes hominis in Aegypto non pertranſeat,nec iumenta repe riantur in ea,& nõ habitetur per quadraginta annos.Parcitur enim Aegyptijs, & quia hoſpites quondam fuere Iſrael,breuior temporis condemnatio eſt.Tyrus ſabbatizauitſabbata ſua per annos ſeptuaginta,& ſic in antiquum ſtatũ reſtituta eſt.Captiuitas q̃q; Iudææ templiq; ſubuerſio, uſq; ad Cyrũ regem Perſarũ, ſeptuaginta compleuit annos. Potentes eñ potẽter tormẽta patienť. Quod autẽ dicit: Dabo terrã Aegypti deſertam in medio terrarũ deſertarũ:Palæſtinos ſignificat,Idumæos & Moabitas, omnesq; alias regiones, aduerſum quas ſupra prophetæ uaticiniũ eſt. Tunc diſperget ſiue diſſeminabit Aegyptios in natiões, & uentilabit eos in terras. Et quia clemens & miſerator eſt dñs,patiens,& multarũ miſerationũ, poſt quadra-
B ginta annos Aegypti reſtitutio eſt,& reducetur in antiquũ ſolum uniuerſa captiuitas,& collocabitur in urbe metropoli,quæ appellatur Phatures,ubi orta eſt, & unde profecta eſt,ita duntaxat ut pro utilitate ſua amittat antiquã ſuperbiam,& ſit in regnum humile,imò humillima omnium nationũ,ut non eleuetur ultra contra gentes, nec in eas habeat imperium,ſed redacta in paucitatẽ,nequaq; decipiat domũ Iſrael ſui confidentia,nec doceat eos iniquitatẽ, ſiue redigat eos in memoriã iniquitatis,quod deſerto dei auxilio,Aegypti quæſierunt ſolatiũ dominiculum,& hæc omnia fient,ut tertio cognoſcant Aegyptij,q; ipſe ſit dñs. Hæc breui ſermõe perſtrinximus,hiſtoriæ fundamenta iacientes.Nunc Allegoriæ nubilum diſſerendũ eſt,& eadem breuitate uitare conabimur, & huius explanationis longitudinem.Ad draconem ſermo eſt,qui dixerat:Mea ſunt flumina,& ego feci ea: q̃d inducat ſuper eũ ipſe dñs gladium,de quo in Eſaia ſcriptum eſt:Inebriatus eſt gladius meus in cœlo,nunc deſcendet in terram, ut perdat ex ea hominẽ & iumẽtum: quicquid uel rationis uidetur habere, uel ſimplicitatis: & perdat nõ abſolute,ſed draconi : ut draconi pereãt,& uiuãt deo,& fiat Aegypti terra perditio,ſcd̃m ſuperiorẽ ſenſum, quod dracõi pereat, & poſt perditionẽ redigať in ſolitudinem,peſsimum hoſpitem habere deſiſtẽs. Et tunc cognoſcent homines & iumenta,& terra diſperdita q; ipſe ſit dominus,illo ſenſu quo in ſeptuageſimoſeptimo pſalmo ſcriptum eſt: Cum interficeret illos, tunc quærebant eum.Omnis enim qui quærit, inueniet.Dei quidem miſericordiæ eſt,ut mundi huius pereat abundantia,& Aegypti fluenta ſiccentur,imò terra eorum ſit in ſolitudines,& ſentẽtia domini diſsipetur à turre Syene, quæ interpretatur gyrus:ut nihil in ſe recti habeat uſque in terram Aethiopum,qui humiles appellantur: ut uidelicet omnis ſuperbia quæ ſe cõtra dei ſcientiã erexerat, deſtruať,& humiliet in ſalutẽ ſuã:Nec pes hominis, hoc eſt,rationale quippiam tranſeat per Aegyptũ, neq;

ut fugiant & ſequantur eos(ſiue reducãt eos in memoriam iniquitatis,ut ſequanť illos)& ſcient quia ego ſum dñs deus. Et factũm eſt in uiceſimo & ſeptimo anno, in primo & una die menſis,factum eſt uerbum domini ad me dicens:Fili hominis,Nabuchodonoſor Rex Babylonis ſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſum Tyrum:omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus eſt,& merces nõ eſt reddita ei, neq; exercitui eius ſuper Tyro,pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſum eã.Propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego dabo Nabuchodonoſor regem Babylõis in terra Aegypti,& auferet multitudinem eius,& deprædabitur manubias eius,& diripiet ſpolia eius,& erit in mercedem exercitui illius & operi,pro quo ſeruiuit mihi aduerſum eam:dedi ei terram Aegypti,pro eo quod laborauerunt mihi,ait dñs deus. In die illo pullulabit cornu domus Iſrael,& tibi dabo apertũ os in medio eorum, & ſcient quia ego dominus. Cap. xxx.

Et fa-

per quatuor elementa mundi,quibus omnia cõſtare dicunť, dum ea diligit & fouet,deũ offenderat,in ipſo numero puniret,& Iſrael qui peccauerat in ſabbatũ, ſeptẽ D
decadarũ,hoc eſt,ſeptuaginta annorũ ſuppliciũ ſuſtineret.Daturq; terra Aegypti deſerta,& ciuitates eius in medio terrarũ & urbium ſubuerſarũ quæ non ſunt extructæ de lapidibus,ſed latere & paleis,ut diſpergať Aegyptus quæ male ſibi fuerat copulata,& uentilet in terras, quo ſcilicet frumentũ à paleis ſeparetur:& quadraginta annorũ fine cõpleto,ſit reſtitutio Aegypti, & reducatur captiuitas eius,& colloceť in terra Phatures, quæ interpretatur panis conculcatus, ubi panis ille qui dixerat: Ego ſum panis qui de cœlo deſcendi,prauitate hæretica conculcatus eſt:ut cũ uenerint ad eccleſiã,habitẽt in pane conculcato,& nequaq; eleuentur in ſuperbiam, ſed ſint in regnũ humile:Et ut etiã cũ reſtituti fuerint in priſtinum ſtatũ,ſe per humilitatẽ deijciant quod in Aegypto uixerint,& latericias extruxerint ciuitates, & inter multa regna eccleſiæ ſint humiles, & ſciant in quẽ peccauerint,& ultra non eleuetur Aegyptus ſuper eccleſias in toto orbe diuiſas,ſed redigať in paucitatẽ,& pauci in ea remaneant inter gentes,iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Da illis dñe. Quid dabis illis? Da illis uuluã ſterilẽ,& ubera arentia:ut nequaq; gaudeãt & extollant ſe in multitudine deceptorũ,ſed redigãtur in paucos: Multi eñ uocati,pauci uero electi. Et ultra nõ decipiant domum Iſrael,id eſt,eccleſiam:nec uanã eis ſpẽ confidentiamq; repromittant,docentes iniquitatẽ,ut fugiant eccleſiaſticã diſciplinam,& ſequãtur Aegyptias uoluptates. Hæc autem fient,ut tertio cognoſcant Aegyptij quod ipſe ſit dominus. Quod mihi propterea uidetur dici,ut cognitio prima Aegyptiorũ in carne ſit,ſecunda in anima,tertia in ſpiritu.Primo,ſuper terram,ſecundo, mũdi huius conuerſatione finita:tertio,poſt reſurrectionẽ. ¶ Et factum eſt in uiceſimo & ſeptimo anno &c.] Quæriť quomodo poſt decimũ annum ſuperioris ſermonis, ſtatim uiceſimus & ſeptimus ponatur annus,& in conſequentibus decimus duodecimusq;,& in extrema deſcriptione tẽpli,uiceſimusquintus. Sed facilis ſolutio eſt. Quia enim de

Sapien. 6.a

Supra eo.

Eſa.34.a

Pſal.77.d

סוכות

Exod.34.d
3.Reg.9.b
Matth.4.a

Num.14.f

Gen.7.d

מחרוש

Ioan.6.d

Oſee.9.a

Matth.20.b

A enim de Aegypto & superior, & hæc quæ nunc dicitur prophetia cõtexitur, licet diuersis sit facta temporibus: tamen quia de una prouincia prophetatur, iunctæ sibi sunt. Quod & in Hieremia crebro legimus, ut præposteро ordine tẽpora describantur. Prius enim Sedechiæ in quibusdam gesta referũtur, & postea Ioakim qui ante eũ fuit. In psalmis autẽ quia carmen est lyricum, historiæ ordo non quæritur. Dicamus ergo prius iuxta literam. Nabuchodonosor cum oppugnaret Tyrũ, & arietes, machinas, uineasq; eo quod cincta esset mari, muris non posset adiungere: infinitã exercitus multitudinẽ iussit saxa & aggeres comportare, & expleto medio mari, imò freto angustissimo, uicinũ littus insulæ fecit continuum. Quod cũ uiderent Tyrij iã iamq; perfectum, & percussione arietum, murorũ fundamenta quaterentur, quicquid pretiosum in auro, argẽto, uestibusq;, & uaria suppellectili nobilitas habuit, impositũ nauibus ad insulas asportauit: ita ut capta urbe, nihil dignũ labore suo inueniret Nabuchodonosor. Et quia dei in hac parte obedierat uolũtati, post aliquot captiuitatis annos Tyriæ, dat̃ ei Aegyptus, multoq; sæuior Tyrus Aegypto. Illa enim oppugnabat Hierusalẽ, hæc uanum pollicebatur auxilium. Aliud est enim spe imbecillitatem decipere, aliud aduersum populũ dei dimicare. Hoc est ergo quod dicit, Nabuchodonosor rex Babylonis, in oppugnatione Tyri, suum mihi seruire fecit exercitũ, ut implerẽ uoluntatẽ meã: Omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est, gestantium cophinos terræ, & lapides quibus raduntur humeri, & decaluat̃ caput, & tñ nec ipse, nec exercitus eius aliquid dignum inuenit in Tyro. Et cum in hoc mihi seruierit, & meã contra Tyrum impleuerit uoluntatẽ, idcirco dabo
B ei terram Aegypti. Quod quidam dicunt sub Nabuchodonosor esse cõpletum: alij sub Cambyse filio Cyri, qui Aegyptũ usq; ad Aethiopiã uastauit, ita ut Apim interficeret, & omnia illorũ simulacra deleret. Quam ob causam putãt eũ uersum in amentiam, casu equi & proprio pugione confossum. Plenissime hanc historiã narrat Herodotus: ubi & omnis Aegyptus per pagos & castella & uicos describitur, & Nili origo gentisq; illius populi, & mensura terræ per circuitũ usq; ad desertũ Aethiopiæ, & littora magni maris, Libyæq; & Arabiæ confinia demonstrantur. Causa aũt iræ dñi contra Aegyptum, illa est, quod populum dei suo deceperit auxilio, ne speraret in deũ, & illum ad iracundiã prouocaret. In illo, inquit, die quo Aegyptus capta fuerit, pullulabit cornu domus Israel, haud dubium quin regiũ genus significet. Quod quidam ad Zorobabel filium Salathiel qui per Iekoniã de Dauid stirpe generatus est, alij ad ultimũ tempus referunt, qñ putant & Heliam esse uenturum. Nos autem cornu dñi super Christo intelligentes, præsentem carpimus historiam. Cumq;, ait, ò propheta hoc prius fuerit expletum, tunc aperietur os tuũ, & uaticinium tuum ne quaq; dubia promissione pendebit, sed cernetur opere perpetratum: ut sciant omnes qui audierint me esse dominũ, cuius dixisse fecisse est. Hæc secundũ literam, imò iuxta ueritatẽ dicta sint prophetiæ. Cæterũ ex eo quod Nabuchodonosor mercedem accepit boni operis, intelligimus etiã ethnicos, si quid boni fecerint, non absque mercede dei iudicio præteriri. Vnde & per Hieremiam Nabuchodonosor, columba dei appellatur, eo quod ad
Hiere.25.b uersum populũ peccatorẽ dei seruierit uoluntati. Et adducã, inquit, seruum meum Nabuchodonosor. Ex quo perspicuum est condemnari nos cõparatione gẽtilium: si illi lege faciant naturali, quæ nos etiã scripta negligimus. De quo plenissime ad Romanus Paulus apostolus disputat. Ac ne aliquid præterire uideamur: secundum intelligentiam spiritualem, quærimus ubi hũc numerũ, hoc est uicesimũseptimũ legerimus. In Geneseos C
libro scriptura testatur, sexcentesimo anno uitæ Noe, se- Gen.7.d
cundo mense, uicesima septima die mensis secundi, super faciẽ terræ aquas inductas esse diluuij, & postea septimo mense eiusdẽ anni, qui uicinus est sabbato, & uicesima septima die eiusdem mensis septimi, aquas cessasse diluuij, & sedisse arcam Noe super montes Ararat, qui interpretãtur Armeniæ. Exq; intelligimus, medium esse numerum, & ad utrunq; posse conferri: qñ in hoc & ira dei incipit à diluuio, & clemẽtia eius septimo mense in eodem dierum numero demõstratur. Et quia apud Hebræos mensis, qui apud nos kalẽdis & nonis Idibusq; deuoluit̃, secundũ lunæ cursum supputat̃: unde & Græco uocabulo μὴν, id est, luna à mẽse nomẽ accepit: hoc dictũ est, in uicesimo septimo lunæ die parum quid luminis remansisse, ne penitus ira eius absq; misericordia sit. Quando aũt totus lunæ orbis impletur, tunc & pascha celebrat̃, & oẽs maxime solennitates. Quod strictim posuimus: ut sciamus in hoc numero, & bona & mala pariter contineri. Bona Nabuchodonosor, cuius labori merces redditur. Mala Aegyptijs, quorũ uastitas nunciatur. Cap. XXX.

ET factum est uerbum dñi ad me dicens: Fili ho. &c.] Post uicesimum & septimum annũ captiuitatis regis Ioakim, reuertitur ad præsens tempus, qñ contra Aegyptum cœperat prophetare, id est, ad annũ decimũ, & decimum mensem, undecima mensis die, & dicit sibi præceptum à domino, ut loquatur ad oẽs nationes, & cum omnibus specialiter ad Aegyptũ. Quæ sunt ergo quæ loquitur? Vlulate uæ, uæ diei: quia iuxta est dies, & appropinquat dies domini: non claro sole rutilans, sed operta nubibus, & Babyloniam afferens tempestatem. Cumq; cœperit gladius uastare Aegyptũ, pauor erit in Aethio- D
pia quæ uicina est Aegypto, ne ad se usque Babylonius mucro perueniat. Cadent enim in Aegypto uulnerati, & auferet̃ multitudo illius: & usq; ad fundamenta oñia destruentur: ita ut si quis in Aegypto reperiatur de Aethiopia, & Libya, & Lydia, & in commune de uarijs populis & Chub, quod Symmachus uertit in Arabiam, & de filijs terræ fœderis, hoc est, de populo Iudæorum, cũ illis gladio cadat. Pro quibus gentibus Lxx. posuerunt, Persas & Cretenses, & Lydi, & Libyes, & oñes cõmixti, & filij testamenti mei gladio cum ipsa cadent. Et ut scire mus has omnes gentes fuisse in auxilio Aegypti, sequẽs sermo demonstrat: Et corruent fulcientes Aegyptum, si ue sustentacula Aegypti, id est, socij: & oñis superbia imperij, siue cõtumelia fortitudinis illius destruetur ac deponetur, à turre Syene, quam in extremis finibus Aegypti sitam diximus: siue à Magdalo usq; ad Syenem, sicut Lxx. transtulerunt: omnes ciuitates Aegypti desertæ erunt, ut cognoscant dominũ, quãdo ignis Chaldæorum uniuersa uastauerit, & attriti fuerint uniuersi auxiliatores eius, & peruenerint nũcij iuxta Aquilã & Theodotionem דְּלִיתֶיהָ quos Symmachus transtulit, festinãtes: nos in trieres uertimus, ita eñ ab Hebræis accepimus, ut omnis Aethiopiæ fiducia conteratur, & quando fuerit uicina prouincia desolata, pauor teneat proximam. Vt autẽ sciremus quis esset iste gladius qui uastaret Aegyptum & terreret Aethiopiã, sequitur manifestius: Et cessare faciam multitudinem Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis: qui non solum ueniet, sed ueniet multis comitatus nationibus: ita ut omnis Aegyptus interfectorum sanguine compleatur: tantaq; erit ira domini, ut siccentur aluei fluminum, hoc est, Nili ἀπόφυσις, usq; ad solum, in manu pestilentium, siue hominũ pessimorum, plenitudo Aegypti desoletur. Mea eñ uerba irrita esse non possunt, illucq; proficiet indignatio, ut simulacra Aegypti disperdant̃, & cessent idola de Mem-

HEB. dic: hæc dicit dominus deus: Vlulate, uæ, uæ diei: quia iuxta est dies, & appropinquat dies domini, dies nubis, tempus gentium erit. Et ueniet gladius in Ægyptum, & erit pauor in Aethiopia cum ceciderint uulnerati in Aegypto, & ablata fuerit multitudo illius & destructa fundamenta eius. Aethiopia & Libya, & Lydi, & omne reliquũ uulgus, & Chub, & filij terræ fœderis cum eis gladio cadent. Hæc dicit dominus deus: Et corruent fulcientes Aegyptũ, & destruetur superbia imperij eius, à turre Syenes gladio cadent in ea, ait dominus exercituum. Et dissipabuntur in medio terrarum desolatarum, & urbes eius in medio ciuitatum desertarum erunt. Et scient quoniam ego dominus, cum dedero ignem in Aegypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius. In die illa egredientur nuncij à facie mea in trieribus ad conterendam Aethiopiæ confidentiam, & erit pauor in eis in die Aegypti, quia absque dubio ueniet. Hæc dicit dominus deus: Et cessare faciã multitudinẽ Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, ipse & populus eius cum eo fortissimi gentium adducẽtur ad dissperdendam terrã. Et euaginabunt gladios suos super Aegyptum, & implebunt terram interfectis. Et faciam alueos fluminum aridos, & tradam terram in manu pessimorũ, & dissi

SEP. dic: Hęc dicit adonai dominus: O ò dies: quoniam iuxta est dies, & iuxta uia domini, dies nubis, finis gentium erit. Et ueniet gladius super Aegyptios, & erit conturbatio in Aethiopia. Et cadent uulnerati in Aegypto, & auferent multitudinem eius, & concidentur fundamẽta illius. Persæ & Cretenses, & Lydi, & Libyes, & omnes conmixti, & de filijs testamenti mei gladio cadent. Hæc dicit adonai dominus: Et concident sustentacula Aegypti, & descendet cõtumelia fortitudinis ei⁹, à Magdalo usq; ad Syenẽ gladio cadent in ea, dicit adonai dominus. Et desolabitur in medio regionũ desolatarum, & ciuitates eius in medio urbium desertarũ erunt, & scient quoniam ego sum dominus: quãdo dedero ignẽ super Ægyptũ, & contriti fuerint omnes qui auxiliantur ei. In die illa egredientur nuncij à facie mea, festinantes dissperdere Aethiopiæ spẽ, & erit conturbatio in eis in die Aegypti, quia ecce ueniet. Hæc dicit dominus deus: Et dissperdam multitudinem Aegyptiorum per manum Nabuchodonosor regis Babylonis ipsius, & populi eius cum eo, pestilentes qui de gentibus missi sunt ad perdendam terram. Et euaginabunt omnes gladios suos super Aegyptum, & replebitur terra uulneratorum. Et dabo fluuios eorum desertos, & tradam terram in manu pessimorũ, & dissper-

A phis, quæ usq; hodie metropolis est superstitionis Aegyptiæ, siue optimates & principes de Memphis, & de terra Aegypti. Tantus autem terror cunctam Aegyptum possidebit, ut terra Phatures omnis pereat, & ignis uastet Taphnis: siue ut Septuaginta transtulerunt, Tanin. Faciãq; ait, iudicia in Alexandria, quæ hodie sic uocatur. Cæterũ priscinum nomẽ habet No: q̃d Aquila, Symmachus & Theodotio, sicut in Hebræo positum est, transtulerunt. Pro quo nescio quid uolentes Lxx. dixere Diospolim, quæ Aegypti parua ciuitas est. Nos autẽ pro No, Alexandriã posuimus, per anticipationem, quæ Græce πρόληψις appellatur, iuxta illud Vergilianum: Lauinaq; uenit Littora: non quo eo tempore quando uenit Aeneas in Lati-
B um Lauinia dicerentur, sed quæ postea Lauinia nuncupata sunt, ut manifestior locus fieret lectoris intelligẽtiæ. Et effundam, inquit, indignationem meam super Sain, quã nos in Pelusiũ uertimus, & robur appellatur Aegypti: eo q̃d portũ habeat tutissimũ, & negociationes maris ibi uel maxime exerceantur. Vnde & poeta Pelusiacam appellat lentem, non quod ibi genus hoc legumi nis gignatur uel maxime, sed quod è Thebaida & omni Aegypto per riuum Nili illuc plurimum defera tur. Et interficiã, ait, multitudinẽ Alexandriæ quæ rursum in Hebræo posita est נא pro qua nequaquã Diospolim, ut supra, sed Memphim Lxx. transtulerunt. Et ut ostendat populosam iam illo tempore fuisse urbem, Perdã, ait, multitudinem No: &

dabo ignem, hoc est, C regem Babylonis in Aegypto, qui instar ignis cuncta depopuletur. Quasi partu riens dolebit Sain, id est, Pelusium, siue cõturbatiõe turbabitur: & in Alexandria, id est, in No, erit scissura, & diffundentur aquæ, pro qua rursum Septuaginta, Diospolim transtulerunt. Moris autem Aegyptiorũ est propter inundationem Nili, excelsos aggeres construere ad ripas Nili. Qui si custodum negligentia uel nimia aquarum magnitudine rupti fuerint, subiacentes campos, nequaquam rigant aquæ, sed opprimunt atq; populantur. Per quod significatur, sic Chaldæorum exercitu occupãdam Aegyptũ: quomodo inundantibus Nili aquis & super modum crescẽtibus operiri solet atq; corrumpi. Pro inundatione aquarum & ir- D ruptione atq; scissura aggerum, in Hebræo positum est: Et erunt in Memphis angustiæ quotidianæ, ut unde Nilus diuiditur, & ubi Apis templum est, & consulta respondent oracula, ibi quotidianæ angustiæ fiant. Iuuenes quoque Heliopoleos, quæ Hebraice appellatur ון, & Bubasti alterius ciuitatis, gladio corruent, ita ut ipsæ urbes, hoc est, habitatores, siue mulieres earum ducantur in captiuitatem, qui sexus iniuriæ subiacet. In Taphnis uero quæ est regia ciuitas, conterentur sceptra Aegypti, id est omne regium genus. Cumq; potentia eius interfectis principibus defecerit, tunc nigrescet dies, & caligine ac tenebris omnia complebũtur, ita ut ipsa urbs operiatur nube mœroris ac

A ris ac luctus,& filiæ eius,id est,oppida reliqua ducantur in captiuitatẽ,ut postq̃ fecero iudicia in Aegypto,& me cũctis iudicẽ demõstrauero,nunc sciant Aegyptij quod ego sum dñs.Hæc quasi paruulis elemẽta descripsimus, ut per literas,syllabas,nomina, uerborumq̃ contextũ, possint ad lectionem prosæ uel carminis peruenire.Nũc aggrediamur Tropologiã, & latissimũ disputationis pelagus,breui q̃si picturæ tabula demõstremus. Sermo dñi qui erat semper in patre,factus est ad prophetam,&uocat eum nequaq̃ nomine suo, sed filiũ hominis. Qđ in scripturis sanctis, in bonã partem semper accipitur, duntaxat numero singulari,ut in hoc eodẽ propheta, & in Daniele, & in euangelio. Alioquin plurali numero in contrariũ legitur, Psal.56.a ut est illud:Filij hominum, dentes eorum, arma & sagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. Ibi.4.a Et rursum: Filij hominũ usq̃quò graui corde? Amos.3.b Leo eñ rugiet, & quis non timebit? B Dñs locutus est, & quis non prophetabit? Vlulate, inquit, uæ uæ diei, quia iuxta est dies, & appropiquat, dicit dñs, dies nubis,tempus siue finis gentium erit. Duplex cõsummatio est: aut generaliter omnium,quãdo finis mũdi aduenerit,aut specialiter singulorum, quãdo tempus mortis institerit. Iuxta autẽ dicitur: quia æternitati cõparatũ, omne tempus breue est. Gen.47.b Vnde & Iacob centũ & triginta annos quibus uixerat: pauci, inquit,& pessimi sunt dies mei. Et psalmista de uniuersi Psal.143.a generis humani fragilitate disputãs ait:Dies nostri quasi umbra pertranseunt. Quod reputantes, nec potentes erigemur,nec diuitijs incubabimus,nec felicitate lætabimur,cito omnia auferenda noscentes. Pulchreq̃ dies dicitur dñi,quando omnis seculi cõuersatio destruetur, & errore sublato,una ueritas apparebit,diesq̃ nubis & nebulæ. Nullus enim intrepidus incertusq̃ de sententia, absq̃ pauore iudicẽ præstolatur.Et tempus siue finis gẽtium erit:non unius gentis Aegyptiæ,sed uniuersarũ,ut manifestũ fiat de cunctis gẽtibus prophetari. Sequitur, ueniet in Aegyptũ gladius,gladius uersatilis & flãmeus, sermo diuinus: qui bonos à malis diuidat, & pessimos suo igne consumat.In Aegyptum autem huius seculi,ita ut pauor sit in Aethiopia,qui trans Aegyptum in nocte erroris & tenebris commorantur,& quorum nigredo in candorem,aut difficulter,aut nequaquã cõuertitur. Cadentq̃ uulnerati in Aegypto,qui male steterãt in nequitia.Et auferetur multitudo Aegypti.Lata enim & spacio sa est uia quæ ducit ad mortem. Et fundamẽta illius de- Matth.7.b struentur: ut nihil in Aegypto pristinæ resideat firmitatis,sed desertis fundamentis pessimis, ponatur fundamentum Christi: super quo ædificet ecclesia. Omnis quippe plantatio quam non plantauit cœlestis pater, eradicabitur. Vnde & Hie- Hiere.1.b remias destruere iubetur quæ cõstructa erant,ut ædificet meliora. Peribũt quoq̃ in Aegypto Aethiopes, Libyes, & Lydi, siue iuxta Lxx.Persæ Cretenses,& Lydi,& Libyes, & Chub, id est, Arabes,& omne reliquũ uulgus,quos hybridas atq̃ mixticios Lxx.transtulerunt.Quos oñes propter diuersitate uitiorum & interpretatione nominum,quæ in uisione Tyri posuimus, diuersas possumus intelligere natiões.Vnde & apostolus: Vos, inquit,gentes in carne qui dicimini præputiũ. Nunquam enim dixisset,in carne gẽtes, nisi essent aliæ in spiritu,ut in alio loco: Videte Israel secũdum carnẽ.Vnde magnopere prouidẽdũ est:ne corde reuertamur in Aegyptũ, de qua semel exiuimus, & inter cæteras gẽtes inueniamur: & pereamus gladio, de quo in consequẽtibus dicitur: Iuuenes Heliopoleos & Bubasti gladio cadent, maxime cum iungatur, & filij terræ fœderis, si- D Ephes.2.b

HEB. & dissipabo terrã & plenitudinẽ eius in manu alienorũ, ego dñs locutus sum. Hæc dicit dñs deus: Et disperdam simulacra & cessare faciam idola de Memphis,& dux in terra Aegypti nõ erit amplius, & dabo terrorẽ in terra Aegypti. Et disperdã terram Phatures, & dabo ignem in Taphnis, & faciam iudicia in Alexandria,& effundam indignationẽ meam super Pelusium robur Aegypti, & interficiam multitudinem Alexandriæ, & dabo ignem in Aegypto, Quasi parturiens dolebit Pelusium, & Alexandria erit dissipata, & in Memphis ãgustiæ quotidianæ. Iuuenes Heliopoleos & Bubasti gladio cadent, & ipsæ captiuæ ducentur. Et in Taphnis nigrescet dies, cum contriuero ibi sceptra Aegypti,& defecerit in ea superbia potentiæ eius: ipsam nubes operiet filiæ autem eius in captiuitatem ducentur. Et faciam iudicia in Aegypto: & sciẽt quia ego dominus.

SEPT. & disperdam terram & plenitudinem eius in manibus alienigenarũ, ego dominꝰ locutus sum. Quia hæc dicit dominus dñs:Et perdã abominationes,& deficere faciã optimates de Mẽphis,& principes de terra Aegypti, & non erũt ultra. Et dabo terrorẽ in terra Aegypti, & disperdam terram Phaturres:& dabo ignẽ super Tanin,& faciã ultionẽ in Diospoli, & effundã furorem meũ super Sain,robur Aegypti,& disperdã multitudinẽ Mempheos. Et dabo ignẽ super Aegyptũ, & cõturbatione conturbabitur Sais,& in Diospoli erit scissura,& diffundẽtur aquæ. Iuuenes Heliopoleos & Bubasti gladio cadent, & mulieres captiuæ ducẽtur & in Taphnis tenebrescet dies,quãdo contriuero ibi sceptra Aegypti,& peribit ibi cõtumelia fortitudinis eius, & ipsam nubes operiet, & filiæ eius captiuæ ducentur: & faciam iudicia in Aegypto,& scient quoniam ego sum dominus. Et

ue testamenti mei simul mucrone ferientur, de quibus scriptũ est:Væ qui descendũt in Aegyptũ ad auxilium, Esa.31.a in equis & curribus confidentes. Sin autẽ cæterarũ gentium homines trucidantur in Aegypto, quãto magis filij terræ fœderis & testamenti dei,qui contemnentes angelorum panẽ, Aegypti peponũ, & ceparũ, & alliorum Num.11.a & cucumerum recordati sunt? Tunc corruent sustentacula & fulcra Aegypti,quæ eam in nequitia sustentabãt, dialecticorum argutiæ,& Philosophorũ strophæ. Contumeliosum quoque ac superbum imperium destruetur, qui omnia loquuntur per arrogantiam,& ecclesiasticam simplicitatem ducunt pro nihili. A turre enim Syenes cadent in ea, quæ in extremis terminis Aegypti,Aethiopiæ,Blemmyarumq̃ confinis est: ubi Nilus innauigabilis est,& cataractarum fragor, & omnia inuia plenaq̃ serpentum, & uenenatorum animantium. Sin autem

A (ut ſupra diximus) Magdalus, mãgnificentiã, & Syene, gyrum ſonat: perſpicuũ eſt quod Aegyptiæ opes, & contumelioſa fortitudo ac magnificẽtia, id eſt iactãtia & exaltationes ui pereant, uſq; ad gyrum Aegypti, ubi nihil ſtabile eſt, ſed incerto uoluitur lapſu, & peruenit ad ruinam. Tũc diſſipabũtur Aegyptiæ ciuitates, & terra deſerta erit, & nulla cõgregatio remanebit, habẽs aliquid firmitatis, ut rerũ fine cognoſcant quod ipſe ſit dominꝰ quando miſerit ignẽ in Aegypto, quem dñs ardere deſiderat, ut fœnum, ligna, ſtipulam, quæ ſupra fundamentum Chriſti ædificata ſunt, concrementur, & omnes auxiliatores peruerſorũ dogmatum cõterãtur. Ex quo intelligendũ, falſi nominis ſcientiã, & eos de quibus ſcriptum eſt: Diſſipa gentes quæ bella uolunt, ſocios & auxiliatores Aegypti nuncupari. In die, inquit, illa egrediẽtur nuncij à facie dei, de quibus ſcriptũ eſt in euangelio: Angeli eorum ſemper uident faciẽ patris mei qui in cœlis eſt. Et in ſemẽtis parabola meſſores angeli, id eſt, qui nuncij ſunt, mittuntur, ut uniuerſa ſcandala cõgregent, & mittent ea in caminum ignis: ubi eſt fletus oculorũ & ſtridor dentium. Feſtinabuntq; implere præceptum, ut deterreãt ſiue cõterãt Aethiopiæ cõfidentiã, qui ad ſummum maliciæ uerticẽ peruenerũt, ut in euerſione Aegypti, Aethiopia conteratur & paueat, eo quod dies dñi ſit ultionis atq; uindictæ, qua fugẽtur tenebræ peccatorũ, & lux uirtutum remaneat. Et ceſſare, inquit, faciã multitudinẽ Aegypti in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, cui traditi ſunt ad puniendũ. Ipſe eſt enim inimicus & uindex qui etiam mercedẽ accepit, eo quod ſeruierit in expugnatione Tyri, Aegypti multitudinẽ: ut mul-
B ti in Aegypto eſſe deſiſtant, qui ſemper in ea ſunt. Sin autem aliquis oppoſuerit, quomodo illud dicatur in Deu-
Deute.10.d teronomio: In ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres ueſtri in Aegyptum: nunc autem facti eſtis ut ſtellæ cœli in multitudine. Facile ſoluitur. Neq; enim exemplũ terrenæ multitudinis poſuit, ſed cœleſtis, quæ uirtutib. fulgeat, & plena ſit luminum, ſuper quam multitudinẽ Aegypti, adducuntur fortiſſimi gentium ut diſperdant terram, pro quibus Lxx. peſtilentes, interpretati ſunt:
Pſal.77.c Quod neſcio quomodo conueniat his qui adducũtur à domino, niſi forte iuxta illud exemplũ, immiſſionẽ per angelos peſſimos, qui euaginabunt gladios ſuos ſuper Aegyptum, & implebũt terram interfectis ſiue uulneratis, ut occiſos uulneratoſq; eſſe ſe ſentiant: & intantũ Aegyptum eſſe deſtructã, & ad nihili perueniſſe, ut omnia flumina eloquentiæ quibus errores Aegyptij, iuncus & calamus rigabantur areſiant, & tradantur in manu peſſimorum, qui eos torqueãt, & plenitudo terræ Aegypti, quæ male creuerat, deleatur in manu alienorum à deo. Neq; eñ boni, ſed mali angeli tormentis præpoſiti ſunt. Hæc neceſſe eſt ut ſciãt, quia locutus eſt dominus. Quod frequenter aſſumitur, ut ſciant qui audiunt non prophetæ uerba eſſe, ſed domini, cuius præcepta irrita eſſe non poſſunt. Sequitur: Et diſperdam ſimulacra, quæ abominationes Lxx. tranſtulerunt. Et ceſſare faciam idola uel optimates de Memphis & dux ſiue principes in terra Aegypti non erunt amplius. Clemẽtiſſimi enim dñi eſt, male ficta ſubuertere, ut nulla ſimilitudo quæ mentitur imaginem ueritatis, remaneat in Aegypto: optimates quoq; pereant de Memphis, quæ interpretatur, ex ore: de quo omnia idola confinxerunt, ut truncatis capitibus & magiſtris idolorum, non ſit princeps in Aegypto, & terrore ac perditione omnis Aegyptus compleatur. De cuius urbibus dicitur: Et diſperdam terrã Phatures, & dabo ignem in Taphnis ſiue in Tanin, & faciã iudicia in No, quàm Lxx. Dioſpolim tranſtulerũt, & effundam indignationem meam ſuper Sain, robur Aegypti. Phatures interpretatur, panis conculcatio: Taphnis, mãdatum humile: Dioſpolis, pro qua in Hebræo poſita eſt No, requies: Sain, tentatio: quibus nominibus diuerſa hæreticorũ & omnium mendaciorũ conciliabula demõſtrantur, qui conculcãt panem eccleſiaſticũ atq; cõtemnunt: & ſequũtur mãdatum humile, & ad cœleſtia non perducens, & delicijs uacãt, & ſunt ĩ requie: qualem in Euãgelio legimus diuitem purpuratũ, & tentationibus inſeruiunt: quorũ unus expetiuit à domino, ut tentandi Iob haberet poteſtatem. Hæc omnia dominus diſperdet atq; ſuccẽdet, & effundet ſuper ea indignationem ſuam, & robur Aegypti diſſipabit, ut redacti ad nihilũ, nequaquam populum dei ſolicitent, & in ſuo ſperare faciãt auxilio, ut deſerta ueritate quærant mendacium, & quaſi à baculo arundineo ſic ſuo præſidio uulnerẽtur. Poſt hæc dicitur: Et interficiã ſiue diſperdam multitudinẽ Memphеos, pro qua in Hebræo habet No: quam ſupra idem Septuaginta, Dioſpolim tranſtulerunt, quæ interpretatur, requies. Multi enim ſunt qui quærunt requiem, & iacere uolunt ſuper lectos eburneos, & comedere agnos lactentes. Siue iuxta Septuaginta, qui interpretati ſunt Mempheos, multi ſunt qui loquuntur alijs: Dimitte ut auferam feſtucam de oculo tuo, cum ipſi trabes habeãt in ſuo. Daturq; ignis in Aegypto, qui uerboſitates atq; delicias ſuo ardore cõſumat. Dolebit uniuerſa tentatio, & in Dioſpoli, quæ rurſum in Hebræo No ponitur, erit ſciſſura, ut effundantur aquæ, omniſq; peſſima congregatio diſſipetur, & huc illucq; diſpereat: Vel iuxta Hebraicum in Memphis erũt anguſtiæ quotidianæ, ut pro omni uerbo ocioſo reddant rationem, ut intelligãt nihil
D dictorum ſuorum domini iudicium præterire. Iuuenes quoq; Heliopoleos & Bubaſti gladio cadent. Heliopolis Hebraice On dicitur, quod interpretatur dolor. Bubaſtus autem iuxta linguam Aegyptiacam, oris experimẽtum. Omnes iſti qui dolorem ſeculi ferre non poterant, ſed delitias Dioſpoleos ſectabantur, & confidebant ſibi in uolubilitate ſermonum & aduerſum cætera dogmata diſputantes, habuerant experimẽta uictoriæ, gladio ſermonis dei cõcident: & qui nequaquam iuuenes, ſed imbecillitate mentis mulieres appellantur, captiui ducentur. Siue ipſæ urbes, dolore & oris iactantia, ducentur in captiuitatem. Et in Taphnis, inquit, nigreſcet dies. Taphnæ interpretantur Cedentes ori: ſubauditur diaboli, cui qui ceſſerint, amittent lumen ueritatis, & diem in noctẽ mutabũt, & ſceptra Aegypti, atque omne imperium ſentient in Taphnis eſſe contritum, ita ut deficiat in ea contumelioſa fortitudo ſiue ſuperbia potentiæ eius, & ſolis iuſtitiæ radij in nube cæcẽtur, & nequaquam mulieres, ſed filiæ ducãtur in captiuitatem: faciatq; dominus non unum iudiciũ, ſed multa iudicia in Aegypto. Sicut enim bonorum apud patrem diuerſæ ſunt manſiones: ita & Aegypti ſuppliciorum diuerſa iudicia: ut cum hæc omnia facta fuerint, cognoſcant Aegyptij quod ipſe ſit dominus: cuius iudicia uera iuſtificata in ſemetipſis. ¶ Et factum eſt in undecimo anno, in primo, &c.] Reuertitur ad ordinẽ prophetiæ, poſt uiceſimũ enim & ſeptimũ annum, nunc ponit undecimum. Quæ quæſtio etiam in ſuperioribus continetur. Cum enim ſermo domini cõtra Tyrum factus ſit in anno undecimo, qui prius poſitus eſt, in conſequentib. loquitur ad Pharaonem anno decimo rurſumq; ponit uiceſimũ ſeptimum ut diximus, & nunc undecimũ. Vt cætera prætermittã quæ in Pſalmorum ordine cõtinẽtur: quæritur, quomodo tertius pſalmus præponatur his pſalmis in quib. mutauit faciẽ ſuã Dauid coram Abimelech, & de Doech Idumæo, & quãdo inuẽtus eſt in ſpelũca, & quinquageſimus pœnitẽtiæ, in cuius titulo demõſtrat, quod introierit ad Bethſabeæ uxorem

Et factum eſt in undecimo anno, in primo, in ſeptima menſis: factum eſt uerbum domini ad me dicens: Fili hominis, brachium Pharaonis regis Aegypti cõfregi: & ecce non eſt obuolutum ut reſtitueretur ei ſanitas, & ligaretur

C

Luc.16.d

A uxorem Vriæ,cum priores sint isti psalmi tertio, in quo fugere notatur à facie filij sui Abessalon. Sed in psalmis facilis responsio est,carmen esse lyricũ,& in huiuscemodi opere non quæri ordinem historiæ, sed factorũ carmina singulorũ. In historia uero illud dicẽdum est, ea quæ de una re diuersis sunt dicta tẽporibus, non debere oratione diuidi, sed unius loci narratione concludi. Verbi gratia: ut quæ de Aegypto dicta sũt alio atq; alio tẽpore, uno lectionis ordine cognoscãtur. Cũ hæc dixerimus manet nihilominus quæstio: Cur in hoc eodẽ loco primum factus sit sermo dñi ad Pharaonẽ anno undecimo, & postea uicesimoseptimo,& deinceps anno decimo: cum utiq; iuxta ordinẽ, primo decimus: secũdo,undecimus: tertio, uicesimusseptimus annus, singulis ,pphetijs debuerint prænotari. Ad quod illud possũmus respondere: O Rom.11.d profundum diuitiarum sapientiæ & scięti̇æ dei, quàm inscrutabilia iudicia iudes.1.a eius & inuestigabiles uiæ eius. Et in alio loco: Abyssum B & sapientiam quis inuestigabit? Possumus autẽ hoc dicere,quod & in prophetis nequaquã historiæ ordo seruetur,duntaxat non in omnibus,sed in quibusdã locis: neq; enim narrant præterita,sed futura prænũciant,pro ut uoluntas spiritussancti fuerit. In historia uero,ut sunt Moysi quinq; libri,& Iesu, & Iudicum uolumina, Ruth quoq; & Hester, Samuel & Malachim, Paralipomenõ liber & Esdræ,iuncto sibi pariter Neemia,præposterã narrationẽ nequaquam reperiri. Hæc de annorum ordine dixisse sufficiat: Nunc uideamus quæ contra Pharaonẽ siue de Pharaone prophetia sit. Brachiũ eius confregisse ligaretur pannis,& farciretur linteolis, (siue ut acciperet malagma),&accepto robore,posset tenere gladiũ. Propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad Pharaonẽ regem Aegypti, & comminuam brachium eius forte, sed confractum: (siue brachia fortia & dispositа), & deijciam gladium de manu eius:& dispergã (siue dissemi̇nabo) Aegyptum in gentibus, & uentilabo eos in terras. Et confortabo brachia regis Babylonis, daboq; gladium meum in manu eius, & confringam brachia Pharaonis,& gement gemitibus interfecti coram facie eius,(siue ut in Septuaginta continetur:) Et inducet gladium super Aegyptum, & populabitur prædas eius,& spoliabit spolia illius:(sequitur)Et confortabo brachia regis Babylonis,& brachia Pharaonis cadent: & scient quia ego dominus,cum dedero gladium meum in manu regis Babylonis, & extenderit eum super terram Aegypti:& dispergam Aegyptum in nationes, & uentilabo eos in terras,& scient quia ego dominus.

se dicit,& non esse obuolutum neq; ligatum,nec fartum C linteolis nec accepisse malagma, iuxta illud quod scriptum est:Non est malagma imponere nec oleum nec al- Esa.1.b ligaturas. Quod si factum fuisset utiq; recepta fortitudine posset tenere gladium, & ad bella procedere. Idcirco clemẽs & misericors deus rursum commi nuit brachiũ eius siue brachia, ut peṅtus cadat gladius de manu eius & in gẽtes Aegyptus dispergat, & uẽtiletur in terras. In brachio autem robur accipe & fortitudinẽ, dicente scriptura: Cõtere brachium Psal. 9.g peccatoris&maligni. Quod conteriẽ in aduersarijs nostris: qñ nos persequunt̃ quidem, sed opprimere nequeũt. Et pro salute seruorũ dei aduersus Pharaonẽ rex Babylonis sæpe consurgit,ut potentẽ oppri̇mat potẽtior, & mali tradãtur peiorib.confortante deo brachia pessimorũ, ut sciat q liberatus est quod ipse sit dominus: Profectum autẽ esse uirtutis scire quod ipse sit dominus. Ecõtrario possumus dicere: Filii Heli,filij pestilentiæ nescien D tes deum. Et in bonam partẽ de regibus qui rectum fe- 1.Reg.2.c cerunt in conspectu dei, scriptum est,quod nouerint dominum. Illud autem quod in Lxx.dicitur: Et conteram brachia eius fortia & dispolĭta,quod Græce dicitur τῖ̃σχυμένα, scriptorũ uitio deprauatum est. Illi enim interpretati sunt non τῖ̃σχυμένα sed τετραμμένα: hoc est,non dispositа sed extenta. Pro quo iuxta consuetudinem suam alij interpretes excelsa posuerunt.

Commentarij noni in Ezechielem prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVM COMMENTARIORUM Ezechielis ad Eustochium procœmium.

VEllem ut ante iam dixi,prophetias contra unã prouinciã,aut unũ regẽ, ijsdem explanare libris,& nequaquã sensum lectoris diuidere. Sed quid faciam longitudini:quæ nisi diuidatur in partes,modũ uoluminis egreditur,& infinita congeries,tam dictãti quàm legenti molesta est? Itaque post sermonem contra Aegyptum & planctum eius, regemq; Aegypti, de cuius brachio nequaquam obuoluto neque restituto pristinæ sanitati in ultima parte noni libri diximus: transimus ad principium decimi libri contra eundem Pharaonem regem Aegypti, qui comparatur regi Assyrio: & post longissimam prophetiam, lamentatio super eodem assumitur, & deinceps contra omnem Aegyptum. In quibus differendis ò uirgo Christi Eustochium, eleua cum Moyse manus, ut nostra uictoria, tuarum orationum fructus sit. Non est enim uolentis neque currentis, sed miserentis dei, qui loquitur ad prophetam: Aperi os tuum & adimplebo illud, propheta ad dominum respondente:Aperui os meum & attraxi spiritũ, qui ubi uult spirat. Vbi autem spiritus domini,ibi libertas:qua libertate donauit nos dominus. Quam frustra se Iudæi habere iactabãt dicẽtes: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus unquam, multis uitijs peccatisq; subiecti, & ignorantes illam sententiam, à quo quis uincitur,eius & seruus est.

A

COMMENTARIORVM Hieronymi in Ezechielem prophetam Liber decimus.

ET factum est in undecimo &c.] Vtrāq; ædi/tionem ex more cōmiscui, ubi tamen pluri/mum di/screpa/bant, ne duplex ppositio au/geret librorū magni/tudinē. Ac primū sci/endū, quod quæcūq; dicūtur de rege Assy/riorum futuro tempo/re: in Lxx. quasi trās/acta memorantur: & sic uel ad arborē uel ad principē loquitur Assyriorū: ut tam ma/sculino quàm fœmi/nino genere de una persona intelligatur: dum & arbor referē ad Assyrium, & Assy/rius in arbore nomi/natur. Nec de rege Ba/bylonio in præsenti sermone ulla fit men/tio: ne uideatur cōtra captiuum populū po/situm in Chaldæa, do/minorū atque regnā/tium iracundiā pro/uocare, sed dicitur de rege Assyriorum qui

B eo iam tempore ca/ptus fuerat à Chal/dæis, & omne robur Assyriorū Babylonio subiacebat imperio. Vnde & decē tribus, hoc est Israel, Assyrij capiūt: duas autem, hoc est, Iudā & Benia/min, Chaldæi supe/rāt, & urbem subuer/tunt Hierusalē. Dictu/rus igitur contra Pha/raonem regē Aegypti & populum eius ser/mo diuinus, tali ad/uersum illū est usus exordio: Cui similis factus es in magnitu/dine tua? Ecce Assur quasi Cedrus in Li/bano, & reliqua. Et est sensus, Non mire/ris si à Babylonijs sis uincendus atq; peri/turus, & tuum perdi/turus imperium, om/nesq; opes Aegyptiæ destruendæ sint: cum Assur multo te forti/or, eodē Chaldæo su/perāte, deletus sit. De/scribitq; potētiā regis Assyrij sub figura ar/boris Cedri, iuxta He/braicum: iuxta Se/ptuaginta, Cypariſsi in monte Libano constitutæ quæ sit pulchra ramis & C condensa frondibus, & ad nubes usq; subrecta quæ id/circo tantum creuit, quod non aquis sed abyssis, hoc est aquis abūdantissimis irrigetur. Abyssus enim multitu/do sonitus aquarum: ita ut omnes aues nidos fecerint in ramis eius, & sub frō/dib⁹ illius genuerint omnes bestiæ saltuū. Et ne dubitaremus quæ essent cœli uola/tilia quæ syluarū be/stiæ apertius posuit: Et sub umbraculo il/lius habitabat cœtus gentium plurimarū. Cedri, inquit, & cypa/rissi, abietes siue pin⁹ & platani siue cypa/rissi, nō fuerūt æquæ ramis illi⁹. Et ne sigil/latim de cūctis arbo/ribus diceret, & om/nia, inqt, ligna para/disi dei non sunt assi/milata illi & pulchri/tudini eius. Per quæ nonnulli intelligunt, nō de rege dici Assy/rio, sed de contraria fortitudine, quæ i ser/mone Tyri inter Che/rubim dicitur esse ge/nerata, & preciosis di/stincta lapidibus, & postea ad terrena suo D uitio cōcidisse, q & in Esaia cadens, lucifer appellat, & in euāge/lio signatur à dño: Vi Esa.14.c debam satanā q̄si ful Luc.10.c gur de cœlo cadentē. Sed nos hæc oīa ut in terim seq̄mur histo/riā hyperbolicos di/cta itelligam⁹, q̄d tan/tæ Assyri⁹ fuerit potē/tiæ & sic cunctas op/pressérit nationes, ut se angelorū fortitudi/ni compararit. Oīa aūt metaphorice sub altissima Cedro siue Cypariſſo dicunt ad Assyriū interfectioq; illi⁹ appellat succisio. Quodq; sequit: Tra/didi eam in manu for/tissimi gentium, re/gem Babylonium uo/cat, ut quod uicit As/syriū, nō pprie forti/tudinis, sed diuinæ i/telligat potestatis. Iu/xta ipietatē, inqt, ei⁹ eieci eā, ut occulte Ba/byloniū moneat non debere esse crudelē, nec opprimere popu/lū dei q sibi traditus sit ne similia patiatur Assyrio, q crudelis & impi⁹ fuit. Et succidēt illam

Cap. XXXI

ET factū est in undecimo āno, tertio um mensis, factum est uerbum domini ad me dicens: Fili hominis dic Pharaoni regi Ae/gypti & populo eius: Cui similis factus es in magnitudine tua? Ecce Assur quasi Cedrus (siue Cy/pariſſus) in Libano, pulcher ramis & frondibus nemo/rosus excelsusq; altitudine, & inter condensas frondes (siue in medio nubiū) eleuatū est cacumen eius. Aquæ nutrierūt illum, abyssus eleuauit eum, flumina eius ma/nabāt in circuitu radicū eius, & riuos suos emisit ad uni/uersa ligna regionis. Propterea eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis (siue campi): & multiplicata sunt arbusta (siue rami) eius præ aquis multis. Cumq; extendisset umbram suam, in ramis eius fecerunt nidos omnia uolatilia cœli, & sub frondib. eius genuerūt om/nes bestiæ saltuū, & sub umbra illius habitabat cœtus gentium uniuersarū. Eratq; pulcherrimus in magnitu/dine sua, & in dilatatione (siue multitudine) arbustorum uel ramorū suorū, erant enim radices illius iuxta aquas. Cedri (siue Cypariſsi) non fuerunt altiores illo in para/diso dei, & abietes (siue pini) non adæquauerūt summi/tatem eius, & platani uel abietes non fuerunt æquæ uel similes frondibus (siue ramis) illius. Omne lignum pa/radisi dei (siue in paradiso dei) non est assimilatum ei & pulchritudini eius: quoniam speciosam feci eam, & mul/tis condensisq; frondibus, & æmulata sunt eam omnia ligna uoluptatis (siue deliciarum) quæ erāt in paradiso. Propterea hæc dicit dñs deus. Pro eo quod sublimata est in altitudinē & dedit summitatē suam uirentē atq; condensam (siue in medio nubiū eleuatū est cor eius in altitudine sua) tradidi eam (siue eum) in manu fortissimi (siue principis) gentiū: faciens faciet ei (siue & faciā per/ditionē eius): iuxta impietatē eius eieci eam. Et succen/dent eam alieni & crudelissimi nationū (siue pestilentes gentiū,) & proijciet eam super mōtes & in cūctis cōualli/bus corruent rami eius, & cōfringentur arbusta eius in uniuersis rupibus (siue campis) terræ, & recedēt de um/braculo eius omnes populi terræ & relinquent eam. In ruina eius habitauerūt (siue requieuerūt) oīa uolatilia cœli, & in ramis eius fuerunt uniuersæ bestiæ regionis. Quāobrē nō eleuabūtur in altitudine sua omnia ligna aquarū, neq; ponēt sublimitatē suā inter nemorosa atq; frōdosa (siue in nubib.) nec stabūt in sublimitate sua oīa quæ irrigātur aquis, quia omnes traditi sunt in mortem ad terram ultimā, in medio filiorū hominū ad eos qui

descendunt

descendunt in lacum. Hæc dicit dominus deus: In die quando descendit ad inferos induxi luctum (siue luxit eum abyssus), operui eum abysso & prohibui flumina eius, & coercui aquas multas. Contritus est (siue contenebratus) super eum Libanus, & omnia ligna agri concussa sunt (siue defecerunt). A sonitu ruinæ eius commoui (siue commotæ sunt) gentes cum deducerent eum (siue eam) ad infernū cum his qui descēdebant (siue descendunt) in lacum: & consolata sunt in terra infima omnia ligna uoluptatis (siue deliciarum) egregia atque præclara in Libano: uniuersaq; irrigabantur aquis. Nam & ipsi cum ea (siue cum eo) descendent (siue descenderunt) ad infernum ad interfectos (siue uulneratos) gladio, & brachium (siue semen) uniuscuiusque habitantium sub umbraculo eius, in medio nationum (siue uitæ suæ) perierunt. Cui assimilatus es ò inclyte atque sublimis inter ligna uoluptatis? Ecce deductus es cum lignis uoluptatis ad terram ultimam. In medio incircumcisorum dormies, cum his qui interfecti sunt gladio. Sic Pharao & omnis multitudo eius, dicit dominus deus.

Cap. XXXII

Et undecimo anno sermo fit domini: necdū enim uenerat ad duodecimū: qui numerus plenæ consummataq; uirtutis est. Vnde & duodecim sunt filij Iacob: à quib. post ea duodecim nomina propheratū uno uolumine continentur. Et apostoli duodecim sunt, quorū quia unus Iudas proditor fuit: in locum eius Matthias eligitur. Et archisynagogæ filia annorum duodecim à dño suscitatur. Hæmorrousa quoq; anno duodecimo recipit sanitatē. Sed quia corripitur Pharao, & postea plāgitur: propterea tertius mensis & unus dies undecim annorū numero copulantur. Vnde & in consequentibus duodecimo anno, mense duodecimo, una mensis fit uerbum dñi ad Ezechiel, dicēs: Fili hominis assume planctū super Pharaonem regem Aegypti, & dices ad eum. Qui enim plāgitur, ideo plangitur ut intelligat quanta bona perdiderit, & tamen quia Pharao erat, & brachium eius necdum fuerat colligatum, nec pristinam receperat fortitudinem: Propterea in anno & in mense duodecimo, uiginti nouem dies adhuc remanent, ut duodecim annorum numerus compleatur. Vno igitur mensis die, sermo fit domini ad prophetam, & præcipitur ei ut loquatur regi Aegypti & multitudini eius. In quo mirandum quod quatuor interpretes non populum dixerint, sed multitudinem. Multi enim uocati, & pauci electi. Et in lege scriptum est: Non eris cum multitudine in malo. Diciturq; ad regem Aegypti: Cui similis factus es in magnitudine siue in altitudine tua? Quod & ipse se exaltauerit, & subiaceat illi sententiæ: Omnis qui se exaltat humiliabitur, sed tamen non sit eius altitudini similis: qui quasi Cedrus siue Cyparissus in Libano fuerit, pulcher ramis & frondibus nemorosus: excelsusq; altitudine & ad nubes usque erexerit caput: ad quas secundum Dauid ueritas dei peruenit, & quibus mandatur ne pluant super Israel imbrem. Pulchritudo quoque illius prædicatur quæ in turpitudinem prava

A illam alieni & crudelissimi nationum siue iuxta Lxx. pestilentes: quod nunquā diceret positus in Chaldæa, ne illum aduersum gentem suam commoueret. Proiicitur quoq; super montes, & in cunctis conuallib. corruunt rami eius & confringūtur in rupibus, & à cunctis derelinquitur populis: hoc est, uolatilibus cœli & bestijs campi: & in tantam ueniet perditionē ut omnes arbores quæ putabantur excelsæ cōparatione Assyriæ arboris, suo exemplo eleuari, & in sublime erigi ultra desistant, nec stent in altitudine sua, sed illa succisa, omnes metu pariter succidantur. Quodq; per translationem dictū erat sit manifestius: Omnes ait traditi sunt, subauditur reges in mortē, ad terrā ultimā, hoc est, ad infernū in medio filiorū hominū: nequaquā inter arbores, ad eos qui descēdūt in lacū, haud dubium quin inferna significet. Post succisionem arboris Assyriæ: siue in die quando descendit ad infe-
B ros Assyrius & induxit dñs luctum: rursum per translationem de eo loquitur quod opertus sit
Psal.68.d abysso, iuxta illud quod scriptū est: Veni in profundum maris, & tempestas demersit me: Et omnia flumina, omnes uidelicet nationes eum ultra rigare cessauerint, & cō tristatus sit siue contenebratus super eam, id est, arborē: uel eum, id est Assyriū Libanus. Ac ne putaremus de arbore esse sermonē, sequitur: A sonitu ruinæ eius cōmoui gentes. Quæ enim tanta ruina esse unius arboris potest, ut ad sonitū eius uniuersæ commoueātur gentes? Cum deducerēt, inquit, eam ad infernū: luxta literam, arbor ad inferos deduci nō potest: cum alijs qui in lacū, id est, ad inferos descēdebant. Et cōsolata sunt in terra infima: in corde uidelicet terræ, omnia ligna uoluptatis siue deliciarum quod Hebraice appellatur עֵדֶן ut nemorosos saltus syluasq; significet egregias atq; præclaras quæ fuerunt in Libano, & irrigabātur aquis. Nam & ipsæ arbores cum eo: hoc est, cum Assyrio descēdēt ad infernū, ad interfectos siue uulneratos gladio. Ligna gladijs non uulnerantur, sed cæduntur, nec descendunt ad infernū. Et brachium, inquit, siue semen: quoniā apud Hebræos sermo זְרוֹעַ utrunq; significat, requiescet in umbraculo eius in medio nationū: nequaquā syluarum sed gentium. Ad extremū fit apostropha ad ipsum Assyriū, siue ad Pharaonem. Cui assimilatus es ò inclyte atque sublimis inter ligna uoluptatis? Nullus tibi, inquit, par fuit: sed omnes reges potentia superasti, & tamē cum cæteris regibus qui erant in comitatu tuo, ad terras ultimas, id
Psal.62.e est, ad inferos deductus es, dicente scriptura: Ingredientur ad extrema terræ, tradentur in manus gladij, partes uulpium erūt. In medio, ait, incircuncisorum dormies, cum his qui interfecti sunt gladio. Ostēdit quæ essent ligna, quæ Cedrus siue cyparissus gladijs uulnerata, & iacens cum incircuncisis. Et ut extrema anterioribus iungeret: quia supra dixerat, cui similis factus es in magnitudine tua: ecce Assur quasi Cedrus in Libano pulcher in ramis & frondibus, & reliqua: nunc infert, Sic est Pha C
rao & omnis multitudo eius dicit dominus. Quō, inqt, Assyrius, Cedrus & Cyparissus Babylonio succidente deiecta est: sic Pharao & populus eius: hoc est ipsa arbor & rami illius à Babylonio succidentur. Hæc interim iuxta historiā dicta sint: quæ plerisq; in cōsummatione mundi futura intelligūt: & regem Pharaonem, hoc est eam potestatē cui Aegyptus subiecta sit, cōparari regi Assyriorum potentissimo, id est, antichristo, quod si ille corruerit, utiq; & alij rectores tenebrarum istarū & principes mundi facilius corruāt. Dicamus ergo de singulis breuiter omnia perstringētes: ut nō tam differamus & explanemus obscura, quàm explanare cupiētibus materiam dedisse uideamur: primūq; discutiēdū, cur undecimo anno, tertio mense, una die mensis factū est uerbum domini ad Ezechielē, dicens: Fili hominis, dic Pharaoni regi Aegypti & multitudini eius. Lo-
cuturo ad Pharaonē, D

Gene.35.d

Luc.6.c

Marc.5.c

Matth.22.b

Luc.14.e

A praua uoluntate mutata est, ita ut dicatur de eo: Cōfrin/
Psal.28.a get dominus Cedros Libani, & excelsus ipse in altissi/
mo montiū Libano cōstitutus, quāto sublimior fuerat,
tanto fortius caderet. Cuius scriptura sancta uolens alti
tudinem demonstrare, appellat cedrum magnā quā nu
trierūt aquæ, non a/
quæ Siloe quæ uadūt
cum silētio, sed aquæ
Rasin & aquæ Aegy/
pti, de quib⁹ scriptū
Hiere.2.d est: Quid tibi ut bi/
bas aquas Geon siue
Sior? quod aquas tur
bidas sonat. Abyssus quoq; exaltauit eum super quā in
principio mundi tenebræ ferebātur, & ad quam in euan
Luc.8.e gelio dæmones ne mittantur rogant. Flumina eiusdem
abyssi in circuitu radicum eius erāt, de quibus dicitur:
Esa.8.b Quid tibi & uiæ Assyriorū, ut bibas aquas fluminū? Et
in alio loco: Ecce dominus inducet super uos aquā flu/
minis fortem & multā, regem Assyriorū & omnē gloriā
eius. Riuos quoq; suos emisit abyssus ad uniuersa ligna
regionis, ut non solum principē mundi huius, sed & so/
cios illius irrigaret. Propterea eleuatus est, & super omia
ligna altissima succreuit, & multiplicata sunt arbusta ei⁹
& totius orbis possedit imperiū, dicēs: Hæc omnia mihi
tradita sunt. Et eleuati sunt rami eius, qui aquis abyssi
fuerant irrigati. Qui extendit siue dilatauit umbraculū
suum, ut omnes subijceret suæ ditioni. In ramis eius fece
Ioan.8.d runt nidos omnia uolatilia cœli. Omnis enim qui facit
peccatū: de diabolo natus est; & de ramorum eius nume
Rom.5.c ro computatur. Illa autem uolatilia fecerunt nidos in ra
mis eius, quæ iuxta uiam euāgelicam comedere semen/
tem: siue quia omnes peccauerunt & indigent misericor
Psal.13.a dia dei, de quibus dictum est: Omnes declinauerunt, si/
mul inutiles facti sunt: Idcirco in ramis eius fecerunt ni
dos. Sequitur: Et sub frondibus eius genuerunt omnes
B bestiæ saltuum, quæ Christi mansuetudinem perdide/
runt: & sub umbraculo illius habitabat cœtus gentium
plurimarū, ut nullus esset qui non eius tangeretur um/
braculo, præter eum qui dixit: Ecce uenit princeps mū/
Rom.5.b di istius, & inueniet in me nihil. Per unum enim hominē
1.Cor.15.c peccatum intrauit in mundū, & per peccatū mors, & sic
in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes pec/
cauimus, & in Adam omnes morimur, cunctiq; pecca/
uimus, & indigemus gloria dei. Et tamen in ipsa habita/
tione diuersa cōditio est. Alij habitāt in ramis eius quasi
uolatilia, scientiam sibi in philosophia & in hæreticorum
dogmatibus pollicentes. Alij quasi bestiæ feræ, immites
atque crudeles: alij quasi multitudo gētium plurimarū,
ut cōmixtos diuersis uitijs significet atq; peccatis. Erat
autem Assur pulcherrimus in magnitudine sua, & in di
latatione arbustorum suorum, quia aquis multis radix
eius fuerat irrigata: intantum ut in paradiso dei nulla ce
drorū & cypariſſorū esset altior, nec abietes piniq; adæ/
quarēt sublimitatem eius, siue platani non essent æquæ
frondibus illius. Idcirco nulla arborum in paradiso plā
tatarum ei fuerat adæquata: quia omne lignum paradisi
dei non est assimilatū illi & pulchritudini eius. Nequa/
quam enim erectæ sunt per superbiam, sed scierunt hu/
militatem suam, neq; similitudinē dei sacrilego sibi ani/
mo uendicare conatæ sunt. Quodq; sequitur: Et æmula
ta sunt eam omnia ligna deliciarum quæ erant in para/
diso, sic edisserimus. Aemulata sunt ligna paradisi multi
tudinem ramorū eius: Multi enim uocati, & pauci electi.
Et, lata & spaciosa uia quæ ducit ad mortē. Cupit enim
tantos habere in salutem, quantos Assur habuit in perdi
tionem. Vnde quia Assur sublimatus est in altitudine, &
dedit sublimitatem suam uirentē atq; condensam, siue
usque ad nubes cacumen erexit, & eleuatum est cor eius
ut diceret: Ero similis altissimo: propterea traditus est in
manu fortissimi gentiū: quam intelligimus aliā detesta/
bilem potestatē, cui traditur ad puniendū, ipse est enim

ET factum est duodecimo anno, in mense duo/
decimo (siue decimo) in una die mēsis: factum est
uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis, assume la/
mentū super Pharaonē regem Aegypti, & dices ad eū:
Leoni

inimicus & ultor, ut assur intelligatur antichristus, & for C
tissimus gentiū cui traditus est, satanas, iuxta illud Apo
stoli: Quos tradidi satanæ ut discant non blasphemare: 1.Tim.1.d
Qui faciens faciet ei quæcunq; ei à dño fuerint impera/
ta. Ista autē cypariſſus eiecta est de paradiso dei propter
impietatē suā, & succi
dent illā alieni & cru
deles siue pestilentes
in gentibus, ut imple
atur illud quod scri/
ptum est: Pestilēte fla
gellato, stult⁹ astutior Prouer.19.d
fiet. Et iterū: Iam secu Matth.3.c
ris ad radices arboris posita est, qui præcidēt eam super
montes, ut corruat in superbia sua. In cunctis autē cōual
libus corruent rami eius, ut ad tartarū deducantur om/
nes qui in eius fuere comitatu, & recedāt de umbraculo
illius & relinquant eam, ut uolatilia cœli & bestiæ terræ,
quæ prius sub illā fuerant & illius umbraculo tegeban/
tur, postea pœnæ eius participes sint. Cumq; uiderint
cætera ligna syluarū siue paradisi, Assur cypariſſum sen
tētia dei corruisse: nō eleuabūtur in superbiā, nec se esse
aliquid æstimabunt, nec irrigationē aquarū suarū pro/
prias arbitrabunt diuitias: eo quod omnes rami & uola
tilia cœli & bestiæ terræ quæ erāt sub imperio Assur, de/
ducātur in mortē ad terram ultimā. De quibus scriptū
est: In conspectu eius cadent omnes qui descendūt in ter/ Psal.21.g
ram. Et in alio loco: Ingredient ad extrema terræ, & erūt Isa.62.c
nequaquā cum angelis, sed cum filijs hominū qui descē
dunt in lacū, siue in foueam sempiternā. Cū autē ille de/
scenderit ad extrema terræ, & pars uulpiū fuerit à quib.
lacerādus est, tunc luctus erit uel omniū sociorū eius uel
sanctarū fortitudinū, quæ illum dolebūt ad inferos de/
scendisse. Vnde dicit dñs: Operui eum abyssо, cuius aqs
fuerat ante nutritus, & prohibui flumina ei⁹, id est, abys/
si: & coercui aquas multas, ne eum irrigarent, sed magis
opprimerent. Cōtristatus est super eum Libanus in quo
fuerat exaltatus, & omnia agri ligna concussa sunt, succi D
sionem similē formidantia. A sonitu ruinæ eius cōmoui
gētes, ut nullus perditionē illius ignoraret, & deductio/
nem ad inferos cum cæteris socijs eius. Acceperūtq; cō/
solationem omnia ligna uoluptatis, id est paradisi, dum
uident & mala malis, & bona bonis restitui. Hæc autē li/
gna Libani sunt, aquis irrigata fluminū domini: quibus
& illa arbor fuerat irrigata quæ corruit. Siue omia ligna
quæ quondā fuerunt bona & irrigabantur aquis, & in
Libani altitudine morabantur, accipient cōsolationem,
quando principē suum similia uiderint sustinere tormē
ta. Et ipsa enim descendēt ad infernū ad interfectos gla/
dio domini, & omnis fortitudo lignorum habitabit sub
umbraculo eius: id est in pœna, in medio omnium natio
num quæ claustris inferni tenebunt. Post hæc ad ipsum
Pharaonē sermo conuertitur, cui dictum fuerat in prin/
cipio, cui similis factus es in magnitudine tua, & dicitur
ad eum: Cui assimilatus es ò inclyte atq; sublimis inter
ligna uoluptatis? Nempe Assyrio qui corruit. Et tu eras
inclytus atq; sublimis inter ligna eden, hoc est deliciarū
& paradisi: & ecce deductus es sicut Assyrius cum omni
bus lignis quæ quondā fuerant in delicijs ad terrā ulti/
mam & ad inferos, & dormies non in requie, sed in pœ/
nis: in medio incircūcisorū, hoc est immundorū, & cum
his qui in gladio dñi cōciderūt. Et ut sciamus qui sit ille
cui dixerit, ò inclyte atq; sublimis iter ligna uoluptatis,
ponit manifestius: Ipse est Pharao & omnis multitudo
eius: Siue iuxta Lxx. sic est Pharao & omnis multitudo
eius, ut quomō supra Assyrius succisus est & corruit, sic
& Aegyptius subruatur. Cap. XXXII

ET factum est &c.] Aeditionē utrāq; miscemus: in his
duntaxat in qbus discrepant. Alioq; n ubi unus sen/
sus est, Hebraicū sequimur. In multis aūt exēplarib. iux/
ta Lxx. duodecimus annus, & mēsis decimus ponitur:
Iuxta cæteros autē interpretes, decim⁹ annus & duode/
cimus

A cimus mensis,ut uel iam capta sit Hierusalem & gaudiũ Pharaonis malis sibi imminentib.auferatur:uel certe capiẽda:& suis magis miseriis doleat q̃ aliorum captiuita te lætetur.Et interim breuiter quædã historiæ fundamẽta iaciẽtes,quid Hebræi super hoc loco intelligãt percurramus.Leoni cõparatur Pharao, nõ unius gentis,sed multarum gentiũ, siue draconi in mari, ut terram a quasq̃ possideat:qui irrigatione fluminũ erigebat in superbiã, quæ cornu uocatur, & multitudine exercitus sui omnes aquas transiẽs poterat conturbare:idcirco expãdere se dicit rete suũ super multitudinẽ eius, & extrahere eũ sagena sua uel hamo: & proiicere siue extẽdere eũ super terrã: q̃ quasi coluber multis spiris fuerat inuolutus,ut à cunctis cœli uolatilibus deuoret. Cumq̃ nõ solũ aues, sed oẽs bestiæ terræ eũ lacerauerint, reliquæ carnes eius,mõtes & ualles cãposq̃ cõplebunt:ita ut cuncta uermibus scateãt.

B Hæc autẽ loquit̃ per metaphorã, ut postq̃ uolatilia cœli & bestiæ carnib. eius fuerint saturatæ: id est, exercitus eius & uniuersa multitudo: reliqua pars in uermes & saniẽ conuertatur. Tunc,inq̃t,cœli tenebris obuoluentur,sol & luna & cætera luminaria non dabunt lumen suũ: sed super te cũcta nigrescẽt:nihilq̃ tibi lætũ erit: & ad tuum interitũ omnes populi & cũcti reges eorũ horrore nimio formidabũt, cõspiciẽtea gladiũ meũ huc illucq̃ uolitare & nulli parcere, & in tua ruina ruinã similẽ perti mescent. Vt aũt scias quis iste sit gladi⁹,audi manifestius:Gladius regis Babylonis ueniet tibi, in gladiis fortiũ siue gigantium deiciam omnẽ multitudinẽ tuam. Qui gigantes inexpugnabiles gẽtes sunt,quæ Babylonij regis tenebãtur exercitu.Isti uastabũt siue disperdẽt superbiã Aegypti & omnẽ multitudinẽ eius: nihilq̃ in Aegypto remanebit:sed cũ hominib.& iumẽta brutaq̃ animalia pariter auferẽtur. Et tãta erit solitudo in Aegypto, ut nec pede hoĩs nec ungula iumẽti aquæ illius cõturbẽtur,sed quieta sint oĩa,& aquæ fluminũ eius quasi oleũ

C

Leoni gentium assimilatus es, & draconi qui est in mari,& uentilabas cornu in fluminibus tuis,& cõturbabas aquas pedibus tuis,& conculcabas flumina earum(siue tua).Propterea hæc dicit dominus deus: Expãdã super te rete meum in multitudine populorũ multorũ, & extraham te in sagena mea, (siue extrahã te in hamo). Et proiiciam(siue extraham)te in terram, super faciẽ agri abiiciam te(siue campi replebuntur tui),& habitare (siue sedere)faciam super te omnia uolatilia cœli,& saturabo de te bestias uniuersæ terræ,& dabo carnes tuas super montes:& implebo colles(siue ualles)sanie tua (uel sanguine tuo)& irrigabo(siue irrigabitur)terram putore sanguinis tui (siue stercoribus tuis) super montes, & ualles implebũtur ex te. Et operiam cum extinctus fueris cœlum,& nigrescere faciam stellas eius: Solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum. Omnia luminaria cœli mœrere faciam (siue contenebrescent) super te:& dabo tenebras super terram tuam, dicit dominus deus. Et iritabo cor populorum multorum cum induxero contritionem(siue captiuitatem)tuam in gentibus super terras, (siue in terra,) quam nescis. Et stupescere faciam (siue contristabuntur) super te populi (uel gentes multæ)& reges eorum horrore nimio formidabunt super te: cum uolare cœperit gladius meus super facies eorum, & obstupescent repente singuli pro anima sua in die ruinæ tuæ, (siue expectantes ruinam suam à die ruinæ tuæ). Quia hęc dicit dominus deus: Gladius regis Babylonis ueniet tibi. In gladiis fortium (siue gigantium) deiciam multitudinem (siue fortitudinem) tuam:inexpugnabiles gentes omnes hæ,(siue pestilentes de gentibus cunctis),& uastabunt (siue perdent)superbiam uel iniuriam Aegypti, & dissipabitur multitudo eius (siue conteretur omnis fortitudo illius).Et perdam omnia iumenta eius quæ erant super aquas plurimas(siue ab aquis multis),& non conturbabit eas pes hominis ultra, neque ungula iumentorum turbabit (siue calcabit) eas. Tunc purissimas reddam aquas eorũ, (siue ut aliquando quiescant aquæ eorum), & flumina eorum quasi oleum adducam (siue ut oleum fluent) ait dominus deus: cum dedero terram Aegypti desolatam (siue perditam). Deseretur autem terra à plenitudine sua(siue cum plenitudine)quando percussero (siue disseminauero) omnes habitatores eius: & scient quia ego sum dominus.Plãctus est,& plangẽt eum filiæ gentium super Aegyptum & super multitudinẽ eius (siue omni fortitudine illius): plangent eum, ait dñs deus.

Et factum

fluãt purissimæ ac nitentes: nullo per eas trãseunte nec earum fluẽta turbante. Hoc aũt fiet propter Aegypti solitudinẽ, quæ redigetur in desertũ ab oĩ multitudine sua: q̃ habitatores ei⁹ dominus percusserit, ut intelligãt qui remãserint quod ipse sit dominus. Idcirco planctus est Pharaonis,& plangẽt eum filiæ gẽtiũ in circuitu. Nõ solũ autẽ super illo, sed & super multitudine eius quæ dño uastãte deleta est. Hæc super simplici litera curiim dixisse sufficiat:ueniamus ad intelligẽtiã spiritualẽ. Nec puto magnopere laborandũ nosse qui sit Pharao rex Aegypti,cum supra plenius dixerimus, eã uidelicet potestatẽ, cui Aegyptus credita est,uel una prouincia, uel Aegyptus totius mũdi, quæ nõ est leo cõdita, sed prorio uitio assimilata leoni gẽtium. Homo eĩ cũ in honore esset nõ intellexit, cõparatus est iumẽtis insipientib. & similis fact⁹ est illis. De hoc leone & Petrus loquit̃: Aduersarius noster diabolus quasi leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret. Et in nono psalmo scriptũ est: Insidiat̃ in abscõdito quasi leo in spelunca sua:insidiat̃ ut rapiat pauperẽ. Et in Hieremia spiritus sanctus ait:Leo de sylua percussit eos. Draconẽ aũt dici diabolũ, pro quo Aqla interpretatus est Leuiathan,nomen draconis exponens,iuxta superiorẽ explanationẽ multis testimoniis docui: q̃ dixerat,mea sunt flumina & ego feci ea. Iste igit̃ draco fluminib.suis quasi cornibus uentilabat pluri mas natiões: quæ sup

D

Psal.48.d

1.Pet.5.b

Hiere.5.b

A Marcione, Valentino, Arrio & Eunomio cæterisq; hæreſeon principibus intelligere poſſumus: qui imitãtur eccleſiaſticos uiros, dicentes ad dñm ſaluatorẽ: In te inimicos noſtros uentilabimus cornu, & non uentilãt ad ſalutem, ut de terra ad cœlũ leuent, ſed ut in profundũ abiiciant. Deniq; ſequitur: Et cõturbabas aquas pedib. tuis,
Gal. 5. b iuxta illud Apoſtoli: Qui autẽ conturbat uos, portabit
Iſa. 8. b iudicium. Nõ uult enim aquas Siloe bibere, quæ uadũt cum ſilentio, ſed aquas Aegypti turbidas atq; cœnoſas, quæ antequam pedibus conculcarẽtur draconis, puræ erant & ſuo fluentes ordine: poſtquã autem pedib. illius conturbatæ ſunt, curſus ſui ordinem perdiderunt. Neq; enim utuntur hæretici teſtimoniis ſcripturarũ ſibi cohærentibus, ſed conturbãt omnia. Et quia ipſe eſt inimicus & ultor: non ſolum aquas alienas draco Aegyptius conturbat pedibus ſuis: ſed cõculcat flumina ſua, ne parcat eis quos ſemel in ſuam redegerit poteſtatem. Quod de-
Pſal. 35. d uitare cupiens iuſtus, precatur: Non ueniat mihi pes ſuperbiæ. Et in alio loco, conculcatus petit ne iterum con-
Pſal. 55. a culcetur: Miſerere, inquit, mei dñe, quoniã conculcauit me homo. Inimicus autem homo diabolus eſt, de quo &
Ibid. 9. a alter pſalmus loquitur: Vt nõ magnificetur ultra homo ſuper terram. Propterea hæc dicit dominus deus: Expãdam ſuper te rete meũ, in multitudine populorũ multorum. Rete domini ueteris & noui teſtamenti ratione contextum, mittitur ſuper draconem qui habitat in populorum multitudine: & ſemper turbis & populorũ multitudine delectat, ut extrahat eũ in ſagena ſua ſiue in hamo
Matth. 13. f ſuo. Iſta eſt ſagena, quæ in mare huius ſeculi mittitur & extrahit piſces multos, alios eligẽdos & alios abiiciẽdos.
Iob. 40. d Siue iſte eſt hamus, de quo in Iob ſcriptum eſt: Adduces aũt draconẽ in hamo: & circũdabis capiſtrũ circa nares eius, pro quo interpretatus eſt Aquila, extrahes Leuiathan in hamo, & funibus colligabis linguã eius. Extrahitur autẽ draco ſiue Leuiathan de mari hamo uel ſagena dñi: ut proiiciatur ſiue extẽdatur ſuper terrã, & omnes ſpi-
B ræ eius quib. ſuas inſidias occultabat aperiãtur & profe rantur in publicũ & in terram abiiciantur, & iaceat qui in cœlo poſuerat os ſuũ, & ſe altiſſimo ſimilem eſſe iactabat. Vnde ſequitur: Et habitare ſiue ſedere faciam ſuper te omnia uolatilia cœli, & ſaturabo de te beſtias uniuer-
F Pſal. 73. c ſæ terræ, ſecundũ illud quod ſcriptum eſt: Dediſti eum eſcam populis Aethiopũ. Qui uel uolatilia uocantur uel beſtiæ terræ. Volatilia, quæ ſementem, ut diximus iuxta uiam rapiunt. Beſtiæ terræ, uitiis efferatæ, quod ad hæreticos atq; gẽtiles referri poteſt. Quod autem ſequitur: Et dabo carnes tuas ſuper mõtes, & implebo colles tuos ſanie tua, ſiue implebo ualles ſanguine tuo, hũc habet ſenſum: ut uolatilia cœli & beſtias terræ, deceptorum populos intelligam⁹, crudelitatẽq; gẽtiliũ: mõtes aũt ad principes referam⁹ hæreſeon: q̃lis fuit Valẽtinus & Marciõ, collesq; ſucceſſores eorũ q ſaturãtur ſanie draconis: ſiue ualles q implenẽ draconis ſanguine, iferiores quoſq; credẽtiũ. Aut certe mõtes aduerſarias poteſtates, quæ in aere diſcurrũt: & ualles, quæ iferna penetrãt, & æternis ſupplicijs mãcipatæ ſunt. Porrò qđ dicitur, & irrigabo terrã putore ſanguinis tui ſuper mõtes, ſiue irrigabiẽ terra de ſtercoribus tuis ſuper montes, & ualles implebuntur ex te: illud ſignificat quod omnis ſuperbia & arrogans hæreticorum tumor, non tam uitali & puro quàm putrido atq; fœtenti ſanguine compleatur, iuxta illud quod ſcri-
Pſal. 82. b ptum eſt: Pone eos ſicut ſtercus terræ. De quo ſanctus à
Ibi. 112. a dño liberatur: Qui ſuſcitat de terra inopẽ, & de ſtercore erigit pauperẽ. Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui. Valles autẽ in ima depreſſæ, ut ſupra diximus, aut inferna ſignificant, aut humilem hæreticorũ ſenſum, propter uoluptatẽ & terrenas opes cuncta facientiũ. Quod autẽ iungitur: Et operiã cum extinctus fueris cœlum, & nigreſcere faciã ſtellas eius, ſolem nube tegam, & luna non dabit lumẽ ſuum, omnia luminaria cœli mœrere uel tenebreſcere faciam ſuper te, & dabo tenebras ſuper terrã tuã, ait dñs deus: ſi ſequamur literam, penitus intelligi non poteſt. Quãdo enim interfecto Pharaone ſiue dracone ſol & luna & ſtellæ nõ dederunt lumen ſuum, & cœlum opertũ eſt tenebris: iuxta illud poeticũ: Impiaq; æternã timuerunt ſecula noctem. Ergo hoc dicendũ eſt, quod extincto Pharaone, qui trãſfigurabat ſe in angelum lucis, de quo in alio loco ſcriptũ eſt: Lux impiorũ extinguetur, cœlum ſiue cœli operien-
Ioan. 18. a tur tenebris. De quibus & Paulus loquitur: Et ſpiritua-
Eph. 6. b lia nequitiæ in cœleſtibus. Et nigreſcere faciet dominus ſtellas eius, uel draconis uel cœli. Sup quo & Iudas apoſtolus ſcribit: Sidera errantia, quibus caligo tenebrarũ
Iude d in æternũ reſeruatur. Sol quoq; nube tegetur, ſol iniquitatis, qui contrarius eſt ſoli iuſtitiæ: nube autem, uel ipſo
Iſa. 19. a dño ſaluatore qui deſcendit in Aegyptũ ſuper nubem leuem, nullo peccatorum põdere prægrauatam, uel prophetis & apoſtolis, de quibus legimus: Mandabo nubi-
Ibid. b bus ne pluant ſuper eam imbrem. Et in pſalmis: Veritas
Pſal. 56. b tua uſq; ad nubes. Cum autẽ ſol iniquitatis fuerit obſcuratus, luna quam hæreticorũ ſentimus eccleſiam, & quæ à ſole iniquitatis lumẽ putabatur accipere, non dabit lumen ſuum, nec decipiet credentes falſi nominis ſcientia. Omnia quoq; luminaria & quicquid uidetur in hæreticis eſſe doctrinæ, extincto dracone cæcabiẽ, ſiue mœrebunt principe perdito: ita ut ipſe dñs terram hæretico-
rum operiat tenebris, ignorantia ſcilicet ueritatis, ut cæci cæcos ducant in foueam, & habitatores terræ mittantur in tenebras exteriores, ubi eſt fletus & ſtridor dẽtiũ. Poſt hæc dicitur: Et iritabo cor populorum multorum: cum induxero cõtritionem ſiue captiuitatẽ tuam in gentibus ſuper terrã quam neſcis, ut qui prius Pharaoni ſeruierant, iraſcãtur contra eum, uidentes captiuitatẽ eius ad aliam terram quam draco neſciebat eſſe perductam. Nec debemus ambigere bonas eſſe terras quas Pharao neſciat, ſcilicet quãdo captiuitas Pharaonis alia captiui-
Pſal. 67. d tate mutatur, de qua dicitur ad ſaluatorẽ: Aſcendens in
D altum, captiuã duxit captiuitatẽ: accepit, ſiue iuxta Apoſtolum, dedit dona hominibus. Et ſtupeſcere, inquit, ſa-
Ephe. 4. b ciam ſuper te populos multos: ut qui prius Pharaonis admirabantur potẽtiam, poſtea eum admirentur de ſuo culmine cecidiſſe. Reges quoq; populorũ horrore nimio formidabũt ſuper eum, quorũ regna domino diabolus
Pſal. 2. a oſtẽdit, & de quibus in pſalmo dicit: Aſtiterũt reges terræ, & principes conuenerũt in unum. Hoc autẽ fiet cum uolare cœperit gladius domini ſuper facies eorũ, ſubauditur regum ſiue populorũ. Gladius aũt domini intelligendus eſt uiuẽs ſermo dei & efficax & acutus ſuper omnem gladiũ ex utraq; parte acutũ, qui uolat atq; diſcurrit & perſtringit cernẽtium oculos uultuſq; deterret, ut obſtupeſcentes ſuper ruina Pharaonis, ſe in illo uideant eſſe deiectos. Et domini quidẽ gladius de quo ſcriptum
Luc. 2. a eſt: Ecce hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionẽ multorum, iacentes eleuat, & male erectos humilitate commutat. Gladius autẽ regis Babylonis ueniet ſuper draconẽ Aegyptium, ut in gladijs fortium ſiue gigantiũ deiiciat dominus multitudinẽ eius qui regem Aegypti ſectabatur. Inexpugnabiles, inquit, ſiue peſtilentes de gentibus omnes iſti, ut mali ad puniendũ tradãtur peioribus, de
Pſal. 77. a quibus ſcriptũ eſt: Immiſsionẽ per angelos peſsimos. Et
1. Tim. 1. d Apoſtolus: Quos tradidi, inquit, ſatanæ, ut diſcant non blaſphemare, uel in interitum carnis, ut ſpiritus ſaluus fiat. Cum autem per huiuſcemodi miniſtros deiecta fuerit ſuperbia Aegypti, & multitudo illi⁹ diſsipata: perdentur omnia iumẽta illius quæ erãt ſuper aquas pluri-
mas, & non conturbabit eas pes hominis ultra. Si enim beatus qui ſeminat ſuper aquas ubi bos & aſinus calcat: e contrario infelix: qui ſimplices quidẽ ſuo ultra poterit errore retinere: ita ut pes hominis non calcet in eis, quo ne ſignũ quidem ſapiẽtiæ atq; rationis aquæ Aegyptiæ in ſe habere uideantur. Vngula quoq; iumẽtorum non turbabit eas, ut de limpidiſsimis atq; nitentibus faciat turbidas atq; cœnoſas. Tunc reddẽtur nõ ab alio ſed ab ipſo domino aquæ puriſsimæ, quæ draconis fuerant do-

minatione

A minatione turbatæ: ita ut flumina earum labantur quasi oleum, & sint ueri luminis nutrimentū. Hæc autem fient, cum dederit dñs terrā Aegypti desolatā, & perdiderit multitudinē eiꝰ & pcusi fuerint omnes habitatores illiꝰ, ut isto profectu scire possint quod ipse sit dñs. Quod autē iūgitur: Plāctus est, & plāgent eum filiæ gentiū super Aegyptū, & super multitudinē eius plāgēt eum, ait dominus deus: perspicuū est animas omniū gētiū quæ prius oppressæ fuerāt, siue earum gentiū, quæ nequaq; in Aegypto morabātur, sed in regione uiuentiū, interfectū draconē plangere & omnem multitudinē eiꝰ: non spe salutis, sed quod de tanta potentia, suo uitio & superbia deiectꝰ sit in æterna supplicia. 4 ¶ Et factū est in duodeci/
B mo anno, &c.] Multum in hoc loco Lxx. interpretum æditio, & ordine & trāslatione discordat: & quædam in ea de Theodotione addita sunt. Vnde necesse habuimus & ipsam ponere: neq; quaquā parcētes longitudini, & studiosi lectoris diligentiæ seruientes. b ¶ Et factū est in &c.] Non ignoro fastidiosam fore delicato lectori tantā inter duas æditiōes discrepantiā. Sed quid faciam calumniatoribus meis: qui si aliqd de Lxx. interpretum trāslatione subtraxero: me sacrilegum & absque timore domini uociferantur: maxime qui cum in fidei ueritate discordēt & Manichæorum sequātur errores, in eo imperitorum animas commouent, si de ueteri quippiam monstrare potuerint mutatum consuetudine: libentius errare cupientes, quàm aliquid ab æmulo uerū discere.

HEBR. Et factum ēst in duodecimo anno, in quintadecima mensis: factum est uerbum domini ad me, dicēs: Fili hominis, cane lugubre super multitudinem Aegypti, & detrahe eam ipsam & filias gentium robustarū ad terram ultimam cum his qui descendunt in lacum. Quo pulchrior es, descende & dormi cum incircūcisis. In medio interfectorum gladio cadent, gladius datus est, attraxerūt eā & omnes populos eius. Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni, qui cum auxiliatorib. eius descenderunt & dormierunt cum incircuncisis interfectisq; gladio. Ibi Assur & omnis multitudo eius, in circuitu illius sepulchra illius, omnes interfecti & qui ceciderunt gladio: quorum data sunt sepulchra in nouissimis laci, & facta est multitudo eius per gyrum sepulchri eius, uniuersi interfecti cadētesq; gladio, qui dederant quondam formidinem in terra uiuentium. Ibi Aelam & omnis multitudo eius per gyrum sepulchri illius: omnes hi interfecti ruentesq; gladio, qui descenderunt incircuncisi ad terram ultimam qui posuerunt terrorem suum in terra uiuentium, & portauerunt ignominiam suā cum his qui descendunt in lacum. In medio interfectorum posuerunt cubile eius in uniuersis populis eius, in circuitu eius sepulchrum illius. Omēs hi incircun/

SEPTVAG. Et factū est in duodecimo anno in quintadecima mensis: factus est sermo domini ad me, dicēs: Fili hominis, plāge super multitudinē Aegypti, & deducent filias eius gentes mortuas in profundum terræ ad eos qui descendunt in foueā. (Porrò sub asteriscis additum est*) De aqua pulcherrima descēde, & dormi cum incircuncisis. (Rursum ordo sequitur:) In medio uulneratorum gladio cadent cum eo, & dormiet omnis fortitudo eius, & dicent tibi gigantes, in profundo foueæ, descende quo melior es, descende & dormi cum incircuncisis in medio uulneratorum gladio. Ibi Assur & omnis congregatio eius. (Quodq; sequitur.) Omnes uulnerati ibi dati sunt, & sepulchrum eius in profundo foueæ, & facta est congregatio eius: (in Hebraico nō habetur, sed à Septuaginta additū est. Rursum dicitur:) In circuitū sepulchri eius omnes uulnerati qui ceciderāt gladio. (Et iterum de æditione Theodotionis sub asteriscis additum est*) Qui dederunt sepulchra eius in lateribus laci, & facta est congregatio in circuitu sepulchri eius. Omnes isti uulnerati cadentes & gladio. (Post quæ posuere Septuaginta.) Qui dederunt timorem suum in terra uitæ. Ibi Aelam & omnis fortitudo eius in circuitu sepulchri eius, omnes uulnerati & cadentes gladio, & qui descendunt incircuncisi

re. Et interim iuxta hi C
storiā manifestus est sensus. In eodē enim anno duodecimo, & in eodē, ut putamus, mense: sed nō in una, ut supra, mensis: uerum in quintadecima die, nequaquā super Pharaone, sed super fortitudine siue multitudine Aegypti planctus assumitur: qui detrahitur de superbia sua cum uniuersis filiabus suis, siue gentium robustarum, ad terram ultimam: id est in profundū inferni, dicturq; ad regem Aegypti: Quo melior es, ut mortē merearis euadere? Cū enim Assur & Aelā, id est Persæ: & Mosoch qui interpretantur Cappadoces, & Thubal, quos alij Iberos, alij Italos intelligi uolunt: Idumæi quoq; & principes aquilonis ac Sidonij cum uniuersis exercitibus suis, quorū auxilio horrorē cunctis gētibus præbuerūt, mortui sint & in/ D
terfecti gladio: & posuerint gladios suos sub capitibus suis: quod dictū ὑμφατικώτερον accipiēdum est: tu solus poteris non eadē sustinere? Quin potius cum uideris tantam tecum apud inferos multitudinē dormientium: & sepulchrum tuum fortissimorum quondā principum circundari memorijs: habebis consolationem, leuiora tormēta æstimans consortio plurimorum. Hæc interim iuxta simplicem sensum strictim dixisse sufficiat. Nūc eadem breuitate, quantum explanationis patitur difficultas, spiritualis intelligentiæ summa quæque carpamus. Supra una mensis die factus est sermo domini ad prophetam, hic quintadecima. In prima autem die, hoc est in kalendis, mensis exordium est: in quintade

A cima, quando totus lunæ orbis implet̃r: & ſi quidem primus menſis fuerit, azymorum eſt prima dies: ſin autem ſeptimus, ſcenopegiarū, quando figuntur tabernacula: Quæ ſolennitates apud Hebræos uel maximæ ſunt. Fit autem plāctus ſuper fortitudinem Aegypti, ut fortis in malo eſſe deſiſtat, & recipiat infirmitatē: & quādo infirmior fuerit, tunc fortior ſit. Pro fortitudine Aegypti, ī Hebraico habet multitudinē. Lata enim & ſpacioſa uia eſt quæ ducit ad mortem: & multi ingrediunt̃ per eam, ſicut econtrario dicitur ad Iſrael. Vos autem eſtis pauci inter oēs gentes: ſemper enim uirtus rara eſt: & arta & anguſta uia quæ ducit ad uitam, & pauci ſunt qui ingrediuntur per eā. Quod autem Aegyptus plāgitur, & mortuæ filiæ eius iuxta Septuaginta, ſiue gētiū robuſtarum deducūtur ad terram ultimā in lacum ſiue in foueam profundiſsimā: ſignificātur animæ in Aegypto huius ſeculi commorantes, quæ perdiderūt eum qui dicit: Ego ſum uita, & peccatis mortuæ, pōdere eorum ad inferos detrahuntur, dicēte peccatore: Quoniā iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meū, ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Iſtæ ſunt de quibus ſcriptum eſt in alio loco: Ingredientur in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes uulpium erūt. Qui enim fodit foueam, incidet in eam. Vnde & legimus: Lacum aperuit & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit. Quodq; ſequitur: Quo pulchrior es deſcende & dormi cū incircunciſis: proprie ad Pharaonē regem Aegypti ſermo

Matth.7.b
Gene.34.d
Deute.28.g
B
Ioan.14.a
Pſal.37.a
Ibi.62.c
Eccli.10.b
Pſal.7.d

HEB. incircunciſi interfecti q̃ gladio. Dederāt em̃ terrorē in terra uiuentiū, & portauerunt ignominiam ſuam cum his qui deſcendunt in lacū, in medio interfectorū poſiti ſunt. Ibi Moſoch & Thubal & omnis multitudo eius, in circuitu illius ſepulchra eius. Omnes hi incircūciſi interfecti q̃ cadētes gladio, qui dederunt formidinē ſuam in terra uiuentium. Et non dormient cum̃ fortibus cadentibusq̃ & incircunciſis, qui deſcenderunt ad infernum cum armis ſuis, & poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis, & fuerunt iniquitates eorum in oſsibus eorum, quia terror fortium facti ſunt in terra uiuentium. Et tu ergo in medio incircunciſorū contereris, & dormies cum interfectis gladio. Ibi Idumæa & reges eius, & oēs duces eius qui dati ſunt cū exercitu ſuo cū interfectis gladio, & qui cū incircūciſis dormierūt, & cū his qui deſcenderunt in lacum̃. Ibi principes aqlonis om̃es, & uniuerſi Sidonij (ſiue uenatores) qui deducti ſunt cum interfectis pauētes, & in ſua formidine confuſi: quia dormierūt incircūciſi cum interfectis gladio, & portauerunt confuſionem ſuā cum his qui deſcendūt in lacum. Vidit eos Pharao, & cōſolatus eſt ſuper uniuerſa multitudine ſua quæ interfecta eſt gladio Pharao & omnis exercitus eius, ait dominus deus. Quia dedi terrorem meum in terra uiuentium, & dormiuit

SEP. incircūciſi in terræ profundū, qui dederūt terrorē ſuū in terra uitæ, & acceperunt tormentū ſuū cū his qui deſcendūt in foucā in medio uulneratorū. Ibi dati ſunt Moſoch & Thubal & omnis fortitudo eorū in circuitu ſepulchri ei9, omnes uulnerati eius, uniuerſi incircūciſi & uulnerati gladio, qui dederūt terrorem ſuū ſuper terrā uitæ, & non dormierunt cum gigantibus qui ceciderūt ab æterno, qui deſcenderunt in infernum cum armis quibus utebantur ad bella, & poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis, & factæ ſunt iniquitates eorum in oſsibus eorum, quia terruerunt gigantes in uita ſua. Et tu in medio incircunciſorum contereris, & dormies cum uulneratis gladio. Ibi Edom & reges eius & omnes principes Aſſur qui dederunt fortitudinem eius in uulnere gladij: iſti cum uulneratis dormierunt cum his qui deſcenderunt in foueam. Ibi principes Aquilonis omnes, uniuerſi magiſtratus Aſſur, qui deſcenderunt uulnerati cum terrore ſuo, & in fortitudine ſua cōfuſi dormierunt incircunciſi cū uulneratis gladio, & abſtulerunt tormētum ſuū cum deſcēdentib. in foueā. Videbit eos Pharao & cōſolationē accipiet ſuper omni fortitudine eorū: uulnerati gladio Pharao, & omnis fortitudo eius, dicit dominus deus. Quia dedi formidinem eius ſuper terram uitæ, & dormiet

dirigitur: ſiue ut in Lxx. de Theodotione additū eſt, ad ipſam Aegyptum: De aqua pulcherrima deſcende & dormi cū incircūciſis. Quod ſpecialiter ad eum pertinet: q̃ in baptiſmate Chriſti renatus, & audiēs cum eccleſia: Quæ eſt iſta quæ aſcēdit dealbata, innitēs ſuper fratruelem ſuū & poſtea uel fornicatione uel alijs uitijs ſordidatus eijcitur de eccleſia, & dicit̃ ad eū: De aqua pulcherrima deſcēde & dormi cū incircunciſis: id eſt, cū immūdis: iuxta illū ſenſum quem ponit Apoſtolus: Nos ſumus circūciſio, qui ī ſpiritu deo ſeruientes & gloriantes in dño: & non in carne confidētes. Hi omnes in medio uulneratorū ſiue interfectorū cadēt cum Pharaone, illo gladio quē uenit mittere dominus ſuper terrā. Sicut enim Chriſti gladius bonos à malis ſeparat dicens: Non ueni pacem mittere ſuper terrā ſed gladium, ſic hæreticorum gladius omnes truncat populos, & uulneratos ad infernū deducit. Iſti ſunt gigantes potentiſsimi & rebelles, & ponētes in excelſum os ſuum: & quāto per ſuperbiā ſe ad excelſa ſuſtollunt, tanto ad profundum foueæ & in inferni nouiſsima detrahuntur, qui omnes interfecti ſunt gladio. Et ut ſciret uel Pharao uel omnis Aegypti fortitudo quæ ad inferna detracta eſt, quos haberet in pœnis ſocios, ſequēs ſermo demōſtrat. Ibi Aſſur & omnis multitudo eius, uel ſynagoga eius. Princeps enim hæreticorū diabolus: cuius uere congregatio ſynagoga eſt, de qua in Apocalypſi dicitur: Qui ſunt ſynagogæ ſatanæ. Sequentes autem uerſiculos, qui obelo prænotātur, præterC
Lxx.
Philip.3.a
D
Matth.10.d
Apoc.2.d

eundos

A eundos puto, dicendumq; quod habetur in Hebraico: In circuitu illius sepulchra eorum, uidelicet deceptorũ ab eo. Qui omnes uulnerati uel interfecti sunt gladio: & ideo corruerũt: quorum sepulchra data sunt in nouissimis laci. Quod autem lacus uocetur infernus: perspicue psalmus ille demonstrat, in quo pœnitẽs loquitur: Assimilatus sum cum his qui descendunt in lacum. Quem nequaq; debemus iuxta latini sermonis proprietatẽ eũ intelligere qui Græce λίμνη dicitur: ut est lacus Tiberiadis, & lacus Larię, & Benacus, multiq; alij: sed quas nos solemus appellare cisternas. Quos lacus, quia aquas refrigerant & omnem ab eis calorem spiritus auferũt, peccatores cunctiq; hæretici fodiunt: & quantũ in mea memoria est, nullum sanctorũ lacum, id est, cisternam fodisse, scriptura testatur, sed omnes peccatores: quorum fuit Ozias rex leprosus, & qui per suam superbiam corruit, de quo scribitur: quod homo fuerit terræ operibus incubans, & multas superbiæ turres ædificarit in angulis, & lacus foderit. Ecõtrario ad iustum dicitur: Bibe aquã de tuis uasis, & de puteorũ tuorum fontib. Et rursum: Fons aquæ tuæ sit proprius. Vnde loquitur & dñs: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi lacus, id est, cisternas, quæ aquas continere non possunt. Sequitur: Et facta est multitudo eius per gyrum sepulchri eius. Hi omnes cingũt Assyriũ, & est eorum plurima multitudo: qui uniuersi uulnerati sunt & interfecti, & cadentes gladio. Nemo enim eorum stare potest cum Moyse, nec audire: qui statis in domo domini, sed omnes uulnerati interfectiq; sunt & cadentes: qui quondã dederant formidinẽ in terra uiuentium: formidinẽ autem his qui erant ecclesijs præpositi: ne in terra uiuentiũ facerent populos mortuorũ, & simplices quosq; deciperent. Vnde & Paulus aiebat: Timeo autẽ, ne forte sicut serpẽs decepit Euã malicia sua: ita corrumpãtur sensus uestri à simplicitate quæ est in Christo. Sed hic timor spe domini mitigatur, dicente ecclesiastico uiro: Dominus illuminatio mea & B salus mea, quem timebo? Dominus protector uitæ meæ, à quo trepidabo? Post hæc dicitur: Ibi Aelam & omnis multitudo eius per gyrum sepulchri eius: haud dubium quin Assyrij. Aelam in linguã nostram uertitur ascẽsus eorum. Omnes enim qui Christi humilitate cõtempta, diaboli ascendere superbiam, & se in falsi nominis scientia esse aliquid æstimauerunt: Aelamitæ sunt nuncupandi, qui Assyrij regis sepulchrũ ambiũt, & interfecti sunt uulneratiq; gladio: Et licet in excelso posuerint os suũ: tamen descenderunt immũdi & incircuncisi ad terram ultimã, ut quanto sublimius fuerãt eleuati, tanto fortius caderent. Isti posuerũt terrorem suum non semel, sed secundo in terra uiuentiũ. Quis enim ecclesiasticorum ab huiuscemodi Aelamitarũ terrore securus est: & non aliquem sui perdidit gregis? Pulchreq; ecclesia Christi appellatur terra uiuentium: ut econtrario hæreticorũ conciliabula mortuorum terra esse credantur. Et portauerunt, inquit, ignominiam siue tormentũ suum cum his quos secum detraxerunt in lacum & in profundum inferni: quorum cubile in medio interfectorum est, eorũ uidelicet quos suo mucrone iugularũt, & circũdãtur huiuscemodi populis. Hi populi, Assyrij regis populi sunt: & licet circuncisos esse se iactent: tamen incircuncisi interfectiq; sunt gladio, & tertio dederunt terrorem atque formidinem in terra uiuentium. Vnde portauerunt tormentum suum atque supplicium in medio eorum, quos suis fraudibus deceperũt. Ibi quoq; est, id est, iuxta Assyrium Mosoch & Thubal & omnis multitudo eius in circuitu sepulchri eius: omnes incircũcisi interfectiq; & cadentes gladio, qui dederant formidinem suam in terra uiuẽtium. Pro Mosoch & Thubal, Symmachus & Theodotio interpretati sunt cubile eorum, ut ostenderent cubilia hæreticorum, imò foueas sempiternas, Assyrij regis esse supplicia. Mosoch interpretatur insania, Thubal conuersio: non in bonum à malo, sed de bono in malũ: siue uniuersa, ut ostendat omnes hæreticos insanire & pari studio ad peiora cõuerti. Nec mirum si insaniẽtes C & coaceruati in malum habent multitudinẽ, cum Aegyptij regis socij sint qui gaudet multitudine. Omnes hi interfecti gladio, qui dederãt formidinem suam, non semel nec secundo, sed tertio in terra uiuẽtium, de quibus supra plenius diximus. Sequitur: Et non dormient cum fortibus siue gigantibus cadentibusq; & non circũcisis qui descenderunt ad infernum cum armis suis, & posuerunt gladios suos sub capitibus suis: & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum: quia terror fortium facti sunt in terra uiuentium. Hi, inquit, qui hæreticorũ principes extiterant: ad tantum maliciæ peruenere culmen atque cruciatum, ut nec cum fortibus atque gigantibus qui à principio corruerunt, similia mereantur ferre supplicia. Qui nequaquã erroris sui acta pœnitentia, descẽderunt ad inferos cum armis suis: rebelles contra deum & ecclesiam eius, secum arma deferentes, de quibus scriptum est: Filij hominũ dentes eorum arma & sagittæ, & posuerunt, ait, gladios suos sub capitibus suis: requiescẽtes in animo perduelli: & pro summa uictoria, sententiarum suarũ iacula complexantes: in tantũ ut iniquitates eorum fuerint in ossibus eorũ, hoc est, fortissima figmẽta: & erroris sui dogmata possidentes. Quia terror fortiũ facti sunt in uita sua, siue in terra uiuentium. Quod quarto dicitur, ut fortissimos quosque & habentes scientiam scripturarum & qui essent de regione uiuentiũ, sua perueritate terrerent, dum descendunt ad infernum cum armis suis & ponunt gladios suos sub capitibus suis, & iniquitates eorum usque ad ossa peruenium. Post hæc scriptum est: Et tu ergo in medio incircuncisorum conteres: quod uel ad Pharaonem uel ad fortitudinem siue multitudinem Aegypti dicitur: quod & ipsa conteratur, iuxta illud quod scriptum est: Deus autem cõterat satanam sub pedibus uestris uelociter. Et dormies, inquit, cum interfectis gladio, somno perpetuo. Ibi cum Assyrio, & cum Aegyptia multitudine erit Idumæa & reges D eius, omnes qui terrenis operibus seruierũt siue sanguine delectati sunt. Etenim Idumæa & terrenã & sanguinariam sonat. Omnes reges & uniuersi principes de quib. crebro & Apostolus loquitur, terrenis operib. incubantes, & effundentes quotidie sanguinem eorum quos sua fraude deceperint, cum incircũcisis & immũdis dormierunt: & cum his qui descẽderunt in lacũ, de quib⁹ supra diximus: In ipso comitatu erũt & principes Aquilonis, à quo exardescũt mala super terrã. Et à quo uel in Hieremia uel in hoc eodẽ propheta, olla illa plena carniũ ossiumq; succẽditur. Et non solũ principes Aquilonis, uerũ omnes magistratus Assur: pro quo in Hebraico uerius positũ est, uniuersi Sidonij: quos nos in uenatores uertim⁹, iuxta illud quod scriptum est: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantiũ: pro quo in Hebraico positum est Sidoniorũ. Qui Sidonij siue uenatores, deducẽtur ad inferos pauẽtes, in sua quondã cõfisi fortitudine: & dormiẽt immundi, & portabũt confusionẽ siue tormẽtum suũ: habentes malæ conscientiæ pœnitudinẽ sempiternã: ita ut ignis eorũ non extinguatur, & uermis eorũ non moriatur. Quos omnes cũ uiderit Pharao cõsolabitur, uel habens adhuc maliciam pristinã, & multos pœnæ suæ socios habere se cernens: uel certe cõsolatus est, uidens & illos cõfundi in supplicijs & terroribus suis, sicut uniuersa multitudine sua quæ interfecta est gladio, Pharaonis scilicet uel omnium sociorũ eius: præcipueq; Assyrij regis & Mosoch & Thubal & Idumæorũ, & principum Aquilonis & Sidoniorum. Hi enim dederãt terrorem suum in terra uiuentium. Quod quinto dicitur, ut omẽs istiusmodi nationes cauere & fugere debeamus, quæ cunctis nos sensibus deceperũt, & scire esse horribiles: nec facile posse uitari, nisi omni custodia seruaueri⁹mus cor nostrum. Dormiuit, inquit, & ipse Pharao cum socijs suis interfectis gladio: q̃ socij multitudo eius sunt, per latam & spacioſam uiam pergẽtes ad supplicia sempiterna.

עִילָם

Psal.27.a

2.Par.26.b

Prouer.5.c

Hierc.2.c

3.Cor.11.a

Psal.26.g

Philip.3.d

Hierc.1.c

Ezech.24.d

Psal.123.d

Rom.16.e

A ET factū est uerbū domini,&c.] Rursum ad prophetam sermo fit dñi qui aliquanto siluerat tempore: eo quod nō possit propheta nec humana fragilitas iuge ad se atq; cōtinuū sustinere uaticiniū: & loquitur eadē quæ in superiorib. continētur. Fili hominis speculatorē dedi te domui Israel, & audies ex ore meo uerbum, & cōminaberis eis ex me, in eo quod dicam iniquo, morte morieris, & nō annūciasti ei, nec loquutus es ut annūciares iniquo & conuerteretur à uijs suis & uiueret: iniquus ille in iniquitate sua morietur, & sanguinē eius de manu tua requirā. Et tu si annūciaueris iniquo & non cōuersus fuerit ab iniquitate sua & à uia sua, iniquus ille in iniqtate sua morietur, & tu animā tuam liberasti. Quæ si diligenter inspicias, intelligis similia quidem esse, sed nō eadē dū in plerisq; discordant. Et hoc in omnibus scripturis sanctis obseruare debemus: ubi uidetur aliqua similitudo esse sententiæ: non in omnib. eadem dici, sed uel subtrahi pleraq; uel addi: & singulorū inter se uerborū discrepantiam habere rationē. Et interim priusquā ad altiora ueniamus, breuis est explicanda sententia. Si speculator fuerit constitutus in populis, ut annunciet gladiū dñi iramq; uenientē: & annunciante eo populus audire noluerit, speculator liber erit: & ille q oppressus est gladio, ipse sanguinis sui sustinebit reatū: quod si audierit, saluabit animam suam. Si autē speculator non sonuerit buccina, & populus ignorans uenturū gladium nequaquā se obseruauerit: populus quidem in sua morietur iniquitate, attamen sanguinē morientis de speculatoris requiram manu. Et ut sciret propheta Ezechiel generalem disputationem ad se potissimum pertinere. Et tu, inquit, fili hominis, non à terra & à populo terræ, ut supra dixi, sed à me cōstitutus es speculator domui Israel. Si ergo me dicente ad impium: impie morte morieris, non fueris loquutus ad eum ut se custodiat & de interitu liberetur: & ille quidem in sua iniquitate morietur quam prius commiserat, & de qua si annunciasses potuit liberari, sanguinē autē eius de manu tua requiram. Quod si tu annunciaueris atque præceperis impio ut conuertatur à uijs suis pessimis, & ille hoc facere noluerit: ille quidem in sua iniquitate morietur: tu autem liberasti de interitu negligentiæ animam tuam. Ex quibus uerbis discimus, posse hominem quamuis iniquum & impium si magistri uerba audierit & egerit pœnitentiam, à sua impietate saluari, nec minus magistrū subire C discrimen si docere noluerit, uel timore discriminis uel desperatione peccantis, dum reus est sanguinis eius qui liberari potuit & de morte erui: nisi magistri sil̄tio cōciderit: & in utroq; liberū seruari arbitriū, dum & in magistri uolūtate est uel tacere uel loqui, & in auditoris arbitrio uel audire & facere atque saluari, uel contemnere & proprio perire contēptu. Nec statim sequitur: ut quia propheta prædicit, ueniat qđ prædixit: Non enim prædicit ut ueniat, sed ne ueniat: nec quia deus loquitur, necesse est fieri qđ minatur, sed ideo cōminatur, ut conuertatur ad pœnitentiam cui minatur: & nō fiat quod futurum est si uerba domini contemnātur. Possumus autem tripliciter locum istum differere, ut terra quæ sibi speculatorem constituit, uel iuxta literam terra Iudæa sit, uel iuxta spiritualem intelligētiam ecclesia, quæ sæpe de nouissimis populi sui speculatorem D eligit: illum uidelicet quem & Apostolus scribēs ad Corinthi- 1.Cor.15.a
os assumit iudicem: uel certe anima credētis quæ mentem atq; rationē præponit populo ac turbæ cogitationū suarū: ut nō omnia cogitationū incētiua suscipiat, sed iudicet atque discernat quæ sectāda sibi quæue fugiēda sint. Speculator terræ Iudææ, uel rex potest ītelligi uel propheta: speculator autē ecclesiæ, uel episcopus uel presbyter qui à populo electus est, & scripturarū lectione cognoscēs & præuidēs quæ futura sint, annūciet populo & corrigat delinquētē, unde magnopere formidandū est, ne ad hoc officiū accedamus indigni, & assumpti à populo, negligētiæ nos demus atq; delidiæ: & qđ' his peius est, delicijs uētriq; & ocio seruiētes, honorē nos accepisse putemus non ministeriū. Siquidē filius hominis Matth.20.d
nō uenit ministrari sed ministrare, & pedes discipulorū lauit, ut ostenderet omnes sordes & uitia à magistris in discipulis debere dilui atq; purgari. Nec statim respondeamus: quid prodest docere, si nolit auditor facere quod docueris? Vnusquisq; enim ex suo animo atque officio iudicatur: Tu si loquutus non fueris, ille si audire Eccl.20.d
contempserit. De magistris negligentibus Salomon loquitur: Sapientia abscondita & thesaurus occultus: quæ utilitas in utrisq;? Tale q̄d significat & in euāgelio, quod Mar.9.g
qui scādalizauerit unū de minimis ecclesiæ, expediat ei Ioan.13.d
ut alligetur ad collum eius mola asinaria & abijciatur in profundū, quàm in specula cōstitutus, plurimis noceat.

HEBR. dormiuit in medio incircuncisorum cum interfectis gladio, Pharao & omnis multitudo eius, ait dominus deus.

SEPTVAG. dormiet in medio incircuncisorū cum uulneratis gladio, Pharao & omnis multitudo eius, dicit dominus deus.

Cap. XXXIII

ET factum est uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra cum induxero super eam gladium, & tulerit populus terræ uirum unum de nouissimis suis, (siue hominem unum de suis): & constituerit eum super se speculatorem, & ille uiderit gladium uenientem super terram: & cecinerit buccina, & annunciauerit populo. Audiens autem quisquis ille est sonitum buccinæ & non se obseruauerit: ueneritq; gladius & tulerit (siue cōprehenderit) eum: sanguis ipsius super caput eius erit. Sonitum uel uocem buccinæ audiuit, & nō se obseruauit, sanguis eius in ipso erit: si autem se custodierit, animā suam saluabit. Quod si speculator uiderit gladium uenientem, & non insonuerit buccina, & populus non se custodierit: ueneritq; gladius & tulerit de his animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Et tu fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem, annunciabis eis ex me: Si me dicēte ad impium, impie morte morieris, non fueris loquutus ut se custodiat impius à uia sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinē autem eius de manu tua requiram. Sin autem annunciāte te ad impium ut à uijs suis conuertatur, non fuerit conuersus à uia sua, ipse in iniquitate sua morietur: porrò tu animam tuam liberasti.

Tu

¶ Tu

A ¶ Tu ergo fili hominis dic ad domum Iſrael, ſic locuti eſtis dicentes: Iniquitates noſtræ &c.] Si negligenter legamus: uidetur nobis eadē prophetia eſſe quæ ſupra, in qua dicitur: Nunquid uolens cupio mortem iniqui, dicit dominus: niſi conuerti eum à uia ſua mala & uiuere? Et in fine eiuſdem prophetiæ: Conuertimini & redite ab uniuerſis impietatibus ueſtris, & non erunt uobis in tormentum iniquitates. Ibi enim ad eos ſermo fit qui uolunt agere pœnitentiā & iuſticia peccata delere: ut cum fiducia conuertantur & pleno animo agāt pœnitentiam. Hic autem ad eos loquitur q magnitudine peccatorum imò impietatum ſuarum deſperant ſalutem & dicunt: Iniquitates noſtræ et peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis tabeſcimꝰ, quomodo ergo uiuere poterimꝰ? Et eſt ſenſus: Cum ſemel nobis mors propoſita ſit, & uulneribus noſtris nulla medicina poſſit reſtituere ſanitatē, quid neceſſe eſt labo
B rare & fruſtra conſumi, & præſentem uitam non cum deſperatione tranſigere, ut ſaltem hac fruamur, quia futuram perdidimus? Quibus reſpondet deus, nō uelle ſe mortem impij, ſed ut reuertaē & uiuat. Et apoſtropham facit ad impios deſperantes, conuertimini à uijs ueſtris peſsimis. Atq; ut ſciamus qui ſint impij ad quos loquitur, ſequens ſermo demonſtrat. Quare moriemini domus Iſrael? Vita aūt & mors in hoc loco nō hæc ſignificatur, qua omnes cōmuni cum beſtijs lege naturæ uel uiuimus uel morte diſſoluimur, ſed illa de qua ſcriptum eſt: Placebo domino in regione uiuentiū. Et anima quæ peccauerit ipſa morietur. Et à ſpeciali commonitione qua Iſrael domui loquebatur, ad generalem tranſit diſputationem: quod & iuſtum præteritæ non ſaluent iuſticiæ ſi nouis ſceleribus fuerit occupatus, & peccatorem uel impium antiqua peccata non perdant, ſi operibus iuſticiæ ueteres emendarit errores, deūq; nō præterita in utroq; iudicare, ſed præſentia. Si dixero, inqt, iuſto, uita uiues, & ei præmia iuſticiæ pollicitus fuero, confiſusq; ille peccauerit, omnes iuſticiæ eius priſtinæ obliuioni tradentē, & præſenti iniquitate morietur, nec mea eſt mutata ſententia, cum non poſsim eidem homini peccatori reddere quod iuſto promiſeram. Ecōtrario ſi peccatori & impio fuero cōminatus & dixero: Adhuc tres dies & Niniue ſubuertatur, & ille egerit pœnitentiam, bonisq; operibus ueterem emēdarit errorem, ita ut iudicium faciat & iuſticiam, pignus reſtituat rapinamq; reddat, in mandatis uitæ ambulet, nec faciat quicquā iniuſtum, nónne debet uita quæ Chriſtus eſt uiuere & nequaquàm mori: cum comminatio peccatoris iuſtum puniri non de- C
beat? Tale quid loquitur ſermo diuinus ad Hieremiam Hiere.18.d
quando deſcendit in domum figuli, & audit uel promiſſa uel cōminationē dei id agere, ut uel homines prouocent ad ſalutem, uel deterreant à peccato. Vnde qui dicūt: Non eſt æqua uia domini, arguūtur q̄d ipſorū ſit iniqua ſententia, habentiū oculum peſsimum, & nequaq; noua, ſed ueteratam iudicantium. Quibus omnibus demōſtratur, nec peccatorem ſalutem deſperare debere ſi agat pœnitentiā, nec iuſtū in ſua cōfidere iuſticia, ſi perdiderit negligēter quod magno labore quæſierat. Manifeſta trāſcurrimus, ut in obſcurioribus immoremur. In quibus aūtem præſens prophetia diſcrepet à præterita & in quibus loquaē ſimilia, collatio utriuſq; poterit indicare. Porrò quid ſit iudiciū facere & iuſticiā, pignus reſtituere, rapinam reddere, in mandatis uitæ ambulare & D
cætera, in hoc eodem propheta ſupra dixi mus. b ¶ Et factum eſt in duodecimo an. &c.] Vndecimo anno regni Sedechiæ, quinto menſe, capta eſt ciuitas Hieruſalē. Hæc autem prophetia, duodecimo anno, decimo menſe quinta menſis captiuitatis ſiue tranſmigratiōis qñ captus eſt Iechonias. Ex quo oſtenditur, poſt unum annum & quatuor mēſes & uigintiquinq; dies, capta Hieruſalem ueniſſe Babylonē unum ciuium Hieruſalem, qui nūciaret captam urbem atque uaſtatam. Ante unum autem diem q̄ ueniret qui iſta narraret: ueſperi facta eſt manus domini ad Ezechielem prophetam, quæ aperuit os eius quod diu clauſum fuerat: & quicquid erat ille dicturus, hic factū ante repli cauit, nec ſiluit amplius uidens prophetiam ſuam opere cōpletam, & nequaq; dubitare populum qui erat in Babylone, uel eos qui capti erant de uaticinio prophetali. Tunc eñ aperitur os prophetæ, qñ quod prius nunciauerat, opere monſtrarit effectum, & tota libertate proclamat, qui nequaq; futura, ſed uel præſentia uel tranſacta demonſtrat. Hoc ſecundum literam. Cæterum iuxta Anagogen, ſi Ezechiel interpretatur fortitudo dei: Chriſtus autem eſt dei uirtus & dei ſapientia, hoc intelligendum, quod capta Hieruſalem & ſubuerſa: quicunq; perfidiam Iudæorum potuerit euadere, quales fuerunt apoſtoli & reliquiæ quæ ſaluæ factæ ſunt, ipſe Chriſto nunciat oēs ceremonias Iudæorū eſſe ſubuerſas, quas quidā uſq; hodie obſeruādas putant, nō audiētes illud Apoſtóli: A gratia excidiſtis q̄ in lege iuſtificamini. Mirorq; hominū pertinaciā: id uelle ſermone defendere, quod opere implere non audeant, niſi forte ſub pelle ouiū, id eſt Gal.5.a

Tu ergō fili hominis dic ad domū Iſrael: ſic locuti eſtis dicentes: Iniquitates noſtræ & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus, quomō ergo uiuere poterimus? Dic ad eos: Viuo ego dicit dominus deus: Nolo mortē impij, ſed ut reuertatur impius à uia ſua & uiuat: Cōuertimini à uijs ueſtris peſsimis: Et quare moriemini domus Iſrael? Tu itaq; fili hominis, dic ad filios populi tui: Iuſticia iuſti non liberabit eum in quacunque die peccauerit, & impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua, & iuſtus non poterit uiuere in iuſticia ſua in quocunque die peccauerit. Etiam ſi dixero iuſto quod uiuat, & confiſus in iuſticia ſua fecerit iniquitatem, omnes iuſticiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate ſua quam operatus eſt, in ipſa morietur. Sin autem dixero impio morte morieris, & egerit pœnitentiam de peccato ſuo, fecerit q̄ iudicium & iuſticiā, pignus reſtituerit, rapinamq; reddiderit, in mandatis uitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum, uita uiuet & non morietur. Omnia peccata quæ peccauit non imputabuntur ei, iudicium & iuſticiā fecit, uita uiuet. Et dixerunt filij populi tui: Non eſt æqui pōderis uia domini, & ipſorum uia iniuſta eſt. Cum enim receſſerit iuſtus à iuſticia ſua, fecerit q̄ iniquitates, morietur in eis. Et cum receſſerit impius ab impietate ſua, fecerit q̄ iudicium & iuſticiā, uiuet in eis. Et dicitis: Non eſt recta uia domini. Vnumquenq; iuxta uias ſuas iudicabo de uobis domus Iſrael. Et factum eſt in duodecimo anno, in decimo menſe, quinta menſis

A Christianorum, lupi cælantur Iudaici. Quid defensor synagogæ in Christi ecclesijs personat? Capta ergo Hierusalem atq; subuersa, aperitur os dñi per apostolos & apostolicos uiros, qui possunt dicere: Os meum apertum est ad uos ò Corinthij, & apertū est mihi ostium magnum & efficax. Et illud: Os meum aperui & attraxi spiritū, quod nunquam tacere poterit, nec audire cum Israel: Audi Israel & tace: sed in toto orbe resonabit, & Christi euangelium pandet gentibus. Vnde iuxta hūc sensum & duodecimus annus ad duodecim referẽ tribus, & decimus mẽsis ad tempus propiciationis Iudaicæ, quæ græce dicitur ἱλασμός, & quinta dies mẽsis ad sensus carneos, quæ omnia capta Hierusalem & euangelio succedente, deleta esse & transisse monstrauimus, & uespere, hoc est, in consummatione mundi factam manū dñi ad uerū Ezechiel: qui futuras ruinas urbis cecinerat per prophetas & mane impletas esse monstrauit. a ¶ Et factū est uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis qui habitāt in &c.] Primum sciendum, q̃d octo pl⁹ uel minus uersus ab eo loco quẽ posuimus: Qui in sanguine comeditis, & oculos uestros leuatis ad immūdicias uestras, usque ad eū locum ubi scriptum est: Hæc dices ad eos, sic dicit dominus deus, in Septuaginta non habẽtur, qui cum multis alijs & hæc prætermiserunt, siue interpretata ab eis, scriptorū paulatim sublata sunt uitio. Et latini nostri imó inuidi Christiani, & ut apertius dicam, Grunnianæ factionis hæredes ad uersum nos latrant, cur iuxta Hebraicū dissseramus, quasi nolentib⁹ ingerẽdi sint cibi, & non his epulæ præparentur qui eas cum gratiarū actione suscipiūt. Certe si nobis non habent fidem, legāt alias æditiones, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis: interrogent Hebræos non unius loci, ne eos à me redemptos iactitent, sed diuersarū prouinciarū, & cum errori meo uel imperitiæ cunctos uiderint cõsonare, tũc se intelligant nimium esse prudentes & magis cupere dormire q̃ discere, habitentq; in Lxx. cellulis Alexandrini Phari: ne uela perdant de nauibus, & funiū detrimenta suspirent. Hæc contra inuidos, nunc quod proposuimus disseramus. Capta ut diximus Hierusalẽ tẽploq; subuerso, pau- C

Psal.118.c

transmigrationis (siue captiuitatis nostræ:) uenit ad me qui fugerat (siue qui saluatus fuerat) de Hierusalem, dicens: Vastata (siue capta) est ciuitas. Manus autem domini facta fuerat ad me uespere antequàm ueniret qui fugerat, aperuitq; os meum donec ueniret ad me mane, & aperto ore meo non silui amplius. Et fáctum est uerbum domini ad me dicẽs: Fili hominis, qui habitāt in ruinosis his super humum Israel loquentes, aiunt: Vnus erat Abraham, & possedit terram, nos autẽ multi sumus, nobis data est terra in possessionẽ. Idcirco dices ad eos, hæc dicit dominus deus: Qui in sanguine comeditis, & oculos uestros leuatis ad immundicias uestras, & sanguinem funditis, nunquid terram hæreditate possidebitis? Stetistis in gladijs uestris, fecistis abominationes, & unusquisq; uxorem proximi sui polluistis, & terram hæreditate possidebitis? Hæc dices ad eos: Sic dicit dominus deus: Viuo ego, quia qui in ruinosis habitant, gladio cadent, & qui in agro est, bestijs tradetur ad deuorandum, qui autem in præsidijs & in speluncis sunt, peste morientur. Et dabo terram in solitudinem & in desertum, & deficiet superba fortitudo eius, & desolabuntur montes Israel, eo quod nullus sit qui per eos transeat. Et scient quia ego sum dns, cum dedero terram eorum desolatam & desertam propter uniuersas abominationes suas, quas operati sunt. Et tu fili hominis, filij populi tui loquuntur de te iuxta muros, & in ostijs domorum, & dicunt unus ad alterū, uir ad proximum suum loquentes: Venite & audiamus qui sit sermo egrediens à domino. Et ueniunt ad te quasi si ingrediatur populus, (uel quomodo populus congregari solet), & sedent coram te populus meus & audiunt sermones tuos & non faciunt eos, quia in canticum oris sui uertunt illos, & auariciam suam sequitur cor eorum: (siue ut in Septuaginta continetur): Quoniam mendacium in ore eorum ipsi faciunt, & post abominationes suas cor eorum graditur. (Sequitur: Et es eis quasi carmen musicum quod suaui dulciq; sono canitur, & audient uerba tua, & non facient ea, & cum uenerit quod prædictum est, ecce enim uenit, tunc scient quod propheta sit in medio eorum.

peres terræ de quib⁹ scribit Hieremias, Hier.39.c soli relicti fuerant in Hierusalem, qui uineas & agros colerẽt, & in ruinis incensæ urbis habitarent. Cumq; deberẽt agere pœnitẽtiam super his propter quæ captiuitas uenerat, se ipsos cassa spe decipiẽtes loquebantur: Vnus fuit pater noster Abraham, & tamen hanc terram hæreditate possedit, non quod ipse possederit, sed quod semen eius terram repromissionis acceperit. Si igitur ille unus in tantos multiplicatus est populos, nos multo plures qui relicti sumus in terra Iudæa, & habitamus in urbibus desertis ac ruinosis, utique multo amplius multiplicabimur, ut possideam⁹ D plures quod unus ille possedit. Quibus respondit dominus, Abraham unum fide possediſſe terram Gen.15.d repromissionis. Credidit enim Abraham deo, & reputatum est ei ad iusticiam. Istos autem incredulitate & sceleribus occupatos, etiã si plures sint, possidere non posse. Simulq; enumerat quid facientes offendant deum, sex uidelicet genera peccatorum. Qui in sanguine comeditis, & oculos uestros leuatis ad immundicias, hoc est, ad idola uestra, & sanguinem funditis, hoc est, homicidium perpetratis, nunquid ista facientes poteritis terram hæreditate retinere? Nec hoc estis scelerum fine contenti, sed statis in gladijs uestris quotidie, parati ad occidendum, & imitantes Esau, qui stetit & uixit in gladio suo: facitis abominationes incredibiles, uidelicet libidinum turpitudines, & unusquisq; uxorem proximi sui polluit, ut in eo sit sceleratior, quod amici & proximi polluerit uxorem. Et cum hæc, inquit, faciatis: arbitramini uos terram hæredita-

B

A hæreditate retenturos? Reſpondeigitur eis ò propheta, & hanc ſuper eos ex meo ſermone prome ſententiam. Iuro per memetipſum, quod qui habitant in ruinoſis & parietinis, gladio cadent, & qui in agris ſunt ſiue in campo, à beſtijs deuorentur, & qui in muratis ſiue in præſidijs ac ſpeluncis, dei irã uitare nõ poſsint, ſed fame moriantur & peſtilentia. Et dabo, inquit, terram Iudæam in ſolitudinẽ, & deficiet ſuperba fortitudo eius, quæ quondam fuerat fortitudo. Superbis autẽ reſiſtit deus, & humilibus dat gratiam. Montes quoq; & omnia deſerẽtur, & in tantam uenient ſolitudinem, ut nullus per eos tranſeat, & tunc nequaquam confident in multitudine ſua pauci qui remanſerant, ſed cognoſcent ſolitudinis magnitudine quod ego ſim dominus, qui dedi terrã in deſertũ propter omnes abominationes quas operati ſint. Hæc dicta ſint aduerſus eos qui capta Hieruſalẽ, omniq; Iudæorum regione uaſtata, pauci habitabant in ruinoſis & in deſertis urbibus uillulisq;. Nunc ueniamus ad Tropologiã, & iuxta conſuetudinẽ noſtram, latã diſputationẽ ſtringamus potius q; diſſeramus. Omis hæreticus in parietinis habitat & deſertis, & poſsidereſe putat terrã Iſrael, dicitq; : Si Abrahã fide ſua unus hõ in tantam uenit beatitudinẽ, ut ſemẽ eius multiplicaret ſicut arena maris & ſicut aſtra cœli, quãto magis nos plures terram Iſrael, hoc eſt, cernentium deum, & Iudæam confeſsionis dominicæ poſsidebimus? Quibus reſpondit dominus. Ille poſſedit terram fidei merito: ueſtra autem infidelitas imò blaſphemia terram Iſrael, id eſt, eccleſiã poſsidere non poterit. Primum enim comeditis in ſanguine effundentes eorũ ſanguinem quos ſcandalizatis. Deinde oculos ueſtros leuatis ad immundicias uel abominationes ueſtras, quas de ueſtro animo confinxiſtis, cum debueritis imitari eccleſiaſticum uirum, & dicere:
pſal.122. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlo. Tertio ſanguinẽ funditis, non uiuificantes eos quos ſeduxiſtis, ſed interficiẽtes. Nec uobis ſufficit tria iſta feciſſe, ſed ſta
B tis in gladijs ueſtris, hoc eſt, perſeueratis in prauitate ſententiæ, & parati eſtis ad cædes, & feciſtis abominationes, ea agentes in cubilibus quæ turpe eſt loqui, & uxorem proximi ueſtri polluiſtis, eccleſiaſticam uidelicet cõuerſationem, quotidie de complexu Chriſti deceptos rapere feſtinantes. Et cum hæc feceritis, putatis uos terram hæreditate tenturos? Quibus loquitur deus: quod quicunq; in ruinoſis hæreticorum habitauerit conciliabu-
ſupra 49.b lis, gladio cadat eccleſiaſtico: de quo ſcriptum eſt: Gla-
Matth.10.d dij ancipites in manibus eorum. Et in euangelio: Non
Lu.12.f ueni pacem mittere ſed gladium. Et ſeruus qui ſe luxuriæ tradit & ocio, diuidetur, id eſt, mucrone feretur, & pars eius ponetur cum infidelibus. Et qui in agro ſiue in campo eſt, beſtijs tradetur ad deuorãdum, quas propheta uitare deſiderans deprecatur: Ne tradas beſtijs C
animam confitentem tibi. Qui autem in præſidijs & in pſal.73.d
muratis eſt, de quibus ſcriptũ eſt: Ciuitates firmas aſcẽ- Proucr.21.c
dit iuſtus, & deſtruxit munitiões earum in quibus confidebant impij, & uerſatur in ſpeluncis, de quibus dicitur: Scriptum eſt: Domus patris mei, domus orationis Matth.21.b
uocabitur, uos autem feciſtis eam ſpelũcam latronum: iſte fame ſermonis domini & peſte morietur, & dabitur omnis terra hæreticorum in ſolitudinem, ita ut frangatur eorum ſuperbia, & redigantur montes in ſolitudinem, qui ſibi altitudinem ſcientiæ promittebant. Qui montes uocantur Iſrael, quia ſub Chriſti nomine deceptos quoſq; ſupplantat, nullusq; per eos tranſibit, nec dicere poterit quod Moyſes: Trãſiens uidebo uiſionem exod.3.a
hanc magnam: habitatores enim ſunt peruerſorum mõtium, non peregrini & accolæ: ut cum hæc paſsi fuerint, tunc cognoſcãt quòd ipſe ſit dominus, qui dederit terram eorum in ſolitudinem propter abominatiões quas operati ſunt. Sequitur: Eadem quidẽ die & eodem tempore, hoc eſt, duodecimo anno, decimo menſe, in quinta menſis, quando uenit qui fugerat de Hieruſalem, & quando locutus eſt propheta ad eos qui erant in terra Iudæa, & æternæ poſſeſsionis ſibi ſpem pollicebantur, & iubet prophetæ ut dicat populo qui in Babylone uerſatur & habitat cum eo, & arguat eos ſuper inſidijs blandientibus, qui prophetæ uerba audire deſiderant, non ad animæ ſalutem, ſed ad aurium uoluptatem. Iſti iuxta muros ſedebant & in oſtijs domorum, nequaquã in ſenſum prophetæ intrare cupientes, ſed mutuo ſe hortãtur & dicunt: Venite & audiamus qui ſit ſermo egrediens à domino, & ſic ueniũt quaſi populus qui ingrediatur eccleſiam dei, & ſedent coram te populus meus qui meũ eſſe ſe dicit, & nolunt facere quod audierunt. Iſtiuſmodi mihi uidentur eorum ſimiles qui theatralibus ludun-
tur carminibus, & uel tragœdos audiũt uel comœdos, & ibi cum uoluptate palpantur, ita cum egreſsi fuerint
à te, replicent ea & decantent, & dulci ſono ſe decipiant. D
Et audient, inquit, uerba tua & non faciẽt ea. Tales ſunt uſq; hodie multi in eccleſijs, qui aiũt: Venite audiamus illum & illum: mira eloquentia prædicationis ſuæ uerba uoluentem, plauſusq; commouent & uociferantur & iactant manus, & quæ operibus neglexerãt, poſtquam aduenisſe cognouerint, neceſſe eſt enim euenire quod propheta dei ſermone pronũciat, tunc incipient approbare & noſſe, quod cuncta quæ audierant, non fuerint hominis uerba ſed domini, qui per prophetam & uirum eccleſiaſticum locutus eſt.

Commentarij decimi in Ezechielem prophetam, finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN VNDECIMVM COMMENTAriorum Ezechielis ad Euſtochium procœmium.

VNdecimus in Ezechielem explanationum liber, in extrema ſui parte contra Gog & Magog uaticinium cõtinebit, & uſq; ad exordium ciuitatis in mõte poſitæ & templi in ea ſiti ueniet Hieruſalem. Quem ſi adiuuante dño & ſua myſteria differente potuero ad calcem uſq; perducere, diu mihi erit multumq; dubitandum, utrũ ad ſpiritale templum debeã mittere manus, an aperte ignorantiam confiteri, præſertim cum & apud Iudæos & apud nos ſuper interpretatiõe eius grande ſilentium ſit: aliſs in futuro tempore extruendum eſſe cenſentibus, aliſs bono quidem animo, ſed imperito, ſcientibus ſpiritualia eſſe quæ dicuntur, & tamen ipſa ſpiritualia quomodo differi debeant neſcientibus. Et interim ut præſentis operis cura nos teneat, ſcias ò uirgo Chriſti Euſtochium, orandum tibi eſſe pro nobis. In prophetia difficillima, illud breuiter admoneo, quod uir noſtræ ætatis haud ignobilis, ad imperatorem ſcribens ſuper hac natione dixerit: Gog iſte, Gothus eſt, cui qua ratiõe poſsint omnia quæ in ea ſcripta ſunt coaptari, non eſt meum ſed eorum qui hoc putant differere.

Commen-

A

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam liber undecimus.

ET factum est uerbum dñi ad me, dicens: Fili hominis, pro.&c.] Sæpe commonui æditionē me u/trancq; mi/scere, ut librorum ui/rem magnitudinē in his duntaxat quæ nō multum à se in trans/latiōe discordāt. Post captam Hierusalem postq; annūciauit in Babylone qui fuge/rat, locutus est de his qui habitabāt in rui/nosis Hierusalem, & deinde ad eos qui in captiuitate positi, ni/hilominus perseuera bant in malicia, pro/phetæ uerba audire nolentes: nunc ad pa stores, id est, ad prin/cipes sermonem diri git, quorū uitio oues, id est, populi dissipa/ti sunt. Et hoc notan/dum, quod à duode/cimo anno, decimo mense, quinta mense transmigratiōis siue captiuitatis Iecho/niæ & qui cum eo ca/pti fuerant, usq; ad ui

B cesimum & quintum annū, quando super montem urbis ædifi/catæ tēplum extruit, & incredibilia eccle/siæ sacramenta pan/duntur: nullus in me dio annus, nullumq; tempus est positum, sed simpliciter dicit, factus est sermo do/mini ad me dicēs: Fi/li hominis, loquere ad illas & ad illos: ut intelligere debeam⁹ omnia quæ leguntur tredecim annis, di/uersis dicta tempori/bus, & tamē certa in/ter se spacia temporū nō habere. Ad pasto/res autē Israel sermo dirigitur, quos uel re ges uel principes, scri bas & pharisæos ac magistros Iudaici po puli debemus accipe re: Vel certe in euan/gelico populo, episco pos, presbyteros, & diaconos: aut iuxta mysticos intellectus, angelos singularum ecclesiarum, ad quos

Apoc. 4 scripsit Ioannes in A pocalypsi sua. Et quo/rum angeli quotidie uident faciem dei. Primumq; dici/tur: Væ pastoribus Israel qui cum gregem domini pa/scere debeant, & saluti illius prouidere, pro sua festinant luxuria. Vnde magnopere cauendum est, & obseruan/da illa præcepta: Ne quæras iudex fieri, ne forte nō pos/sis auferre iniquita/tes. Et iterum: Quan/to maior es, tanto ma gis te humilia, & in cōspectu domini in/uenies gratiam. Et rursum: Ducem te cō stituerūt, ne eleueris: sed esto inter eos qua si unus ex illis. Vn/de & apostolus quasi paruulū atq; lacten/tem inter discipulos esse se dicit. Quodq; sequitur: Lac come/debatis, & lanis ope/riebamini, per Meta phoram pastorū ad principes loquitur, de quibus & in alio loco scriptū est. Qui deuorant plebē meā sicut escam panis. In lacte, omnes escas in/telligē: in lanis, mul/tiplicem uestium ua/rietatem. Quod au/tem dicitur: Et quod crassum erat, occide/batis: de diuitib⁹ po/puli loquitur, quos mali principes in ec/clesijs iugulare nar/rantur, dum eos præ dicant, & uitia eorū increpare non au/dent. De quibus & propheta dicit: Popu lus meus, qui beatos uos dicunt: seducunt uos, & semitam pe/dum uestrorum sup/plantant. De qui/bus & Iacobus loqui tur, quod cum in/gressi fuerint ad eos precios is circundati uestibus, & annulo aureo, honorantur ab eis, & sanctis pau/peribus dicitur: Tu uero sede in scabello siue in terra, aut sta. Isti quod infirmum est, non confortant siue consolidant: Vn/de & Paulus loqui/tur: Suscipite infir/mos, & infirmum in fide assumite, & multi inter uos in/firmi & ægrotantes. Ad quos mittitur sermo diuinus, de quo scriptum est in psalmis: Misit uer/bum suum & sanauit eos

C

D

Ecclē. 7.a

Ibidem. 3.c

Ibidem. 32.a

1. Cor. 3.a

Psal. 32.a

Esa. 3.b

Iacob. 2.a

Rom. 14.a

Psal. 106.b

Cap. XXXIIII.

ET factum est uerbum dñi ad me dicens: Fi/li hominis, propheta de pastoribus (siue ad pastores) Israel, propheta & dices pastori/bus, Hæc dicit dominus deus: Væ pastori/bus Israel qui pascebant semetipsos (siue ò pastores Israel): nunquid pascunt pastores semetipsos? Nónne greges pascūtur à pastoribus? (siue nónne oues pascūt pastores?) Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non solidastis (siue confortastis): & quod ægrotum, non sanastis, quod fractum, non alligastis, & quod abiectum erat (siue errabat), non reduxistis, quod perierat, non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis eis & cum potentia, (siue, q̄d forte erat, afflixistis labore). Et dispersæ sunt oues meæ, eo quod non esset pastor (siue pastores), & factæ sunt in deuorationē omnibus bestijs agri, & dispersæ sunt. Errauerunt greges mei (siue oues) in cunctis monti bus, & in uniuerso colle excelso, & super om̄em faciem terræ dispersi sunt greges mei (siue oues) & non erat qui requireret, non erat inquam qui requireret (siue qui re/duceret). Propterea ò pastores, audite uerbū domini: Viuo ego dicit dominus deus: quia pro eo quod facti sunt greges mei (siue oues) in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri, eo quod non esset pastor (siue pastores): neq; enim quęsierunt pasto res gregem meum, sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant. Propterea pastores au/dite uerbum domini, hæc dicit dñs deus: Ecce ego ipse super pastores requirā gregem meū de manu eorum, & cessare eos faciam, ut ultra non pascant gregem me/um, nec pascant amplius pastores semetipsos, (siue o/ues): & liberabo gregem meum (siue oues) de ore eo/rum, & non erunt ultra eis in escam. Quia hæc dicit dominus deus: Ecce ego ipse requiram oues meas, & uisitabo eas sicut uisitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum: (siue quando fuerit caligo & nubes in medio ouium suarum separatarum:) sic uisitabo oues meas, & libera/bo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis. Et educam eas (siue eos) de populis (siue de gētibus): & congregabo eas (siue eos) de terris (siue regionibus): & inducā eas (siue eos) in ter/ram suam, & pascam eas (siue eos) in montibus Israel, in riuis & in cunctis sedibus terræ. In pascuis uber/rimis

A eos, & eripuit eos de corruptiõibus eorũ. Et quod fractum eſt, ait, non alligant: neq; quaquã mortalia in populis conſideran/tes uulnera: qualis eſt adulter, homicida, ſacrilegus. Et q̃d abiectum eſt, ſiue q̃d errare uiderint, non reducunt, permittentes eos ab hæreticis decipi. Et quod perierit, nõ requirunt, nõ tam perditos ſaluare cupientes, q̃ eos qui ſunt in eccleſijs deuorare: ſed cũ auſteritate imperantes eis, & cum potentia, quod proprie ad ſuperciliũ epiſcoporum pertinet, eorum uidelicet qui operibus dedecorãt nominis dignitatẽ, & ꝓ humilitate aſſumũt ſuperbiam, ut honorem ſe putẽt conſecutos, nõ onus, & quoſcunq; in eccleſia uiderint præpotẽ & dei habere ſermonem, opprimere nitũtur. Vnde iuxta Lxx. ſcriptũ eſt: Et quod
B forte erat, affligebatis labore. Et diſperſus eſt populus dei, uel uitijs, uel errore hæreticorũ, eo quod non eſſet paſtor bonus, qui poneret animã ſuam pro ouib⁹, ſed omnes mercenarij qui lucra tantum de gregibus conſiderant, & cũ lupum uiderint fugiunt. Quorũ negligentia, grex dñi deuoratur à beſtijs agri, de quibus ſcriptũ eſt: Poſuiſti te-
Pſal.103.c nebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt oẽs beſtiæ agri, catuli leonũ rugientes, ut rapiant, & quærant à deo eſcam ſibi. Et diſpergũtur, & errant in cunctis mõtibus, qui eleuantur contra ſcientiam dei, & in uniuerſo colle excelſo, qui per hæreticam ſuperbiã, eccleſiaſticam deſpiciunt ſimplicitatem. Et ſuper omnem faciẽ terræ diſpergũtur, terrena, nõ cœleſtia requirentes. Et nõ erat qui

rimis paſcã eas (ſiue eos), & in monribus excelſis Iſrael erunt paſcua earum (ſiue ouilia eorum), ibi requiſcẽt in herbis uirentibus, & in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſrael. Ego paſcam oues meas, & ego eas accubare faciam (ſiue requieſcere) dicit dominus deus. Quod perierat, requiram, & quod abiectum erat (ſiue errauerat), reducam, & quod confractum fuerat, alligabo, & quod infirmum erat, conſolidabo (ſiue confortabo): & quod pingue & forte, cuſtodiam & paſcam illas in iudicio (ſiue cum iudicio). Vos autem greges mei (ſiue oues meæ), hæc dicit dñs deus: Ecce ego iudico inter pecus, & pecus arietum & hircorum. Nónne ſatis uobis erat paſcua bona depaſci? Inſuper & reliquias paſcuarũ ueſtrarum cõculcabatis pedibus ueſtris, & cum puriſſimam aquam biberetis, reliquam pedibus ueſtris turbabatis. Et oues meæ his quæ conculcata pedibus ueſtris fuerant paſcebantur, & quæ pedes ueſtri turbauerant, hæc bibebant. Propterea hæc dicit dñs deus ad eos: Ecce ego ipſe iudico inter pecus pingue & macilentum (ſiue inter pecus forte & infirmum): pro eo quod lateribus & humeris ueſtris impinguebatis, & cornibus ueſtris uẽtilabatis oĩa infirma pecora, donec diſpergerẽtur foras. Saluabo gregem meũ, & non erit ultra in rapinã, & iudicabo inter pecus & pecus (ſiue inter arietẽ & arietẽ). Et ſuſcitabo ſuper eas (ſiue eos) paſtorem unum qui paſcat eas (ſiue eos) ſeruum meum Dauid: ipſe paſcet eas (ſiue eos), & ipſe erit eis in paſtorem. Ego autem dominus ero eis in deum, & ſeruus meus Dauid princeps in medio eorum: Ego dominus locutus ſum. Et faciam cum eis pactum (ſiue teſtamentum) pacis, & ceſſare faciam beſtias peſsimas de terra, & qui habitabant in deſerto ſecuri dormient in ſaltibus. Et ponã eos in circuitu collis mei benedictionem, & deducam (ſiue dabo) imbrem in tempore ſuo, pluuiæ benedictionis erunt. Et dabit lignum agri (ſiue dabunt ligna camporum) fructum ſuum, & terra dabit germen ſuum (ſiue fortitudinem), & erũt (ſiue habitabunt) in terra ſua abſque timore (ſiue in ſpe pacis), & ſcient quia ego dominus, cum contriuero catenas (ſiue torquem iugi) eorum, & eruero eos de manu imperantiũ ſibi, (ſiue ſeruire eos facientium). Et non erunt ultra in rapinã gẽtibus, neq; beſtiæ terræ deuorabunt eos, ſed habitabũt confidenter (ſiue in ſpe) abſq; ullo terrore. Et ſuſcitabo eis germẽ nominatum (ſiue plantationem pacis:) & non erunt ultra imminuti (ſiue pereuntes) fame in terra, neq; portabunt amplius opprobria gentium. Et ſcient quia ego ſum dominus deus eorũ cum eis, & ipſi populus meus domus Iſrael, dicit dominus deus. Vos autem greges mei, grex paſcuæ meæ (ſiue oues) homines eſtis, & ego dominus deus ueſter, dicit dñs deus. Cap. xxxv.

Et factus

requireret, nec qui reC duceret, quia delitijs occupati, gregis dominici damna non curant. Vnde ad malos paſtores ſermo fit domini, quia iſta & iſta feciſtis, quæ ſupra expoſui, & quæ ſecũdo enumerat: Ecce ego ipſe ad paſtores ueniam, & requiram gregẽ meum de manu eorum, quibus expedit, ut mola aſinaria alligetur ad collum, quã ut minimũ ſcandalizent de populo meo. Et hæc erit eorum pœna uel maxima, ut ultra nõ paſcãt gregẽ meũ: ne ſub occaſione ouium ſeipſos paſcant, & opes congregent. Et liberabo populũ meũ de ore eorum. Requiram, inquit, de manu, & liberabo de ore, q̃d auidis faucib⁹ deuoratur. Cum aũt requiſierit oues, uiſitat eas quaſi ægrotantes atq; macilẽtas, & paſtorum negligen/tia diſsipatas, & libe-D rabit de omnibus locis in die nubis & caliginis, de qua loquitur & Ioel: Adeſt dies dñi, & prope eſt dies tenebrarum & caligi nis, & dies nubis & nebulæ. Tunc educẽtur de terris, ut indu/canẽ in terram ſuam, quæ eſt terra uiuentiũ, & ipſe eas paſcet in mõtibus Iſrael: de quib⁹ loquit̃ Dauid: Leuaui oculos meos Pſal.120.a in montes, unde ueniet auxiliũ mihi. Et nõ ſolũ in mõtibus, ſed in riuis, & in cunctis ſedibus terræ, in paſcuis uberrimis, & in mõte excelſo, de q̃ Eſaias & Micheas pleni⁹ uaticinanť: ſiue in Eſa.2.a Mich.4.& 7 mõtibus excelſis Iſrael: Ibi requieſcent in herbis uirentibus, & dicẽt: Domin⁹ paſcit Pſal.22.a me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit: Super aquas refectiõis eduauit me. Et paſcẽtur in paſcuis pinguiſsimis ſup mõtes Iſrael. Eſt infinita ꝓmiſsio, ſpesq;

A ſpesq̃ beatitudinis,quãdo ipſe dominus pollicetur dicens:Ego paſcam oues meas,& nequaq̃ eas committã malis paſtoribus,& ego eas accubare faciam, dicit dñs deus:ut requieſcant in ſinu Abraham, Iſaac, & Iacob. Tunc quod perierat in gentium populis, requiretur, & q̃d errauerat in hæreticorum perſuaſione, reducetur,& q̃d confractum fuerat,alligabitur,& quod contritum atq̃ infirmũ,cõſolidabit: ut impleat quod ſcriptum eſt:

ET factus eſt ſermo domini ad me dicens: Fili hominis,pone(ſiue conuerte)faciem tuam aduerſum montem Seir,& prophetabis de eo(ſiue ad eũ)& dices illi,hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad te mõs Seir,&

Pſal.102.a Qui ſanat infirmitates eorum,& alligat cõtritiones eo/
ibid.50.d rum.Cor enim contritum & humiliatum deus non ſper/
Pſal.6.a nit. Vnde & ſanctus loquitur:Sana me domine, quoniã cõturbata ſunt oſſa mea. Et in triceſimoſeptimo pſalmo pœnitens:Non eſt,inquit,pax oſsibus meis à facie peccatorũ meorũ,& quod pingue(ait) & forte, cuſtodiam, ne uoretur à beſtijs. Et paſcet oues ſuas in iudicio,ſciens
Ioan.14.a.& 5.d cui oui quæ paſcuæ debeantur. Diuerſæ enim ſunt manſiones apud patrem,& non iudicat pater quenquã, ſed omne iudicium dedit filio. Hæc autem aduerſum paſtores locutus eſt:nunc loquitur ad oues, id eſt, ad populum,& ad utriuſq̃ pecoris gregem,id eſt,ouiũ & caprarum,& non ſolum ad oues & capras,ſed & ad arietes & hircos,qui ſunt in gregibus principes,quibus ait:Nónne uobis ſatis erat,quod bonis ſcripturarum paſcuis uescebamini:ſed inſuper reliquias paſcuarum ueſtrarum conculcabatis pedibus. Et cum aquam eloquiorum dei puriſsimã biberetis, reliquas aquas pedibus turbabatis,ut populus meus conculcatas à uobis paſcuas & turbidas aquas mãducaret & biberet,& ueſtro uitio quod per ſe bonum erat, corruptum uiolatumq̃ ſuſciperent. Quod & omnes quidem hæretici faciunt,ut carpãt eloquia ſcripturarum,& quantũ in ſe eſt,maculent. Sed &
B eccleſiaſtici uiri qui dogmatum non cuſtodiunt ueritatem,ſed de ſuo corde confingunt, magiſtramq̃ habent præſumptionem ſuam,ſimili errore retinentur. Qui cũ populo perſuaſerint uera eſſe quæ fingũt,& in theatrale modum plauſus cõcitauerint & clamores, immemores fiunt imperitiæ ſuæ,& adducto ſupercilio,libratisq̃ ſermonibus atq̃ trutinatis,magiſtrorum ſibi aſſumunt auctoritatẽ. Videamus igitur quod ſit iudicium inter pecus & pecus,& quo iudicio iudicet eos bonus paſtor & uerus,qui accepit omne iudiciũ à patre. Ecce, inquit, ipſe ego iudico inter pecus pingue & macilẽtum, ſiue inter forte & infirmũ. Fortes enim lateribus & humeris ſuis impingunt atq̃ collidunt infirma pecora, & cornibus uentilant:neſciẽtes in lege taurum cornupetam debere puniri. Impingebant autem lateribus,& cornibus uentilabant, donec diſpergerẽt & eijcerẽt oues foras. Superbia enim maiorũ & præpoſitorũ iniquitate frequenter pelluntur de eccleſia:ut diſpergantur à dño, quos ipſe ſaluauit. Sed non dimittet eos ultra dominus in rapinã, & iudicabit inter pecus & pecus:nõ inter nomina dignitatum quibus tument præpoſiti,ſed inter hominẽ & ho
Ioan.10.b minẽ,iuxta id quod uterq̃ ſeruus eſt dñi. Tunc ſuſcitabit paſtorẽ unum,qui dicit in euãgelio: Ego ſum paſtor bonus:ſeruum ſuum Dauid, ſecundum id quod formã ſerui dignatus eſt aſſumere,qui Dauid interpretat, manu fortis. Ipſe paſcet eos,& dñs erit eis in deũ, uel filius & pater,uel certe paſtor iuxta aſſumptam carnẽ,dñs aũt & deus iuxta uerbũ quod erat in principio apud deum. Qui Dauid,proficientibus pecudibus in rationale animal,nequaquam paſtor uocabitur, ſed princeps in me/
Ioan.1.d dio eorum,de quo ſcriptum eſt:Medius autem ueſtrum ſtat quem uos ignoratis. Tunc ponet cum eis pactum pacis, nequaquam bellorũ atq̃ diſcordiæ, quia factus eſt in pace locus eius: ſed pacis Chriſti, quæ exuperat
Philip.4.b omẽm ſenſum, qui dicit:Pacem meam do uobis, pacem
Ioan.14.d meam relinquo uobis. Et ceſſare faciet beſtias peſsimas de terra,uitia uel perturbationes,quibus animæ uexan/C
eur humanæ,uel aduerſarias poteſtates à quibus impugnantur. Et qui habitãt in deſerto ſecuri dormient in ſal/
Pſal.28.b tibus. Dñs enim reuelabit condenſa ſyluarũ, & in tẽplo eius oẽs dicent gloriam. Eiectis aũt beſtijs,& redacta terra in ſolitudinẽ, ab iſtiuſmodi animanti/
Pſal.26.a bꝰ ſecuri dormiẽt & dicent:Dñs illumina/tio mea & ſalus mea, quẽ timebo? Et ponet eos q̃ ſecuri dormiẽt in circuitu montis, uel collis ſui,& erũt benedictio. Tunc dabit imbrẽ in tẽpore ſuo,& pluuiæ benedictionis erũt, quas in Deutero/
Deu.28. nomij benedictionibus pollicet. Et dabit, inquit, lignũ
Gen.2.b uitæ,de quo in Geneſi ſcriptũ eſt. Lignũq̃ ſapientiæ,de
Prouerb.3.a quo dicit:Lignũ uitæ eſt oĩbus qui aſſumũt eã. Dabit aũt fructũ ſuũ,qñ & terra dederit fructũ ſuũ: Siue ligna regionũ,ſanctorũ plurima multitudo. Et terra dabit germen ſuũ: Veritas enim de terra orta eſt. Et erunt in terra
Pſal.84.b ſua abſq̃ timore, ſiue in ſpe pacis:in terra uiuentiũ, in
Matth.5.a terra mãſuetorũ,de qua ſcriptũ eſt: Beati mites, qm̃ ipſi poſsidebunt terrã: ut rerũ omniũ felicitate cognoſcant quod ipſe ſit dñs:qñ contriuerit catenas,uel circulũ ferreũ iugi eorũ,quo quaſi grauiſsimo premebantur imperio,& eruerit eos de manu imperãtium, ſiue ſeruitute affligentium eos. Seruus eſt em̃ unuſquiſq̃ eius à quo uincitur. Et nequaq̃ erunt ultra in rapinã dæmoniacis gentibus:nec beſtiæ terræ deuorabunt eos, de quibus dixi/
D mus:ſed habitabũt cõfidenter abſq̃ ullo terrore, iuxta ſuperiorem expoſitionẽ. Et ſuſcitabo,inquit,eis germen nominatũ,ſiue plantationẽ pacis,quæ loquitur in euan/
Pſal.113 gelio:Ego ſum uitis uera. Et nõ erunt ultra imminuti fa/
Ioan.15.a me in terra. Ergo fames in terrenis eſt:fames aũt audiendi ſermonem dei,quæ ſub paſtore bono & germine nominato atq̃ omnium ſermone celebrato,& plantatione pacis,nequaq̃ erit in terra,neq̃ amplius opprobrijs gẽtium ſubiacebunt,ut dicant:Vbi eſt dñs deus eorũ? Et
Pſal.113 ſcient poſt hæc omnia q̃d nõ ſolum ipſe ſit dñs, q̃d & ſupra quoq̃ dixerat:ſed cũ additamẽto,q̃d dñs omnium proprie deus eorũ ſit cũ eis,qui dicit in euãgelio ad apoſtolos:Ecce ego uobiſcũ ſum cũctis diebus, uſq̃ ad conſummationem ſeculi. Cum aũt fuerit ipſe dñs deus eorũ,tunc & ipſi erunt populus eius,non quilibet,ſed qui
Matth.28.d meruerint appellari domus Iſrael. Ac ne putaremus uniuerſa quæ dicta ſunt ad paſtores,& oues hircosq̃ & arietes ptinere:ſoluit ænigma,imò metaphorã, & ponit manifeſtius:uos autẽ oues meæ, & oues paſcuæ meæ hoĩes eſtis. Oñis igit ſermo diuinus de hoĩbus eſt,ad q̃s dicit, ego ſum dñs deus ueſter,dicit dñs deus. Cap. XXXV.

ET factus eſt ſ.&c.] Illud aũt quod in Lxx.additũ eſt, & cõſumenẽ,in Hebraico nõ habet. Si ſemper in prophetis eſſet ſermo dei,& iuge in pectore eorũ haberet hoſpitiũ,nunq̃ tam crebro Ezechiel poneret:Et factus eſt ſermo dñi ad me dicens. Sed quia ob humanã fragilitatẽ, & uitæ huius neceſsitates, interdũ recedebat ab eis, propterea Ioannes baptiſta loquit:Qui miſit me baptizare,ipſe dixit mihi:Super quẽ uideris ſpiritũ ſanctum in ſpecie colũbæ deſcendentẽ & manentẽ in eo, ipſe eſt.
Ioan.1.c Nunq̃ enim propriũ eſſet in Chriſto quod addit, & manentẽ in eo,niſi ab alijs nonnunq̃ recederet. Alioquin
Num.11.d & ad Moyſen loquit deus:Auferã de ſpiritu qui eſt in te, quẽ utiq̃ nõ haberet,niſi ad eũ à dño deſcẽdiſſet. Oñis aũt iſtius capituli prophetia,eſt contra montẽ Seir, filiorũ uidelicet Eſau & Edõ,qui Græca & noſtra lingua appellant Idumæi,eo q̃d tempore neceſsitatis & anguſtiæ, qñ Iudas capiebatur à Babyloniſs, inſultauerint eis,& ciecto populo Iudæorum, ſibi putauerint terram tradi/
tã ad poſsidendum,& non ſolum non ſuſceperint filios uidelicet Iacob fratris ſui,ſed perſecuti ſint & concluſerint in manus gladij. Vnde manifeſtiꝰ interpretatus eſt

Symma/

extendam manũ meam ſuper te: & dabo te deſolatum atq; deſertũ. Vrbes tuas demoliar(ſiue in urbibus tuis faciã ſolitudinẽ):& tu deſertus eris,& ſcies quia ego ſim dñs:eo quod fueris inimicus ſempiternus,& concluſeris filios Iſrael in manus gladij (ſiue & aſſederis domui Iſrael fraudulẽter in manu gladij)in tẽpore afflictiõis eorum,in tẽpore iniquitatis extremę.Propterea uiuo ego dicit dñs deus:quoniã ſanguini tradam te,(ſiue quoniã in ſanguine peccaſti,& ſanguis te perſequetur) : & cum ſanguinem oderis,ſanguis perſequetur te. Et dabo mõtem Seir deſolatum & deſertum,& auferam de eo euntem & redeuntem:(ſiue homines & iumenta).Et implebo mõtes eius occiſorum ſuorum (ſiue uulneratorum): in collibus tuis & in uallibus tuis atq; torrentibus,interfecti gladio cadent. In ſolitudines ſempiternas tradam te,& ciuitates tuæ nõ habitabuntur,& ſcietis(ſiue ſcies) quoniam ego ſum dominus:Eo quod dixeris:duæ gentes,& duæ terræ(ſiue regiones) meæ erũt,& hæreditate poſſidebo eas,cũ dñs eſſet ibi.Propterea uiuo ego dicit dñs deus,quia faciã iuxta iram(ſiue inimicitiam)tuã: & ſecundũ zelum tuum quẽ feciſti odio habens eos,& notus efficiar tibi cum iudicauero te: & ſcies quia ego ſum dñs.Audiui uniuerſa opprobria tua: (ſiue uocem blaſphemiarũ tuarũ) quæ locutus es: (ſiue quia locutus es) de mõtibus Iſrael, dicens:deſerti nobis dati ſunt ad deuorandum, & inſurrexiſtis ſuper me ore ueſtro: (ſiue magnifice locutus es ſuper me ore tuo:) & derogaſtis aduerſum me(ſiue uociferati eſtis contra me)uerba ueſtra:ego audiui.Hæc dicit dominus deus: Lætante uniuerſa terra in ſolitudinem te redigam: ſicuti gauiſus es ſuper hæreditate domus Iſrael, eo quod fuerit diſſipata: ſic faciam tibi. Diſſipatus (ſiue deſertus) eris mons Seir:& omnis Idumæa,& ſciẽt quia ego ſum dominus.

Cap.

A Symmachus:Sanguinem tuum odiſti:& ſanguis perſequetur te.Prophetatur aũt quod & ipſe capiendus ſit,& redigendus in ſolitudines ſempiternas, & rerũ fine cognoſcat eſſe iudicẽ deũ, eo quod dixerit: Duæ gẽtes,& duæ regiones meæ ſunt:uel Idumæorũ & Iudæorũ, uel certe Iudæ & Iſrael, duarũ uidelicet & decem tribuũ. Et locutus es de mõtibus Iſrael, dicens: Deſerti nobis dati ſunt ad deuorandum, nõ conſiderans quod hæc cõtra deũ blaſphemia redundaret. Vnde ſequẽ: Lætante uniuerſa terra, in ſolitudinẽ te redigam. Et eſt ſenſus: Cũ omnis terra Iudæa receperit priſtinũ ſtatũ,tu permanebis in ſolitudine ſempiterna. Quodq; infertur: Sicuti gauiſus es ſuper hæreditate domus Iſrael, eo quod fuerit diſſipata:ſic faciam tibi, in Lxx.nõ habetur: ſed ſub aſteriſcis de Theodotionis æditiõe additum eſt. Omnis autem ira dei illuc profi
B cit contra montem Seir,ut cũ fuerit diſſipatus, & ipſe & uniuerſa Idumæa cognoſcant, quia ipſe ſit dominus. Hæc iuxta hiſtoriã, & ſenſum magis q; uerba curſim dixerim: Trãſibo ad Anagogem,& ſtudio breuitatis pauca perſtringã.Pone,inquit, ſiue conuerte faciem tuam aduerſum mõtem Seir.Et ſignificãter ait, cõuerte: ab alia prophetia ad aliã prophetiam. Faciem autem non corporis, ſed animi de qua di-
2.Cor.3.e cit & apoſtolus: Nos autem omnes reuelata facie, gloriam domini cõtemplantes. Mons aũt Seir qui interpretatur hiſpidus & piloſus, cõtraria fortitudo accipienda eſt:quæ præſidebat genti filiorum Eſau,& ſe contra populũ Iuda,id eſt cõfeſſionis & ueræ fidei erexerat.Quod ſi prudẽs lector oppoſuerit,quomodo in iſto loco Seir, hoc eſt hiſpidus & piloſus intelligatur in ma-
4.Reg.1.b lam partẽ:cum Helias quoq; uir piloſus dictus ſit: Bre-
Gen.25.d uiter reſpõdebo : de Eſau ſcriptũ eſſe, quod rufus fuerit & quaſi pellis hiſpidus, de Helia uero quod uir tantum piloſus.In Eſau qui ſanguinarius & cruẽtus,pelli hiſpidæ cõparatur: mortaliũ operum & ipſi9 mortis indiciũ eſt:in Helia uirilitatis argumentũ.Quãobrem & habitatio eius in ſolitudine & cõuerſationis auſteritas, non ſolum uirũ,ſed & uirum fortiſſimũ demonſtrabat. Porrò Iacob qui ſupplantauerat Eſau, & primogenita eius ac-
Gen.10.b ceperat: quia ſimpliciter habitabat domi,& nõ erat uenator ſicut gigas Nemrod,idcirco leuis appellatur & nihil ſibi de uenatione uindicabat. Et ædificauit ciuitatem,& uocauit nomen eius Rooboth, quæ ſpatia ſonat. Et ſuper hæc omnia ſeruus erat,& ſeruiebat fratri ſuo. Et ſi ſeruus,quomodo dominus? Et ſi dominus,quomodo ſeruus? Quia ſeruus erat ſecundum ſæculum, dominus autem ſecundum ſpiritum. Et ſeruus erat ſecundum ſæculum, quia ſeruiebat fratri ſuo: dominus autem ſecundum ſpiritum, quia ſuperbiæ fratris ſui dominabatur

Cap. XXXVI.

TV autē fili hominis, propheta ſuper mōtes Iſrael, & dices: mōtes Iſrael audite uerbū dñi: hæc dicit dominus deus, eo quod dixerit inimicus de uobis euge, altitudines (ſiue ſolitudines) ſempiternę in poſſeſſionē datæ ſunt nobis: propterea uaticinare & dic: hæc dicit dñs deus: Pro eo quod deſolati eſtis & cōculcati per circumitum: (ſiue pro eo quod diſperſi eſtis ab his qui in circuitu ueſtro ſunt): & facti in hæreditatē (ſiue in poſſeſſionem) reliquis gentibus, & aſcēdiſtis ſuper labiū linguæ, & opprobriū populis (ſiue gentibus). Propterea mōtes Iſrael audite uerbum domini dei: Hæc dicit dñs deus mōtibus & collibus, torrētibus uallibuſq; & deſertis parietinis (ſiue diſſipatis), & urbibus derelictis quæ depopulatæ ſunt & ſubſannatæ (ſiue cōculcatæ) & reliquis gētibus per circuitum. Propterea hæc dicit dñs deus. Quoniā in igne zeli mei locutus ſum de reliquis gentibus, & de Idumæa uniuerſa, qui dederūt terram meam ſibi in hæreditatē cum gaudio, & toto corde, & ex animo, & eiecerunt eam ut uaſtarent: ſiue cum odio deſpicientes animas ut ſubuerterent eas in uaſtatione. Idcirco ait, uaticinare ſuper terram Iſrael, & dices montibus & collibus, iugis & uallibus, hæc dicit dominus deus: Ecce ego in zelo meo, & in furore meo locutus ſum eo quod confuſionem (ſiue opprobria) gentium ſuſtinueritis. Idcirco hæc dicit dominus deus (ſiue adonai dominus:) Ego leuaui (ſiue leuabo) manum meam: ut gentes quæ in circuitu ueſtro ſunt, ipſe confuſionē (ſiue ignominiā) ſuā portent. Vos autem montes Iſrael ramos ueſtros (ſiue uuas ueſtras) germinetis, & fructū ueſtrum afferatis populo meo Iſrael: prope eſt enim ut ueniat. Quoniam ecce ego ad uos: & cōuertar ad uos (ſiue reſpiciā uos) & arabimini & accipietis ſementē, & multiplicabo in uobis homines omnēq; domū Iſrael, & habitabunt ciuitates & ruinoſa inſtaurabūtur (ſiue deſerta ædificabūtur.) Et replebo uos hominib⁹ & iumētis & multiplicabūtur & creſcēt: & habitare uos faciam ſicut à principio: bonisq; donabo maioribus cūq; habuiſtis ab initio: & ſcietis quia ego ſum dñs. Et adducā (ſiue generabo) ſuper uos homines, populū meū Iſrael, & hæreditate poſſidebūt te (ſiue uos) & eris (ſiue eritis) eis in poſſeſſionē: & nō addes ultra, ut abſq; eis ſis (ſiue & nō addetis ultra, ut abſq; liberis uos faciāt.) Hæc dicit dñs deus: Pro eo quod dixerūt de uobis (ſiue tibi) deuoratrix hominū es & ſuffocans gentē tuā: propterea homines nō comedes amplius, & gentē tuā non necabis ultra, ait dñs deus: ne auditā faciā in te (ſiue in uobis) amplius confuſionē (uel ignominiā) gentium: & opprobria populorū nequaq; portabis (ſiue portabitis) & gentē tuā nō amittes amplius (ſiue gēs tua abſq; liberis ultra non erit) dicit dominus deus. Et factum

A ſēpiternas, & ſi quæ erāt ciuitates, hoc eſt, cōciliabula malæ habitationis, & ipſæ diſpereant & deſināt in malā partem habere cōſenſum, & diuidantur linguæ eorum, ne turrē blaſphemiæ cōtra deum poſſint extruere, & redactæ in ſolitudinē atq; deſertum, cognoſcāt quod ipſe ſit dñs. Nec ſufficit mōti Seir tanta dixiſſe quæ præteritus ſermo narrauit: ſed hoc quoq; per ſuperbiā locutus eſt: Duæ gētes & duæ terræ ſiue regiōes meæ ſunt: Idumæa uidelicet & Iudæa, & hæreticos & eccleſiaſticos poſſidebo pariter. Et hoc (inquit) dixiſti cum dñs eſſet ibi qui ſuo populo præſidebat. Propterea iurat dñs & dicit: Viuo ego dicit dñs de⁹: quod iu-

B xta irā tuā qua ſæuiebas in populū dei: & zelū tuum quo perſequebaris Chriſti familiā, odio habēs eos quos poſſidere cupiebas, cū te percuſſero & iudicauero, tunc tibi not⁹ efficiar, & ſcies quod opprobria tua & blaſphemias nō alio referente cognouerim, ſed ipſe audierim quæ locutus es contra mōtes Iſrael dicens: deſerti nobis dati ſunt ad deuorandum. Mōtes Iſrael, Moyſen, prophetas & apoſtolos debemus accipere: quos hæretici & hæreticorū princeps diabol⁹ ſibi putāt traditos ad deuorandū: quando aut rarus, aut nullus in eccleſia reperitur qui poſſit pugnare p mōtibus dñi, & eorū laceratione ſua uoce defendere. Et inſurrexiſtis, inqt, ſuper me ore ueſtro ſiue magnifice locuti eſtis: nō ut putatis cōtra mōtes, ſed per illos aduerſum me, & rogaſtis ſiue clamaſtis aduerſū me. Omnes eī præces ueſtræ ò mōs Seir & ſocij mōtis Seir: de quibus ſupra di- C ctū eſt: Implebo montes eius, & colles, & ualles, & cāpos ſiue torrentes, fuerunt ad uerſum me: nequaq; preces & oratiōes, ut putatis ad deum: ſed clamores, uociferationes, atque blaſphemiæ. unde & dñs cōminat & dicit: Sicuti gauiſus es ſuper hæreditate domus Iſrael: quando tuis perſecutionibus diſſipata eſt, atq; lacerata, & in toto orbe diſperſa, ſic faciā tibi. Lætāte eī uniuerſa terra uiuentiū, terraq; ſanctorū, & omnibus cōuerſis ad ſeruitutem dei, tu diſſipatus eris mons hiſpide, mons piloſe, & omnis Idumæa, opera uidelicet terrena & cruori & ſanguini dedita: ut tunc cognoſcas qđ ipſe ſim dñs, qui alibi ſum locutus: Ego ſum dominus deus ueſter. D

Cap. XXXVI.

TV autem &c.] Supra ponitur prophetæ facies, ſiue conuertit aduerſum mōtē Seir: hic fili⁹ hominis loquitur ad montes ſiue ſuper montes Iſrael, qui iubent dei audire ſermonē. Et ut parūper differā Tropologiā, toti⁹ ad mōtes Iſrael prophetiæ, breuiter hic ſenſus eſt. Quia inſultauit uobis inimicus, hoc eſt, mons Seir, & putauit quod in perpetuum ipſe uos poſſideret: & altitudines quondā dñi nūc deſertas ceſſiſſe ſibi in hæreditatē, & nō ſolū dixit, ſed & aliquāto tēpore uos poſſedit: intantū ut ſuperbe loqueretur contra uos, quod opprobriū eſſetis cunctis gentibus. Propterea hæc dicit dñs de⁹, nō ſolū mōti Seir, ſed & mōtib⁹ eius & collibus, torrētibus, uallibuſq;, & deſertis atq; uaſtatis, & urbib⁹ derelictis: quoniā in igne zeli ſui & aduerſum omnes quidē gentes, ſed præ

ſupra cap. 35

præcipue contra Idumæã locutus ſit, quæ cũ cæteris, inquit, gentibus tenuit terrã meã in poſſeſſionem, & poſſedit gladio, & toto corde poſſedit, ut eiiceret habitatores de ea terrãq; uaſtaret. Propterea loquere (ait propheta) ſuper terram Iſrael, & dices mõtibus & collibus & iugis (pro quib⁹ Lxx. τοῖς νάπαις interpretati ſũt quæ nos nemoroſa intelligimus loca) & uallibus: Hæc dicit dñs de⁹: in zelo & in furore meo, opprobriũ ueſtri ultor exiſtã, & leuabo manum meã, ut gentes quæ in circuitu ueſtro ſunt, ignominiã & cõfuſionem ſuã portẽt: uos aũt ò mõtes Iſrael, ſecundũ priſtinum ſtatũ germinetis uirgulta, ramosq; mittatis: ſiue iuxta Lxx. afferatis uuas, quibus populus meus ſaturetur Iſrael. Quod nõ putetis poſt longũ tempus futurũ, prope eſt, inſtat, & ueniet tẽpus. Ac ne uobis uideat hoc eſſe difficile, ipſe ego ueniã ad uos, & qui à uobis receſſerã, conuertar ad uos: ut priſtinã culturã recipiatis: & ſemẽte omnia cõpleantur, ita ut multi in uobis ſint homines: & habitẽtur ciuitates quæ prius deſtructæ fuerant. Et non ſolũ homines multiplicabo, ſed & iumẽta æque multiplicabunt & creſcẽt: & habitare uos faciã ſicut à principio, quãdo Moſe duce
Num.32 trãs Iordanẽ, duæ & ſemis trib⁹ acceperũt poſſeſſionẽ:
Ioſue 1.c.13.b trãs Iordanem & ſub Ieſu filio Naue, aliæ nouẽ & ſemis trib⁹ terrã Iudæã poſſederũt: bonisq; uos donabo multo maioribus, q̃ fuiſtis ab initio priusq; captiuitates uarias ſentiretis. Et cũ hoc uobis fecero, tũc cognoſcetis q̃ ego ſim dñs. Et impleberis, inqt, ò terra Iſrael populo meo, q te hæreditate tẽtur⁹ eſt: & eris eis poſſeſſio, & nõ
B addes ultra, ut abſq; filijs ſis. Cum aũt multiplicat⁹ fuerit ueſter habitator ò montes Iſrael, tunc nequaq; dicẽt inimici ueſtri cõtra uos, q̃ homines deuoretis, & abſq; liberis ſit ueſtra poſſeſſio, ſed ecõtrario multiplicetis homines, & largiſſimã prolem ueſtra poſteritas germinet. Nec audies, inquit, amplius nec ſuſtinebis cõfuſionem gentiũ: ſed nec amittes gentem tuã, ut aliqñ ſuſtineas captiuitatẽ: quia dñs locutus eſt. Hæc παραφραστικῶς more Iudaico dixerimus: quæ illi expectant in mille annorũ regno, quãdo ciuitatẽ Hieruſalem aſſerunt extruendã, & templũ quod in fine huius uoluminis deſcribitur, & rerum omniũ felicitatẽ: quorũ nõnulli arbitrant ſub Zorobabel hæc fuiſſe cõpleta. Sed quõ ſtare poterit hoc q̃d dicit: Et habitare uos faciã ſicut à principio: bonisq; donabo maioribus, q̃ habuiſtis ab initio? Sub Zorobabel enim, Eſdra, & Neemia pauci de populo ſunt reducti, & ipſi obedientes Medis ac Perſis: & deinceps Macedonibus & Aegyptijs atq; Romanis, uſq; ad Titũ & Veſpaſianum diuerſarũ gentiũ regibus ſeruierunt, & uſq; hodie ſeruiũt, ut ſtare omnino nõ poſſit hoc quod in extrema dicit prophetia: & opprobriũ populorũ nequaq; portabis, & gentem tuã nõ amittes amplius. Et quia longũ eſt nũc aduerſum dogma Iudaicũ, & beatitudinẽ uentri & gutturi Iudaico ſeruientẽ: qui omnia terrena deſiderãt, & dicunt: Manducemus & bibamus, de quibus & Apo
1.Cor.15.d ſtolus loquitur: Eſca uentri, & uenter eſcis: deus autẽ & hunc & illã deſtruet, in breui explanatione dicere: nunc ad ſpiritualem intelligentiam tranſeamus, iuxta quam & Eſaiæ extremas partes interpretati ſumus. Neque enim iuxta Iudaicas fabulas, quas illi ἀντιρρήσεις appellant, gemmatam, & auream de cœlo expectamus Hieruſalem, nec rurſum paſſuri circũciſionis iniuriam: nec oblaturi taurorũ & arietũ uictimas, nec ſabbati ocio dormiemus. Quod & multi noſtrorũ, & præcipue Tertulliani liber qui inſcribitur de ſpe fideliũ, & Lactantij inſtitutionũ uolumẽ ſeptimũ pollicetur, & Victorini Pitabionẽſis epiſcopi crebræ expoſitiões, & nuper Seuerus noſter in dialogo, cui Gallo nomẽ impoſuit. Et ut Græcos nominẽ, & primũ extremũq; coniungã, Irenæus & Apollinarius. Nos ergo mõtes Iſrael, prophetas & apoſtolos eſſe dicemus, qui audiunt uerbũ dei, & quibus diabolus inſultauit inimicus dicens: Euge, exceſſi quondã mõtes de quibus ſcriptum eſt: Mõtes in circuitu eius: & C
dñs in circuitu populi ſui, mihi dati ſunt in poſſeſſionẽ: Pſal.124.a
q̃n perſecutiõis anguſtijs deſolati ſunt & cõculcati per circuitũ, & facti in hæreditatẽ reliquis gẽtibus, & ab omnib⁹ blaſphemati.

factũm eſt uerbum domini ad me dicens: Fili hominis, domus Iſrael habitauerunt (ſiue habitauit) in terra ſua: & pollue

Propterea loquit̃ dñs cõculcatis montibus & deſolatis, & non ſolũ mõtibus, ſed & inferioribus ac per ſingulos grad⁹ in terra Iudæa, hoc eſt, in mõte eccleſiæ cõſtitutis, de qua ſcriptũ eſt: Nõ poteſt ciuitas abſcõdi ſuper montẽ poſita, & collibus atq; torMat.5.b rentibus: quorũ hyeme perſecutionũ & tẽpeſtate, preſſuræ augetur fides. Vallibus quoq; his qui in humilitate depreſſi ſũt, & deſertis eccleſijs & parietinis: atq; in toto orbe eccleſiarũ cõciliabulis derelictis: qualis ſub Diocletiano & Maximiano in toto orbe perſecutio fuit: per quã proſcriptæ ſunt eccleſiæ atq; uaſtatæ: quando ſubſannauerunt eccleſiã omnes gentiliũ & hæreticorũ gentes per circuitũ: quod in igne zeli furoris ſui locutus ſit, & proprie aduerſum Idumæã, quæ terrenis operib⁹ uolebat omnes depoſita imagine cœleſtis, portare imaginem terreni. Illi enim dederunt terram dei ſibi in hæreditatẽ, & ex toto corde atq; ex animo eccleſiam domini perſecuti ſunt, & eiecerunt eã de ſedibus ſuis & uaſtauerunt. Sed quid profuit nationibus: quid iuuit hæreticorũ gẽtes inſultaſſe terræ dñi: cum dñs loquatur ad eam & montibus illius collibusq; ac iugis ſiue nemoroſis locis, quæ amœnitate uirebãt paradiſi: & collibus, de quibus ſupra diximus, in zelo & in furore ſuo locutus ſit: & pro opprobrio gentiũ leuet manũ ſuam cõtra aduerſarios, qui eccleſiã perſecuti ſunt, ut portent cõfuſionem D
& ignominiam ſuã? Tunc perſecutoribus interfectis, & pace eccleſiæ reddita, mõtes Iſrael, apoſtoli uidelicet & apoſtolici uiri, germinabunt arbores ſuas, & extendent ramos: uuasq; afferẽt calcandas in prælo dñi, de quib⁹ muſta funduntur, quæ inebrient credentiũ populos, & exprimitur uinũ quod lætificat cor hominis: ut omnis fructus montiũ, de quibus conficitur panis de cœlo deſcendens, comedatur à populo dei Iſrael. Et ne forſitan deſperemus in perſecutionibus additur: Propè eſt tempus ut ueniat. Veniens enim ueniet, & non tardabit. VnAbac.2.d de ſuum ad montes & ad eos qui in tribulatiõibus perdurarunt, pollicetur aduentũ: atq; promittit quod poſt perſecutionis ardorem exerceatur terra prius decerpta Chriſti uomere, & omnẽ uirtutum ſementẽ recipiat, de qua naſcantur & multiplicentur homines & omnis domus Iſrael. Cumq; ciuitates, hoc eſt, eccleſiæ credentiũ fuerint inhabitatæ redeũtibus turbis: tunc nequaq; ſolum homines qui pollebant ſcientia ſcripturarũ: ſed & iumenta, ſimplices quiq; credentium multiplicabũtur atq; ſuccreſcent, & habitabuntur eccleſiæ ſicut à principio, hoc eſt, priusq; eſſet perſecutio: bonisq; florebunt maioribus q̃ habuerũt ab initio, martyrum uictorijs coronatæ. Et tunc ſcient quod ipſe ſit dominus qui reſtituit plebem ſuã priſtino ſtatui, quæ poſſideat eccleſias: & ipſa ſit eccleſiarum hæreditas: & nequaq; ultra abſq; liberis ſit, quos in perſecutione perdiderat. Vnde iubet̃ prophetæ, ut loquatur ad terram manſuetorũ terramq; uiuentium, ſiue ad montes Iſrael, & dicat: Perſecutorum ultra non patieris opprobrium: nec inſultabunt iugulatum populũ tuum, ſicut oues occiſionis. Pace enim reddita, opprobria uniuerſa ceſſabunt: nec ſuſtinebis confuſionem & ignominiã inter diuerſas in circuitu nationes, ſed gentem tuam habebis & populum: quia ueritas promiſſionis, domino loquente firmata eſt. a ¶ Et factum eſt uerbum domini ad me dicens &c.] Perſpicua ſunt quæ dicuntur, & omnis ſenſus montium Iſrael, qui prius deſerti fuerant, & poſtea reſtituti, nũc manifeſtius ponitur: Redditq; cauſas deus quare populum Iſrael captiuitati tradiderit, & propter ſuã clemẽtiam pollicetur

A reducturum ſe eos in terram Iudæã,& multo ampliora tributurum: quàm abſtulerat. Quod quidã Iudæorum referunt ad Zorobabel tẽpora, quando Cyro rege Perſarum laxante captiuitatẽ eorũ,de tribu Iuda & Beniamin plurimi reducti ſunt in Iudæam. Alij uero ad mille annorũ regnum referunt, quãdo ſub Chriſto quẽ putant eſſe uẽturum, ut ciuitas extruatur Hieruſalem, & ædificetur templũ,de quo in ultima parte huiꝰ prophetiæ dicturi ſumus. Et interim ut Iudaicas fabulas reliquamꝰ & intermina biles genealogias,iuxta conſuetudinẽ noſtram,breuiter περικοπῶ huius capituli percurramꝰ, & quid nobis uideatur,iuxta ec
B cleſiaſticã intelligentiam diſſeramus: Domꝰ Iſrael,hoc eſt,populus Iudæorum habitauit quondam in terra ſua, hoc eſt, in terra Iudææ:quando educta eſt de Aegypto, ſed polluerũt eã in uijs & in ſtudijs,ſiue idolis ſuis: & intãtum extitere polluti, ut immundiciæ mulieris menſtruatæ cõparati ſint. Propter quod deus effudit indignationẽ ſuam ſuper eos, pro ſãguine prophetarum atq; iuſtorum, quem fuderant ſuper terram,dicente in euãgelio ſal-
Mat.23.d uatore:Hieruſalẽ,Hieruſalem quæ occidis prophetas:& lapidas eos q ad te miſſi ſunt. Et iterũ:Amen amen dico uobis: requireẽ ſãguis qui effuſus eſt à generatione hac à ſanguine Abel iuſti, uſque ad ſanguinem Zachariæ filij Bara-
2.Par.24.f chiæ,quẽ effuderunt inter altare & tẽplũ. Non ſolũ autem effuderunt ſanguinẽ, ſed & polluerunt terram ſceleribus ſuis. Quãobrẽ diſperſit eos,uel ſub Babylonia captiuitate:uel ſub Roma C
na: quando uere effuderũt ſanguinẽ Chriſti:& uentilati ſunt in terras,quomodo paleæ uentilantur,& iuxta uias ſuas & inuẽtiones peſſimas iudicati, ita ut in gentibꝰ quoq; ad quas captiui ducti fuerant, polluerent nomẽ ſanctũ dei:eo quod per irriſionẽ dicerẽt uniuerſæ nationes:Ecce populus dei iſte eſt, qui ſe iactabat proprie noſſe cultum dei. Q.ꝰ cum uidiſſem, ait:nõ propter eos, ſed propter nomen meũ ſanctũ: creator enim omnium ſum, peperci eis, & ſanctificaui illos:& gloriæ priſtinæ reſtitui, ita ut ſuper credentes & ab errore cõuerſos, effunderem aquã mundam baptiſmi ſalutaris, & mundarẽ eos ab abominationibus ſuis,& D
ab uniuerſis errori- bus quibus fuerant occupati: & darẽ eis cor nouum,ut crederent in filium dei: & ſpiritum nouum, de quibus Dauid loquitur:Cor mundũ crea pſal.50
in me deus, & ſpiritũ rectum innoua in uiſceribus meis. Et conſiderandũ, quod cor nouum & ſpiritus nouus detur per effuſionem & aſperſionem aquæ. Quando autẽ cor nouum datum fuerit & ſpiritus nouꝰ, tunc auferetur de corde Iudaico omnis duricia,quæ lapidi comparatur, ut pro lapideo corde, ſit cor carneum, molle & tenerum, quod ſpiritum dei in ſe poſſit recipere, & inſcribi literis ſalutaribus. Tũc ambulabunt in præceptis domini,& cuſtodient iudicia eius, & habitabũt in terra cõfeſſionis, quam dederat patribus eorum Abraham,Iſaac,& Iacob,& cũctis ſanctis ac prophetis: & erũt in populũ dei, & dominus erit eis in deũ, quod præſenti tem-
pore

dixerunt eã in uijs ſuis & in ſtudijs (ſiue dolis) ſuis: iuxta immundiciã menſtruatæ facta eſt uia eorum corã me. Et effudi indignationẽ meam (ſiue furorem meũ) ſuper eos, pro ſanguine quẽ fuderunt ſuper terram: in idolis ſuis polluerunt eã,& diſperſi eos in gentes,& uentilati ſunt (ſiue uentilaui eos) in terras (ſiue regiones) iuxta uias eorum & adinuentiones (ſiue peccata) eorum iudicaui eos. & ingreſſi ſunt ad gentes ad quas introierũt: & polluerunt nomen ſanctum meum, cum diceretur de eis populus domini iſte eſt, & de terra eius egreſſi ſunt. Et peperci nomini meo ſancto (ſiue peperci eis propter nomen meum ſanctum) quod polluerat domus Iſrael in gentibus ad quas ingreſſi ſunt. Idcirco dices domui Iſrael: hæc dicit dominus deus: Non propter uos ego faciã domus Iſrael: ſed propter nomen meum ſanctum quod polluiſtis in gentibus ad quas intraſtis. Et ſanctificabo nomen meũ magnũ quod pollutum eſt inter gentes,quod polluiſtis in medio earũ, ut ſciant quia ego ſum dominus dicit dominus exercituum, cum ſanctificatus fuero in uobis coram eis. Tollam quippe uos de gentibus, & congregabo de uniuerſis terris: & adducam uos in terram ueſtram. Et effundam (ſiue aſpergam) ſuper uos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus inquinamentis ueſtris, & ab uniuerſis idolis ueſtris mundabo uos. Et dabo uobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio ueſtri (ſiue dabo uobis) & auferam cor lapideum de carne ueſtra: & dabo uobis cor carneum. Et ſpiritum meum ponam in medio ueſtri (ſiue dabo uobis) & faciam ut in præceptis meis (ſiue iuſtificationibus meis) ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini (ſiue faciatis) ea. Et habitabitis in terra quam dedi patribus ueſtris: & eritis mihi in populũ, & ego ero uobis in deum. Et ſaluos uos faciam ex uniuerſis inquinamentis (ſiue immundicijs) ueſtris: & uocabo fructum & multiplicabo illum, & non imponam (ſiue dabo) uobis famem: & multiplicabo fructum ligni, & genimina agri, ut non portetis ultra opprobrium famis in gẽtibus. Et recordabimini uiarum ueſtrarũ peſſimarum ſtudiorumq; non bonorũ,& diſplicebunt uobis iniquitates ueſtræ, & ſcelera ueſtra. Non propter uos faciã, ait dominus deus: notum ſit uobis: cõfundimini & erubeſcite ſuper uijs ueſtris domus Iſrael. Hæc dicit dominus deus: In die qua mundauero uos ex omnibus iniquitatibus ueſtris: & habitari fecero urbes, & inſtauratum ruinoſa, & terra deſerta fuerit exculta, quæ quondam erat deſolata in oculis omnis uiatoris, dicent: Terra illa inculta (ſiue deſerta) facta eſt ut hortus uoluptatis, & ciuitates deſertæ & deſtitutæ atque ſuffoſſæ, munitæ ſederunt. Et ſcient gentes quę derelictæ fuerint in circuitu ueſtro: quia ego domi

A pore comprobatur. Cumq; saluati fuerint uocabit do/
Ioan.12.d minus frumentũ & multiplicabit illud. Nisi enim granũ
tritici cadens in terra mortuũ fuerit, ipsum solũ manet.
Et nequaq; patientur famem: nõ famẽ panis & sitim a/
Amos 8.d quæ, sed famẽ audiendi sermonẽ dei: quã passus est ille
qui à patre profectus omnẽ quã acceperat substantiam, dissipa/
uit: quãdo famis ne/cessitate cogente, por corum pastus est sili/quis. Tũc multiplica bit fructus ligni, hoc est sapientiæ, de quo
pro.3.c scriptum est: Lignũ uitæ est omnibus qui requirunt eã: & geni/mina agri, in similitu
Gen.27.d dinẽ Iacob: cui⁹ odor erat quasi odor agri pleni, cui benedixit dñs. Nec ultra porta bũt opprobrium famis in gentibus, quod hodieq; Iu/dæorũ patitur incredulitas: sed postq; beatitudinẽ fue/rint cõsecuti, imitabũtur Apostolum qui dicit: Nõ sum
1.Cor.15.b dignus uocari apostolus: quia persecutus sum ecclesiã dei. Et recordabunt uiarũ suarũ pessimarũ, & studiorũ non bonorũ quibus offenderãt deum, & displicebũt eis iniqtates suæ: & scelera sua quibus prius errauerãt. Hæc aũt omnia tributurus est dñs: non propter eos qui pro/prio errore perierũt, sed propter nomen sanctũ suũ. Vn de prouocat domũ Israel, ut cõfundat & erubescat sup priorib⁹ uitijs, & suũ intelligat creatorẽ. Postq; aũt mũ dauerit credentiũ ex Iudæis populũ ab iniqtatib⁹ suis,
B & habitari fecerit urbes ecclesiæ: & instaurauerit ruino/sa quæ in synagogis cõciderãt: & terra cõfessionis fuerit exculta ceremonijs dei, quæ quondã uisa est desolata o/mnib⁹ sãctis, qui terrenæ cõuersatiõis opera prætereũt: Tũc oẽs dicent: quõ terra Iudæa quæ quondã fuerat in/culta, nũc habet similitudinẽ paradisi dei, & ciuitates Iu dææ quæ desertæ fuerant & destitutæ, & sua incredulita te suffossæ, nũc erectæ & munitæ sunt in cõfessiõe & noie dñi saluatoris, ita ut omnis creatura cognoscat, & multi tudines angelorũ, quæ terrã ambiunt Israel, quod dñs dissipatas ædificauerit ciuitates: & incultas plãtauerit re giões, & quod pollicitus fuerat per prophetas, opere cõ pleuerit? Nec hoc erit liberalitatis suæ in populũ quem saluauerit cõtent⁹ munere, sed multo maiora præstabit. Inuenietur eĩ à domo Israel, qui multo tẽpore quæsit⁹ fuerat, & nõ inuẽtus. Et postq; inuenerit eũ, multiplica/bit eos sicut oues: nõ brutorũ animantiũ, sed oues homi nũ, quæ ratiõis cõfessionisq; sunt plenæ: sicut oues san/ctas & greges Hierusalẽ: in qua proprie dei cultus, & ui/sio pacis est, in solẽnitatibus eius: quãdo comedim⁹ azy ma synceritatis & ueritatis: & agni carnib⁹ uescimur, &
Exo.12. cruore potamur, & in septẽ hebdomadibus & in taber/naculis huius seculi dominica festa celebramus, ut ciui/tates quondam desertæ, plenæ fiãt gregibus hominum, & hac ratione cognoscant, q; ipse sit dñs qui cuncta præ stiterit. Hæc iuxta historiæ ueritatem, imò iuxta prophe tiæ fidẽ: quomodo populus Israel restituat in integrum
Rom.9.f.11.d statũ, & reliquiæ populi Iudæorũ apostolo Paulo docen te, saluæ sint in apostolis, & in omnibus qui ex Iudæis in principio crediderunt, & usq; hodie redeũt ad ecclesiã, breuiter dixisse sufficiat. Nunc Tropologiæ eadẽ breui/
Tropo. tate aperiẽdus est sensus: Quicunq; de domo est Israel, & cernit pacem Christi, quæ exuperat omnẽ sensum: ha bitat in terra sua ecclesia, uel in carnis hospitio, quod ei à deo traditum est. Sin aũt polluerit utrãq; terrã in uijs suis pessimis, & immundiciæ mulieris mẽstruatæ fuerit cõparat⁹: effundit deus indignationem suã super eum, pro sanguĩe uel suo, uel eorũ, quos scãdalizauerit & ef/

dñs ædificaui dissipata & plãtaui inculta: ego dñs locu/tus sim & fecerim. Hæc dicit dñs deus: Adhuc in hoc in ueniet me dom⁹ Israel (siue quærat domui Israel) ut fa/ciã eis. Multiplicabo eos sicut gregẽ hominũ (siue ut o/ues homines) ut gregẽ sanctum (siue ut oues sanctas) ut gregẽ (siue oues) Hierusalẽ in solẽnitatibus eius: sic erũt ciuitates desertæ, plenæ gregibus (siue ouibus) hominũ, & scient quia ego dominus.

Cap. XXXVII.

FActa est super me ma nus domini, & edu/xit

fuderit super terram, & peruersis cogitatiõibus quibus C
polluit eã. Tunc dispergẽt in gentes, ut incredulus coæ/quẽt: & uentilabitur in terra instar palearum, ut à frumẽ to ecclesiæ separẽt, & iudicẽt secundum uias suas. Quod si nec sic senserit peccatũ suũ, sed polluerit nomẽ sanctũ eius, dicẽt omnes in/ter quos habitauerit: Ecce populus dei: ec/ce qui egressus est dẽ terra eius, imò proiectus. Sin aũt egerint pœnitentiã, & sancti/ficatus fuero in me/dio eorum: tunc om/nis gentilium turba cognoscet, quod ego eos tollam de terris in quas dispersi erãt: & reducam in terrã ecclesiæ, & effundam super illos nequaq; aquas baptismi salu/taris, sed aquas doctrinæ & sermonis dei, & mundabo illos ab omnibus inquinamentis suis: & ab uniuersis i/dolis atq; erroribus, quæ in suo corde simulauerant. Et dabo, inquit, eis cor nouum, quod per peccatum perdi/derant, & spiritum rectum innouabo in cordibus eorũ. Et auferam cor lapideum, cor uidelicet incredulum: & dabo cor carneum, molle, & tenerum, quod dei præce/pta suscipiat, ita ut ambulẽt in præceptis meis, & faciãt iudicia quæ prius neglexerant, & habitent in terra quã dederam patribus eorum, magistris uidelicet atque do ctoribus, & rursum sit populus dei, & dominus eis uer/tatur in deum quem prius offenderant. Tunc saluabun tur ab uniuersis inquinamentis suis, & multiplicabitur D
eis frumentum de quo efficitur cœlestis panis, & non patientur ultra famem sermonis dei, & multiplicabitur in eis lignum sapientiæ, & genimina in eorum pectore complebuntur. Nec erunt ultra opprobrium in genti/bus, sed postquàm misertus fuerit eorum deus recorda buntur uiarum suarum pessimarũ: & scient ubi fuerint, & displicebũt sibi in iniquitatibus suis. Quod dicit do/minus, non propter illos, sed propter suam se facere cle mentiam. Vnde & cohortatur errantes, ut cõfundantur & erubescant in uijs suis, & restituantur in urbes eccle/siæ, quæ rursum habitentur ab eis, & omnia quæ in eis corruerant, ædificentur: & ad pristinas redeant ceremo nias, & terra quondã deserta quæ accolis & peregrinis & mundi huius conuersationẽ transeũtibus uisa fuerat desolata, reuertatur in pristinum statum: omnesq; mirẽ tur & dicant: Terra illa inculta, terra deserta, in qua om/nes quondã periere uirtutes: nunc facta est quasi hortus uoluptatis & paradisus dei, & ciuitates quondam deser tæ quæ deum hospitem non habebant, & destitutæ erãt à spiritu sancto, & suffossæ incredulitate, munitæ erũt fi/de Christi: ut sciant omnes in circuitu, quod dominus ædificauerit animas dissipatas, & plantauerit in eis atq; conseuerit cunctarum uirtutum arbores: & ipse rebus præstiterit, quæ sermõe promisit. Rursumq; cohortatur sermo propheticus pœnitentes, ut etiã cum regressi fuẽ/rint in ecclesias, semper requirãt dñm, & inueniant eũ: ut multiplicentur redeuntiũ turbis greges dñi: non iu/mentorum & brutorũ animantiũ, sed greges hominũ, qui fidei ratiõisq; sint pleni, greges sancti, greges urbis Hierusalẽ, in cunctis solennitatibus quas dei clementia receperũt, ut postquàm ciuitates domini huiusce modi gregum multitudo cõpleuerit, tunc sciant omnes quod ipse sit dominus.

Cap. XXXVII.

FActa est super me manus domini, & eduxit me in spi/ritu domini &c.] Famosa est uisio, & omnium eccle/siarum Christi lectione celebrata: ob quam uel maxime causam utranq; æditionem ex integro posui: ne qua no/

A bis ab Hæbræis ca/lumnia fieret, ſi ſal/tē in uerbis aliquid diſcreparent. Solent enim ridere de no/bis & attollere ſuper/ciliū: & inflatis buc/cis, ructare ſciētiam ſcripturarum, ſi non dicam ſenſuum di/ſcrepantiam: quæ ſi fuerit, iure reprehen ditur, ſi uerborum diſſonantiam in no/ſtris codicibus po/tuerint demonſtrare. Qui ergo putant de reſurrectiōe, quæ ab omnibus & Iudæis & Chriſtianis credi/tur, dei eſſe ſermonē, hæc ſolent dicere: Fa ēta eſt ſuper prophe/tam manus domini, hoc eſt, dominus at/que ſaluator, per quē pater cuncta opera/tus eſt: Omnia enim per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil quod factū eſt.

Ioan.1

B Et eduxit me, inquit, in ſpiritu domini, ſu/bauditur manus do/mini. Eduxit autem eum in ſpiritu: non in corpore, ſed extra corpus: Et poſuit il/lum ſiue dimiſit in medio cāpi, qui ple/nus erat humanis oſ/ſibus: nec eū eſt paſ/ſa requieſcere: ſed fe cit oſſa omnia circui/re, quæ non erant o/perta humo, ſed ſu/per campum iacen/tia: nec ſolum mul/ta, ſed multa nimis, & propter temporis uetuſtatem, arida ſic/caq; uehementer, & nihil in ſe humoris habentia. Cumq; in/terrogaſſet eum ſer/mo diuinus, utrū exi ſtimaret hæc oſſa poſ ſe uiuere, reſpondit: Domine deus tu no/ſti, qui plenā habes ſcientiam futurorum Dixitq; ad eum do/minꝰ: Vaticinare de oſſibus, ſiue ſuper oſ/ſa hæc: & dices ad ea: Oſſa arida audite uerbum dñi. In quo mirandum quomo/do ad oſſa arida ſit lo cutus: quæ ante ner/uos, carnes, & cutē, & ſpiritum uiuifican

HEB. Xit me in ſpiritu dñi: & dimiſit me in medio cā/pi, qui erat plenus oſſibus, & circunduxit me per ea in gyrū. Erant aūt multa ualde ſuper faciē cāpi, ſic/caq; uehementer. Et dixit ad me: Fili hominis: putás/ne uiuēt oſſa iſta? Et dixi: Domine deus tu noſti. Et dixit ad me: Vaticinare de oſſibus iſtis, & dices eis: Oſſa aridaaudite uerbum domini, hæc dicit domi/nus deus oſſibus his: Ecce ego intromittā in uos ſpi/ritum, & uiuetis: & dabo ſuper uos neruos, & ſuccre ſcere faciam ſuper uos car/nes, & ſuperextendam in uobis cutem, & dabo uo/bis ſpiritum & uiuetis, & ſcietis quia ego dominus. Et prophetaui ſicut præ/ceperat mihi: factusq; eſt ſonitus prophetante me, & ecce commotio, & acceſ/ſerunt oſſa ad oſſa: unum/quodq; ad iuncturam ſu/am. Et uidi, & ecce ſuper ea nerui & carnes aſcende/runt, & extenta eſt in eis cutis deſuper, & ſpiritum non habebant. Et dixit ad me: Vaticinare ad ſpi/ritum, uaticinare fili ho/minis, & dices ad ſpiri/tum, hæc dicit dominus deus. A quatuor uentis ue ni ſpiritus, & inſuffla ſu/per interfectos iſtos & re/uiuiſcant. Et prophetaui ſicut præceperat mihi, & ingreſſus eſt in ea ſpiri/tus & uixerunt: ſteterūtq; ſuper pedes ſuos exerci/tus grandis nimis ualde. Et dixit ad me: Fili homi/nis, oſſa hæc uniuerſa do/mus Iſrael eſt. Ipſi dicunt: Arue

SEP. xit me in ſpiritu dñi & poſuit me in medio cam pi, & hic erat plenus oſſiū hominū, & circūduxit me ſuper ea p gyrū in circuitu, & ecce multa nimis ſup fa/cē cāpi, & arida uehemen ter, & dixit ad me: Fili ho/minis, ſi uiuēt oſſa hæc? Et dixi: Vnde domine: domi/ne tu noſti hæc. Et dixit ad me: Fili hominis, prophe/ta ſuper oſſa iſta, & dices eis: Oſſa arida, audite uer/bū dñi. Hęc dicit dominus deus oſſibus iſtis: Ecce ego adducā ſuper uos ſpiritū uitę, & dabo ſuper uos ner uos, & inducā ſuper uos carnes, & extendam ſuper uos pellem: & dabo ſpiri/tum meū ſuper uos, & ui/uetis: & cognoſcetis, quo/niam ego ſum dominꝰ. Et prophetaui ſicut præcepit mihi, & facta eſt uox cum ego prophetarē, & ecce cō motio, & accedebant oſſa ad oſſa ad iuncturam ſuā. Et uidi, & ecce ſuper ea ner ui & carnes oriebantur: & aſcendebant ſuper ea pel/les deſuper, & ſpiritus non erat in eis. Et dixit ad me: Propheta fili homis, pro/pheta ſuper ſpiritum, & dic ſpiritui. Hæc dicit do/minus deus. A quatuor ſpiritibus ueni ſpiritus, & inſuffla ſuper mortuos iſtos, & uiuant. Et prophe/taui ſicut præceperat mi/hi, & ingreſſus eſt in eos ſpiritus & uixerunt: & ſte/terunt in pedibus ſuis: cō/gregatio multa uehemen/ter nimis. Et locutꝰ eſt dñs ad me dicens: Fili homi/nis, oſſa hæc omnis do/mus Iſrael eſt. Ipſi dicunt: Arida

C tem, dei poſſent au/dire ſermonem. Pri/mumq; oſſa cum a/liis oſſibus, neruo/rum uinculis colli/gantur, deinde im/plentur carnibus, & deſuper ob pulchri/tudinem extenditur cutis quæ nudarum carnium operiat fœ/ditatem, & tunc ac/cipiunt ſpiritum, qui uiuere ea faciat, & poſtquàm uixerint, tunc cognoſcant q; ipſe ſit dominus. Di/cente itaque prophe/ta quod ei fuerat im/peratum, ſtatim eſt facta commotio, oſſā que in ſuam ſunt ap/plicata compagem: aſtricta neruis, plena carnibus, pelle co/operta: iacebantq; humana corpora ſpi/ritum non habentia. Ideirco propheta ua/cinatur ad ſpiritum, & ait: Hæc dicit do/minus deus: A qua/tuor uentis ueni ſpi/ritus: à quatuor ui/delicet mundi pla/gis, ut quomodo in prima conditione ho minis, inſufflauit de/us in faciem eius, & factus eſt in animam uiuentem: ſic & ſecū/da conditio, id eſt, reſurrectio mortuo/rum, inſufflante ſpi/ritu uiuificetur: Qui ingreſſus eſt huma/na corpora, ſtatimq; uixerunt, ſteteruntq; ſuper pedes ſuos. Vn de & reſurrectio di/citur mortuorum, cō gregatio ſiue eccleſia multa, & ut ī hebræo habetur, grandis ex/ercitus: eóque com/pletur tempore: Emit te ſpiritum tuum & creabuntur: & reno/uabis faciem terræ. Quod autem ſequi/tur. Et dixit ad me: Fili homis, oſſa hæc uniuerſa domꝰ eſt Iſ/rael: uidēt facere quæ ſtionē: eo quod nō de generali reſurrectio/ne, ſed proprie de re/ſurrectione dicat̄ do/mꝰ Iſrael, quæ dicat: Aruerunt oſſa noſtra & periſt ſpes noſtra, & abſciſſi ſumꝰ à ter/ra no

Pſal.103.b

D

A ra noſtra,ſiue omnino deſperauimus:quibus iſta dicẽti bus,tertio Ezechiel prophetare cõpellitur,& dicere oſſibus aridis: Hæc dicit dominus deus:Ecce ego aperiã tumulos ueſtros. In quo quæritur: Si aperit tumulos, quomodo ſupra dixerit: Erant autem multa ualde ſuper faciem cãpi, ſiccáque uehementer. Et, educam, inquit, uos de ſepulchris ueſtris populus meus, ſecũdum illud quod ſcriptum eſt in euangelio: Venit hora, Ioan.5.d quando qui in ſepulchris ſunt audiẽt uocem filij dei, & exibunt qui bona egerunt in reſurrectionem uitæ. Et iterum: Qui audierint,uiuẽt. Et ſi, ſicut nonnulli arbitrantur, de generali reſurrectione dicit ſermo diuinus: quid neceſſe fuit ſpecialiter dici:Et inducam uos in terram Iſrael: cum in omni orbe terrarum reſurgere debeant mortui ex his locis in quibus ſepulti ſunt. Cũ-
B que,ait, eduxero uos de tumulis ueſtris, & dedero ſpiritum meum in uobis & uixeritis, tunc requieſcere uos faciam ſuper humum ueſtrã, ut poſtquam requieueritis in terra Iſrael,tunc cognoſcatis quod ipſe ſim dominus, qui promiſſa opere compleuerim. Qui ergo de generali reſurrectione hæc dicta intelligunt, illud quod uidetur facere quæſtionem: Oſſa hæc uniuerſa domus eſt Iſrael: ad ſanctorum reſurrectionem referunt, de qua & Apoſtolus Ioannes in Apocalypſi loquitur: Beatus & ſanctus qui habet partem Apo.20.b in reſurrectione prima, ſuper eum ſecunda mors non habet poteſtatem,quod uidelicet alia ſanctorũ,alia peccatorum ſit reſurrectio. Vnde & in pſalmo primo dicitur:Non reſurgunt impij in iudicio: neq; peccatores in cõſilio iuſtorum.Terram autem Iſrael quam reſurgentibus dñs pollicetur: illam eſſe cõfirmant, de qua ſcriptũ Mat.5.a eſt:Beati mites:quoniam ipſi poſſidebunt terrã:Et:Pla- Pſal.114.b cebo dño in regione uiuentium. Hæc loquũtur, qui de generali,ut diximus,reſurrectione Ezechielem ſcripſiſſe autumant.Qui aũt taliter interpretantur iſta, nõ debent nobis facere inuidiã, quod iſtum locũ aliter exponentes,reſurrectionem negare uideamur.Scimus enim multo robuſtiora teſtimonia,& in quibus nulla ſit dubi Iob.19.b tatio,in ſcripturis ſanctis reperiri:ut eſt illud Iob:Suſci- Dan.12.a tabis pellẽ meam, quæ iſta ſuſtinet.Et in Daniel: Multi qui dormiunt in terræ puluere,reſurgẽt: iſti in uitã æter- Mat.10.c nã,& iſti in opprobriũ & in cõfuſionem æternam. Et in euãgelio:Nolite timere eos qui corpus interficiunt,animam aũt non poſſunt occidere: timete autem eũ magis qui poteſt & animã, & corpus perdere in gehennam.Et Rom.8.b apoſtolus Paulus: Qui uiuificabit mortalia ueſtra corpora propter inhabitantẽ ſpiritũ eius in uobis,& multa alia. Ex quo perſpicuũ eſt nõ nos reſurrectionẽ negare, ſed hæc nõ ſcripta de reſurrectione cõtendere, & per reſurrectionis parabolã, de reſtitutione Iſrael prophetari: qui eo tẽpore cáptiuus erat in Babylone. Nec ſtatim hæ

HEB. Aruerũt oſſa noſtra, & periit ſpes noſtra,& abſciſſi ſumus.Propterea uaticinare & dices ad eos,hęc dicit dominus deus: Ecce ego aperiam tumulos ueſtros, & educam uos de ſepulchris ueſtris populus meus, & inducam uos in terrã Iſrael, & ſcietis quia ego dominus cum aperuero ſepulchra ueſtra & eduxero uos de tumulis ueſtris populus meus, & dedero ſpiritum meũ in uobis & uixeritis: & requieſcere uos faciam ſuper humum ueſtrã,& ſcietis quia ego dominus locutus ſum & feci, ait dominus deus. Et factũs eſt ſermo domini ad me, dicens: Et tu fili

SEP. Arida facta ſunt oſſa noſtra: periit ſpes noſtra: deſperauimus: propterea uaticinare & dic ad eos, hæc dicit dñs deus:Ecce ego aperiam memorias ueſtras, & reducã uos de ſepulchris ueſtris populus meus, & introducã uos in terrã Iſrael,& cognoſcetis, quoniã ego ſum dñs cũ aperuero ſepulchra ueſtra, ut educã uos de ſepulchris ueſtris populus meus. Et dabo ſpiritum meũ in uobis & uiuetis: & ponã uos ſuper terrã ueſtram, & cognoſcetis qa ego ſum dominus: locutus ſum & faciam, dicit dñs dominus. Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Et tu fili homi

reticis occaſionẽ dabimus,ſi hæc de reſurrectiõe cõmuni intelligi denegemus.Nunq; enim poneretur ſimilitudo reſurrectionis ad reſtitutionem Iſraelitici populi ſignificandam:niſi ſtaret ipſa reſurrectio, & futura crederetur: quia nemo de rebus nõ extantibus incerta cõfirmat: Totaq; noſtra illo tendit aſſertio, qd quõ uidetur incredulũ quod oſſib⁹ aridis & multa uetuſtate cõfectis, futura reſurrectio promittat, & tamen futurũ eſt quod promittitur, ſic & reſtitutio populi Iſrael qui ductꝰ eſt in captiuitatẽ, & in toto orbe diſperſus: uidet qui- C
dẽ incredibilis his q dei nõ norunt potentiam,ſed tamẽ futura eſt: quia ego, inquit dñs, locutꝰ ſum:& faciam ſicut pollicitus ſum.Deniq; & in anteriori prophetia, in qua montibus Iſrael antiquus repromittitur ſtatꝰ: dicit ad eos dñs: Et conuertar ad Supra 36.c uos & arabimini: & accipietis ſementẽ,& multiplicabo in uobis homies: omnẽq; D domum Iſrael: & rurſum, q domus Iſrael habitatura ſit in terra ſua quæ quondã inculta, poſtea futura ſit quaſi hortus uoluptatis,& ciuitates deſertæ & deſtitutæ muniãtur: & multiplicetur in eis domus Iſrael, ſicut grex ouiũ:& cætera quæ ſequũtur ad eundẽ ſenſum pertinere:qui nunc ſub Tropologia & parabola dicitur aridorũ oſſium & penitꝰ nullũ humorẽ uitæ habentiũ:impleto illo quod in euãgelio ſcriptum eſt: Quæ apud ho- Mat.19.d
mines impoſſibilia uidentur, apud deũ poſſibilia ſunt. Electi ſunt autem de ſepulchris ſuis,de ſepulchris captiuitatis:& uinculis quibus ſeruitute Babylonia teneban tur aſtricti. Sed hæc omnia Iudæi uel ſub Zorobabel,ut prius dixi,expleta cõfirmant, quando magna eſt facta cõmotio: & regnum Chaldæorum in Medos Perſasq; translatum: uel in præſentia Chriſti ſui, quem putant eſſe uenturum.Nos autem ſpiritualiter poſt crucem domini ſaluatoris completa memoramus: & quotidie fieri in his, uel maxime qui inſtar Lazari peccatorum ſuorũ Ioan.11.c faſcijs colligati,ad uocem domini ſuſcitãtur:& uere ſunt domus Iſrael, arens quondam & nullam ſpem habens ſalutis:ſed intrante in ſe ſpiritu gratiæ,& porrigente domino manũ,de profundo inferi liberentur: & qui prius dixerant: Domine deus,tu noſti hæc, poſtea audiant liberati: Modicæ fidei quare dubitaſtis? ¶ Et factus Mat.14.d
eſt ſermo domini ad me dicens: Et tu fili hominis ſume tibi lignum unum,& ſcribe ſuper illud &c.] Regũ narrat hiſtoria,ſub Roboam filio Salomonis duodecim tribus fuiſſe diuiſas:& duas, hoc eſt Iudã & Bẽiamin cum leuitis ac ſacerdotibus ſecutas eſſe Roboam: qui regnauit in Hieruſalem,& regnũ eiꝰ appellatũ eſt Iuda. Alias 3.Reg.12.d
uero decẽ tribus quæ dixerũt:Non eſt nobis pars in David, neq; hæreditas in filio Iſai: Hieroboã filio Nabath de tribu Ephraim,qui fuit filius Ioſeph ſubmiſiſſe cerui ces: & ſeruiſſe ei, appellatasq; ex magna parte populi antiquo nomine Iſrael: & multo tempore regnum Iuda

A & Israel aduersum se habuisse certamina, proprijsq; paruisse regib⁹ :primasq; decem tribus captas ab Assyrijs : & post aliquantū temporis eas 4. Reg. 25. d quæ appellabant Iudaà Chaldæis in Babylonem ductas esse captiuas : & tribū Iuda post annos septuaginta, antiquæ terræ redditā : decē aūt tribus quæ uocabātur Israel, usq; hodie in mōtibus urbibusq; Medorū seruire captiuas. Præsens igit̄ prophetia hæc ex ore domini pollicetur, q; utrumq; sibi iungatur imperium, hoc est regnū Iudæ, & regnū Israel : tollaturq; uirga Ephraim, qui de Ioseph stirpe generatus est cū reliquis tribubus, quæ ei sociatæ sunt: & iungatur uirgæ Iuda : ut nequaq; uocet̄ Iuda & Israel, sed uno nomine appellētur Iuda, & sub
B figura prophetæ, qui præcedit in typo dñi saluatoris: nequaquā duabus manib⁹ sed una Christi teneātur manu. Dicit enim se assumere filios Israel de medio nationum, ad quas captiui ducti sunt: & reducturū eos in terrā & in mōtes Israel, de quibus supra legimus: & appellandā unā gētem, uniusq; regis regendā imperio : ut ultra non polluātur in idolis & abominationibus suis: sed cum fuerint de captiuitatis sedibus liberati in quibus peccauerūt, omnibus uitijs esse mundādos & futuros populum dei: ita ut dñs sit deus eorum. Et seruus, inquit, meus Dauid rex super eos. De quo & angelus loquitur in euāgelio, q; regnaturus sit super domū Iacob, & regni eius non sit finis : tantæq; erit clemētiæ, ut non solum rex, sed & pastor appelletur : eo quod superbū nomē imperij, pastoris uo- Luc. 1. c

HEB. hominis, sume tibi lignum unū, & scribe super illud Iudæ & filiorū Israel sociorū eius: & tolle lignū alterū, & scribe super illud Ioseph lignum Ephraim, & omnis domus Israel, sociorūq; eius. Et adiunge illa unū ad alterum tibi in lignum unū: & erūt in unione in manu tua. Cum aūt dixerint ad te filij populi tui, loquentes: Nónne indicas nobis quid in his tibi uelis? Loqueris ad eos: Hæc dicit dñs deus: Ecce ego assumā lignū Ioseph, quod est in manu Ephraim & tribus Israel, quæ iūctæ sunt ei: & dabo eas pariter cum ligno Iuda: & faciam eas lignum unum: & erunt unum in manu eius. Erunt autem ligna super quę scripseris in manu tua in oculis eorum: & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Ecce ego assumā filios Israel de medio nationum, ad quas abierunt: & cōgregabo eos undiq;, & adducam eos ad ḥumū suam : & faciam eos gentem unam in terra in montibus Israel: & rex unus erit omnibus imperans. Et nō erunt ultra duę gentes: nec diuidētur amplius in duo regna : neque polluentur ultra in idolis suis, & in abominationibus, & in cūctis iniquitatibus suis : & saluos eos faciam de uniuersis sedibus suis, in quibus peccauerunt : & mundabo eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis deus. Et seruus meus Dauid rex super eos : & pastor unus erit omnium eorum : in iudicijs

SEP. hominis, assume tibi uirgā unā, & scribe sup eā Iudā & filios Israel qui apposīti sunt ei: & uirgā secūdā assume tibi : & scribes super eā Ioseph, uirgā Ephraim: & omnes filios Israel qui appositi sunt ei: & cōiunges eas inuicē tibi in uirgā unā, ut copules eas: & erūt in manu tua. Et erit quādo dixerint tibi filij Israel loquētes : Nō indicas nobis quid sint ista tibi? Et dices ad eos: hæc dicit dñs dñs: Ecce ego assumam in tribum Ioseph per manū Ephraim tribus Israel, quę adiunctæ sunt ei : & dabo eos omnes super tribū Iuda: & erunt in uirgā unā: & erunt una in manu Iuda. Et erunt uirgæ quas inscripsisti sic in manu tua corā eis, & dices eis : Hæc dicit dominus deus : Ecce ego assumam omnē domū Israel de medio gentium, ad quas ingressi sunt: & cōgregabo eos ex omnibus qui in circuitu eius sunt : & inducam eos in terrā Israel: & dabo eos in gentē unā in terra mea in mōtibus Israel : & princeps unus erit omniū istorum in regē. Et nō erūt ultra in duas gētes nec diuidētur ultra in duo regna: ut nō polluantur ultra in idolis suis, & in offendiculis suis, & in oibus impietatibus suis. Et eruā eos ex omnibus iniquitatibus eorū in quib⁹ peccauerūt: & mūdabo eos: & erūt mihi in populum, & ego ero eis in deū. Et seruus meus Dauid princeps in medio eorum: & pastor unus erit omnium istorum : quia in præ

cabulo mittiget. Qui positq; fuerint in gentē unā, & in terra Israel, ac montibus habitauerint, ambulaturi sint in omnibus iudicijs domini, & præcepta illius custōdituri: habitaturi autem nō in alia terra, sed in ea quam dedit seruo suo Iacob : in qua habitauerunt patres eorum, Abrahā, Isaac, & Iacob, & reliqui sancti : & non solum ipsi habitaturi sint, sed & filij eorum ac nepotes, iuxta illud Vergilianum: Et nati natorum & qui nascentur ab illis: habitentq; nō ad breue tempus, sed in perpetuum. Vultis autem, ait, scire q; sit iste rex & pastor? Ipse est de quo supra dixi, seruus me⁹ Dauid. Qui cum in forma dei esset, non est rapinam arbitratus esse se æqualem deo, sed se exinaniuit formam serui accipiēs : & factus
D est obediens patri usque ad mortem, mortem autē crucis. cūq; sub tali rege fuerint, percutiam illis fœdpacis nequaquàm ut in ueteri testamento certaminum atq; bellorum, sed pactū pacis, quæ exuperat omnē sensum : de qua saluator loquitur ad apostolos : Pacē meā do uobis: pacem meam relinquo uobis. Et propheta dicit: Factus est in pace locus ei⁹. Quos cum in ecclesia fundauerit & stabilierit, ita ut possint dicere: Statuit supra petrā pedes meos : tunc multiplicabuntur uel credentiū numero, uel multiplicatione uirtutū. Et dabo, inquit, sanctificationem meam, siue sanctuarium in medio eorum in perpetuum: quod Iudæi de templo interpretantur, quod sub Zorobabel extructum est. Sed quomō stare poterit hoc quod dicitur in perpetuum: cum

A
C
Philip. 2. d
Ioan. 14. d
Psal. 75. d
Psal. 39. d

A cum templum illud quod à Zorobabel extructum est, & postea à multis instauratū, Romano igne succensum sit: Quæ omnia referenda sunt ad ecclesiam & ad tēpora saluatoris, quādo tabernaculū eius positum est in ecclesia: ubi factus est deus noster, & nos populꝰ eius. Profectusq; omniū est, ut sciāt qđ ipse sit dñs: & ipse sanctificet Israel, nō iuxta carnē, sed iuxta spiritū: qñ sanctificatio eius in medio credentium facta est in perpetuū. Qđ aūt dñs abiecerit tribum Ephraim, & elegerit tribum Iuda: & in psalmis legimꝰ, in quibus scriptum est: Psal.77.g Et repulit tabernaculum Ioseph: & tribū Ephraim non elegit, sed elegit tribum Iuda: de qua scriptum est: Non deficiet princeps ex Iuda, neque Gen.49.b dux de fœmoribus eiꝰ donec ueniat cui repositum est: & ipse erit expectatio gentiū. Vere enim in aduentu dñi saluatoris, duæ uirgæ: & ut in Hebraico positū est: B duo ligna in unū iuncta sunt sceptrum: & in baptismate Christi dudū separata sociantur: ut fiant in unum nouum hominem: & in unam gentem: neq; polluantur ultra in idolis & abominatiōibus: sed mū di lauacro, sint populus dei: & imperet eis Christus: & habitent super terrā mitium, terrā uiuentium, quā dederat seruo suo Iacob: qui populum Israel in matris utero supplantauit. Sin aūt uoluerimꝰ iuxta prophetiam Osee, quæ penè omnis ad decem tribus dirigitur, id est ad Ioseph & Ephraim, & Samariam & Israel, intelligere falsi nominis scientiam & diuersas turbas hæreticorum: hoc dicemus, quod in ultimo tempore quā- Rom.11.d do subintrauerit plenitudo gentium, & omnis Israel saluus fuerit: tunc etiā aduersarij populi, qui contra domū Iudæ & confessionē ecclesiæ pugnauerūt, tradant se ecclesiasticæ fidei: & uniuersis erroribus derelictis, & principibus mundi istius qui destruūtur: & patriarchis suis, qui eos in blasphemiarum barathrū deduxerunt: cōsurgant & relinquāt idola sua, & abominationes suas quas de suo corde cōfinxerant: & de cunctis sedibus suis in quibus peccauerunt, transeant ad ecclesiasticā fidem & mundentur, & sint populus Christi, & ipse sit deus eorum: quæ plenius in Osee propheta dictasse me noui. Quod si Iudæi & Christiani Iudaizantes, hæc ad mille annorum uoluerint referre regnum: necessitate cogunt̄, ut suscipiant omnes qui salui fuerint habitaturos in terra Israel, ædificandā Hierusalem, extruendum templum, cunctas legis cerimonias exercendas, obseruandū sabbatū: accipiendā circūcisionis iniuriā: manducādū & bibendū: & diuitiarū abundantiā pro summa beatitudine & cūctis opibus existimandā: cū Apostolus dicat: Esca uētri, & uenter escis: deus aūt & hūc & illas de- 1.Cor.6.c struet. Quomō aūt in typo resurrectiōis superior sermo ꝓphet̄icus, restitutionem Iudaici populi demonstrauit, nō carnalem, sed spiritualē: sic & ista ꝓphetia nequaq; ad carnis sed ad animæ pertinet felicitatē: & ad Christi fidē, qua mūdamur in baptismate: cuiꝰ regnū in perpetuū est: ut nō expectemus uentura quæ trāsacta sunt, & quotidie trāsigi nouimꝰ. Ca. XXXVIII

HEB. iudicijs meis ambulabunt, & mādata mea custodiēt, & facient ea. Et habitabūt super terrā quā dedi seruo meo Iacob: in qua habitauerūt patres uestri: & habitabunt super eam ipsi & filij eorū, & filij filiorum eorum usq; in sempiternum: & Dauid seruus meus, princeps eorū in perpetuū. Et percutiā illis fœdus pacis: pactū sempiternū erit eis: & fundabo eos, & multiplicabo eos: & dabo sanctificationē meā in medio eorū in perpetuū. Et erit tabernaculū meum in eis: & ero eis deus, & ipsi erūt mihi populus. Et sciēt gentes, quia ego dñs sanctificator Israel: cum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

SEP. præceptis meis ambulabunt & iudicia mea custodient & faciēt ea. Et habitabunt in terra sua quā dedi seruo meo Iacob: ubi habitauerunt patres eorū: & habitabunt in ea ipsi & filij eorū, & filij filiorū eorū usq; in sempiternū. Et Dauid seruus meus, princeps eorū erit in perpetuū. Et disponā eis testamentū pacis: testamentum sempiternū erit cum eis. Et dabo eos: & multiplicabo eos: & ponam sancta mea in medio eorum in perpetuum, & erit tabernaculū meū in eis: & ero eis deus & ipsi erūt mihi populus. Et sciēt gentes quia ego sum dominus qui sanctifico eos: cum fuerint sancta mea in medio eorū in perpetuū.

Cap. XXXVIII

ET factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis, pone faciem tuam contra Gog, terram Magog, principem capitis (siue ros) Mosoch & Thubal: & uaticinare de eo. Et dices ad eū: Hæc dicit dñs deus: Ecce ego ad te Gog principem capitis (siue ros) Mosoch, & Thubal: & circumagā te & ponā frenū in maxillis tuis: & educā (siue congregabo) te & omnē exercitum tuum, equos

D Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini contemplantes, in eandem imaginem reformamur, à gloria in gloriam quasi à domini spiritu. Igitur Iudæi & nostri Iudaizantes putant Gog gentes esse Scyticas, immanes, & innumerabiles, quæ trans Caucasum montē, & Mæotidem paludem, & prope Caspium mare ad Indiam usq; tendantur: & has post mille annorum regnū esse à diabolo commouendas: quæ ueniant in terram Israel, ut pugnent cōtra sanctos multis secū gentibus cōgregatis. Primū, Mosoch, quos Iosephus interpretatur, Cappadocas: deinde Thubal, quos idē Iberos uel Hispanos, Hebræi Italos suspicantur: habentes secū in exercitu Persas, Aethiopas, & Libyas: Gomer quoq; & Thogorma, quos Galatas & Phrygas interpretant̄: Sabæos quoq; & Dedan & Carthaginenses siue Tharsis: & hoc est quod Ioannes quoq; in sua ponit Apocalypsi. Et cū Apo.20.c finiti fuerint mille anni, soluet̄ satanas de custodia sua & egredietur ut seducat gentes in quatuor angulis terræ Gog & Magog: ut congreget eos ad bellum quorum numerus

C plum, cunctas legis cerimonias exercendas, obseruandū sabbatū: accipiendā circūcisionis iniuriā: manducādū & bibendū: & diuitiarū abundantiā pro summa beatitudine & cūctis opibus existimandā: cū Apostolus dicat: Esca uētri, & uenter escis: deus aūt & hūc & illas destruet. Quomō aūt in typo resurrectiōis superior sermo ꝓphet̄icus, restitutionem Iudaici populi demonstrauit, nō carnalem, sed spiritualē: sic & ista ꝓphetia nequaq; ad carnis sed ad animæ pertinet felicitatē: & ad Christi fidē, qua mūdamur in baptismate: cuiꝰ regnū in perpetuū est: ut nō expectemus uentura quæ trāsacta sunt, & quotidie trāsigi nouimꝰ. Ca. XXXVIII

ET factꝰ est &c.] Primū historiæ fundamēta iaciēda sunt: sciendūq; ꝙ ad Ezechielē prophetā iste extremus sermo dñi. Neq; enim post hūc simile quid possumꝰ inuenire: præterillud qđ in uicesimoquinto anno scriptum est D trāsmigratiōis Iechoniæ: Facta est sup me manus dñi, & adduxit me illuc: hoc est, in terrā Israel, quādo ædificatio templi describit̄, & ceremoniarū eius ordo narrat̄. Deinde obseruandū est, ꝙ ponitur siue obfirmat̄ facies prophetæ contra Gog terrā, siue terram Magog. Obfirmatione enim & multa considerationeuultus opꝰ est: ut quæ dicūtur, nosse possimus: secundū illud apostolicum: 1.Cor.3.d

A numerus est sicut are/ na maris. Et ascende/ runt super latitudinē terræ, & circundede/ runt castra sanctorū, & ciuitatem dilectā. Et descendit ignis à deo de cœlo & deuo/ rauit eos: & diabolus q seducebat eos, mis/ sus est in stagnum i/ gnis & sulphuris, ubi erat bestia & pseudo/ propheta: & crucia/ buntur diebus & no/ ctibus in secula secu/ lorum: nō intelligen/ tes totū uolumē Ioā/ nis, quod reuelatiōis titulo prænotatur es/ se mysticū: & reuela/ tiōe nos indigere, ut possimus cū prophe/ ta dicere: Reuela ocu
Psal.118.c los meos: & conside/ rabo mirabilia de le/ ge tua. Alij uero terre nū sensum relinquē/ tes, & Iudaicas atque
1.Tim.4.b aniles fabulas quæ noxiæ sunt, & acquie scētes sibi detrahunt in profundū, nimiū
B ad alta cōscendunt: & multo peiores fin/ gūt nænias: ut in cœ/ lesti Hierusalē, diabo li & omnis exercitus eius bella describāt: & sub τοπολογίαις gen/ tium singularum in/ terpretantur spiritua lia nequitiæ in cœle/ stibus. Quæ nos om/ nia lectoris arbitrio cōcedentes: nō tā alie na damnare q̄ eccle/ siasticam explanatio nē affirmare conabi/ mur. Gog Græco ser/ mone Νόμα, Latino te ctum dicitur. Porrò Magog interpretat, de tecto. Omnis igit superbia & falsi no/ minis scientia, quæ eri git se cōtra noticiam ueritatis, his nomini bus demonstrat. Ista sunt tecta de quibus & Esaias loquitur in uisione cōtra uallem
Esa.22.a Siō: Quid tibi factū est nūc, quoniā ascē/ disti omnes in tecta uana? Tectūq̄ inter/ pretabimur hæretico rū principes: & de te/ cto, eos qui illorū su/ scepere doctrinas. Et pulchre post multas & mysticas in hoc uo

equos & equites uestitos loricis uniuersos, multitudinē magnā hastā & clypeum arripientiū, & gladiū (siue pel tas) & galeas & gladios: Persæ, Aethiopes, & Libyes, cū eis omnes scutati & galeati: Gomer, & uniuersa agmina eius: domus Thogorma, latera Aquilonis (siue ab extre mis Aquilonis): & totum robur eius: populiq̄ (siue gen tes) multæ tecū. Præpara & instrue te & omnē multitudi nem tuā quæ coaceruata est ad te: & esto eis in præce/ ptum (siue & eris mihi in custodiā). Post dies multos ui sitaberis: in nouissimis annorū uenies ad terram quæ re uersa (siue peruersa) est à gladio: & cōgregata est de po/ pulis multis ad montem (siue terram) Israel, qui fuerunt deserti iugiter: hæc de populis educta est: & habitabunt confidenter uniuersi. Ascendens autem quasi tempe/ stas uenies, & quasi nubes ut operieas terram tu & om/ nia agmina tua, & populi (siue gentes) multi tecū. Hæc dicit dominus deus: In die illa ascendent sermones su/ per cor tuū: & cogitabis cogitationē pessimam, & dices: Ascendam ad terram (siue super terram) absq̄ muro (si ue abiectam): ueniam ad quiescentes habitantesq̄ se/ cure (siue in pace): omnes habitant siue muro, uectes & portæ non sunt eis: ut diripias spolia & inuadas præ/ dam: ut inferas manum tuam super eos qui deserti fue/ rant & postea restituti: & super populum qui est con/ gregatus ex gētibus, qui possidere cœpit & esse habita tor umbilici terræ. Saba & Dedā & negociatores Thar sis (siue Carthaginēses) & omnes leones (siue uillæ) eius dicent tibi: Nunquid ad sumenda spolia tu uenis? Ecce ad diripiendā prædā congregasti multitudinē tuam: ut tollas argentum & aurum: & auferas supellectilē atq̄ substantiā: & diripias manubias infinitas. Propterea ua ticinare fili hominis: & dices ad Gog: Hæc dicit domi/ nus deus: Nunquid non in die illo cum habitauerit po/ pulus meus Israel confidenter (siue in pace) scies: (siue consurges)? Et uenies de loco tuo à lateribus (siue à no/ uissimis) Aquilonis, tu & populi multi tecum: ascenso/ res equorum uniuersi: cœtus magnus & exercitus uehe mens. Et ascendes super populum meum Israel quasi nubes ut operias terram. In nouissimis diebus eris (siue erit): & adducam te super terrā meam: ut sciant omnes gētes me, cum sanctificatus fuero in te in oculis eorum ò Gog. Hæc dicit dominus deus: Tu ergo ille es de quo locutus sum in diebus antiquis in manu seruorum meo rum prophetarum Israel: qui prophetauerūt in diebus illis atq̄ temporibus (siue annis): ut adducerē te super eos? Et erit in die illa, in die aduentus Gog super terrā Israel, ait dominus deus: ascendet indignatio mea in furore meo. Et in zelo meo, in igne iræ meæ locu/ tus sum: quia in die illa erit commotio magna super terram Israel: & commouebuntur à facie mea pisces maris

lumine, pphetias, ex/ C
tremum uaticiniū est cōtra Gog & Magog. Si em̄ tempus iudicij est, iuxta Petrū, ut in/ cipiat à domo dei: & 1.Pet.4.d
iuxta hūc eundē Eze Supra 9.c
chielē, q̄ ait: Et à san/ ctis meis incipite: & nouissimus inimicus destruet mors. In E/ Esa.2.d
saia quoq̄ primo ser/ mo fit contra Iudæā, in qua confessio dñi est: & extremus cōtra q̄drupedes, quæ in deserto sunt: recte & hic nouissimo sermo fit cōtra Gog & Ma/ Psal.45.d
gog, qui oppugnāt ci uitatē dei, quā flumi/ nis impetus lætificat Et quæ in Esaia dicit: Ego ciuitas firma, quæ oppugnatur. Et Esa.27.a
de qua in euangelio scriptū est: Nō potest Mat.5.b
ciuitas abscōdi super montē posita. Et ple/ nius in psalmo: Hieru/ salē quæ ædificat ut Psal.121.d
ciuitas, cuius partici/ patio eius in idipsum. Mōtes in circuitu e/ D
ius, & dñs in circuitu populi sui. Porrò q̄d in exercitu Gog, siue Magog, q̄ iuxta Lxx. Symmachū, & Theo dotionē, princeps est Ros, Mosoc, & Thu/ bal: primam gentem Ros, Aquila intrepre tatur caput: quem & nos sequuti sumus: ut sit sensus: Principē ca/ pitis Mosoch, & Thu bal. Et reuera, nec in genesi, nec in alio scri pturæ loco, nec in Io sepho quidem qui o/ mnia Hebraicarum gentium in primo an tiquitatum libro ex/ ponit nomina: hanc gentē potuimus inue nire. Ex quo manife/ stum est, Ros non gē/ tē significare, sed ca/ put. Illud quoq̄ bre/ uiter annotandū, q̄ in Ezechiel Gog, prin ceps terræ Magog es Apo.20.c
se dicatur. Apocaly/ psis uero & Gog & Magog nationes esse cōmemoret, quæ e/ grediunt de quatuor angulis terræ. Et quo Gen.32.f
modo à Iacob q̄ po/ Ibid.10
stea appellatus est Is/ rael, omnis populus

Hebræo

A Hebræorum Iſrael ſortitus eſt nomẽ: & ab Arã Syria, à Meſraim Aegyptus, quorũ in geneſi ſcripta ſunt nomina: ſic & à principe Gog, omnes qui ei ſubditi ſunt, Magog appellant. Moſoch aũt interpretatur amẽtia: & Thubal, tota uel omnia. Princeps igitur & caput ſuperbiẽtis amentiæ, & omniũ malorũ: iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Mundus in maligno poſitus eſt: Gog & Magog appellãtur. Quæ gẽtes, inimicæ aduerſariæq; ſãctorũ, egrediũtur ab angulis terræ, rectã lineã relinquentes: & diſpoſitionẽ caſtrorũ dei, quæ narratur in Numeris: & illud teſtimoniũ neſciẽtes: Multi de Oriente, & Occidẽte, & Septentrione, & Meridie uenient & diſcũbent cũ Abrahã, Iſaac & Iacob in regno dei. Et in alio: Dicã Aquiloni: affer: & Aphrico, noli phibere. Adhuc filios meos de terra longinqua: & filias meas ab extremo terræ: omnes qui uocati ſunt nomine meo. Sed non tales anguli terræ, de quibus egrediunt Gog & Magog: iuxta quos angulos ſtat meretrix in Prouerbijs, quæ prætereũtes ſtultos iuuenes per plateas: p latã uidelicet & ſpacioſam uiã quæ ducit ad mortẽ, decipere feſtinat. Scribæ quoq; & phariſæi orant in angulis platearũ, ut ab hominib⁹ uideãtur: qui receperunt mercedẽ ſuã. Quæ eſt igitur cõtra Gog cõminatio? Circumagã te ſiue cõuertã, & ponã frenum in maxillis tuis. Primũ, à ſententia tua fluctuare te faciã atq; cõuerti: Et ponã frenũ in maxillis tuis: de quo ſcriptũ eſt: In chamo & freno maxillas eorũ conſtringe, qui non approximãt ad te: ut indomit⁹ equus atq; laſciuiẽs & corruens per præcipitia, freno dñi ſubiugetur: ad quẽ propheta dicit: Aſcende ſuper equos tuos: & equitatio tua ſalus. Et ad Iob per nubẽ & turbinem dicitur: Tu circũdediſti equo fortitudinẽ? Tales erant equi & equites, quorũ multitudinẽ Ioãnes uidit in cœlo. Dicit ergo ad Gog: Educã, ſiue cõgregabo te, & omnẽ exercitũ, uel fortitudinem tuã. Qui educitur, & de diſperſione cõgregatur, retrahit ad ſalutẽ: iuxta illud quod in lege promittitur: Si fuerit diſperſio tua à ſummitate cœli uſq; ad ſummitatẽ eius, inde cõgregabo te. Equos quoq; ei⁹ & equites ueſtitos loricis, qui imitantur armaturã Apoſtoli, & loricas iuſticiæ habere ſe iactant, multitudo nimia eſt: omnes q; arripiunt cõtra eccleſiã clypeum & gladium, & ſunt gentes ſæuiſſimæ & inimicæ Iſrael, Perſæ, Aethiopes, & Libyes: quorum aduerſum populũ dei in ſcripturis ſanctis bella narrãtur. Gomer quoq; & domus Thogorma, qui uenitunt de lateribus Aquilonis, qui eſt uentus frigidiſſimus, & nomine dexter uocatur, totumq; robur Magog & omnes qui ſubiecti ſunt ei populi, ueniẽt cum illo ad prælium. Cui dicitur per Ironiam: præpara te & inſtrue, & omnẽ multitudinem tuam quæ tuis paret imperijs coacerua ad te: & ſcito quod poſt dies multos uiſitaberis: iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Viſitabo in uiga iniquitates eorum: & in uerberibus peccata eorũ. In nouiſſimo, inquit annorum uenies. Vnde & Ioannes loquitur: Filioli mei nouiſſima hora eſt. Et populꝰ gentiũ hora undecima ad operandã cõducitur uineã: ad quorum terrã, id eſt, terrã mitiũ, terramq; ſanctorũ, quæ affert cẽtenos & ſexagenos & tricenos fructus, uenit Gog expugnãdam: quæ reuerſa eſt ſiue auerſa à gladio. Scit enim ſcriptũ: Diſſipa dñe gentes quæ bella uolunt. Et in pace cõſiſtit, & cõgregata eſt de populis & gẽtibus multis: ut nationum errore contẽpto, ueniret ad mõtes Iſrael, patriarchas uidelicet & prophetas, qui fuerunt quondam deſerti iugiter ſine lege & præceptis dei: cui poſtea dicit: Plures filij deſertæ magis q; eius quæ habet uirũ. Iſta ſunt deſerta & inaquoſa, in quibus diabolus locũ in uenire nõ poterat: quia uocati fuerãt ad ſalutẽ: & poſtea aſſumptis alijs ſeptẽ dæmonib⁹ nequioribꝰ ſe, reuerſus eſt in domũ ſuã, ad gentem uidelicet Iſrael. Hæc, inquit, de populis educta eſt, ſubauditur terra: ſiue hic de gentibus eductus eſt, ut intelligatur credentiũ populus, qui habitauit in pace, & cõfidit in domino. Aſcendens autẽ Gog cum omni exercitu ſuo, quaſi tempeſtas ueniet & quaſi nubes, ut operiat terrã credẽtium. Quis enim hæreticorum, quorum princeps diabolus eſt, nõ quaſi tẽpeſtas uenit contra eccleſiã: & nube uerborũ ſuorũ ſimplices quoſq; credẽtium opprimere & operire feſtinat? Vnde dicitur ad eum: Quantũ in te eſt, cuncta operies tu & omnia agmina tua: & populi multi tecũ. Pulchreq; aſcendens Gog non habet pluuiã uoluntariã, nõ imbrẽ temporaneũ, & ſerotinum, qui arentia arua lætificat, ſed tempeſtatẽ & caliginẽ: ut cuncta tenebris & errore confundat. Propterea hæc ei loquitur dñs deus: In illo tempore, hoc eſt, in diebus nouiſſimis: aſcendent ſermones ſuper cor tuum, & cogitabis cogitationem peſſimã: ſcriptura dicente: Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcendere uoluerit ſuper te, locũ tuum ne derelinquas. Econtrario autem in ſancti cor aſcendit deus: de quo ſcriptum eſt: Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. Dicitq; Gog: Aſcendã ad terram abſq; muro ſiue proiectã: hoc eſt, quæ dei auxilio deſtituta eſt: nec dialecticorũ argumentatiõe munita: ueniã ad quieſcentes habitãtesq; ſecure, ſiue in pace. Rex enim noſter pacificus eſt, & in pace locꝰ eius. Omnes, inq;t, habitãt ſine muro, uectes & portæ nõ ſunt eis. Hoc diabolꝰ princeps hæreticorũ loquit, quod nulla habeat munimẽta eccleſia: nec ſapientiã ſecularẽ, quæ apud deũ ſtultitia eſt: ut diripiat ſpolia, & inuadat prædam eccleſiæ, & inferat manum ſuam ſuper eos qui deſerti fuerant, quando dei noticiam non habebant: & poſtea reſtituti per Chriſtum, ueniãt ad patrem: cui loquitur in euangelio: Pater, reuelaui nomen tuum hominibus. Et ut ſciamus populũ qui deſertus fuerat & poſtea reſtitutus, ſignificare populum Chriſtianũ: ſequitur. Et ſuper populũ qui eſt congregatus ex gentibus. Qui populus poſſidere cœpit hæreditatẽ Chriſti, & eſſe habitator umbilici terræ: de qua ſcriptũ eſt: Operatus eſt ſalutem in medio terræ. Veritas enim de terra orta eſt: quæ dicit in euangelio: Ego ſum uia & uita & ueritas. Hæc illo cogitante atq; dicente & poſſeſſionem eccleſiæ rapere feſtinante: gentes quæ ab errore priſtino conuerſæ fuerant ad ſalutem: Saba & Dedan & negociatores Tharſis, Carthaginis ſiue maris qui inter ſeculi huius fluctus bonis operibus quærunt mercimonia: & omnes uillæ earum ſiue leones, aut catuli leonum, ut in Hebraico cõtinetur, loquentur ei quæ ſequuntur. Vt aũt pro catulis leonũ qui Hebraice dicuntur כְּפִיר Lxx. & Theodotio ponerẽt uillas: error perſpicuus eſt. Si enim per chi literam ſcribas, appellatur catulus leonis: ſin aũt per ce quæ Hebraice dicitur coph, ager appellatur & uilla. Vnde & Capharnaũ ager pulcherrimus dicitur. Dicent ergo Saba & Dedã & negociatores Tharſis & omnes ſancti, qui leonũ catuli nuncupãtur: uel certe uillæ habitationesq; credentiũ: ò Gog nũquid idcirco uenis ut ſpolia rapias eccleſiæ: & ideo multitudinem congregaſti ut Chriſti poſſeſſio tua fiat hæreditas? Aut putas te argentũ & aurũ quod in eloquio ſenſuq; intelligitur, eccleſiæ poſſeſſurũ, ut auferas ſupellectilẽ omnemq; ſubſtantiã, & diripias manubias infinitas, Chriſti uictorijs cõgregatas? Propterea ò propheta Ezechiel, qui in typo Chriſti appellaris filius hominis, loquere ad Gog & dic ei: Hæc dicit dominꝰ deus: quãdo totius mũdi errore ſublato, populus meus Iſrael qui mẽte cernit deũ, habitauerit in eccleſia cõfidenter ſiue in pace: tũc ſcies ſiue cõſurges & uenies de loco tuo. Qui ſit autem locus hæreticæ prauitatis, ſequens ſermo demõſtrat: A lateribus Aquilonis qui omnem calorem credentium refrigerare conatur. Venientq; cum eo populi multi, omnes aſcenſores equorũ: de quibus ſcriptum eſt: Equum & aſcenſorem proiecit in mare: cœtus magnus, & exercitus uehemens, cum quibus aſcendes, ait ſuper populum meũ Iſrael quaſi nubes & caligo, ut operias terrã meã: de qua ſupra dictũ eſt: In nouiſſimis diebus eris, quãdo euãgelica prædicatio, & adducã te ſuper terrã meã. Oportet eñ & hæreſes eſſe, ut probati quiq; manifeſti fiãt: & dei uolũtate ἀγωνιτὴς diabolus & omnia peruerſitatis dogmata derelicta ſunt: ut ſciant omnes gentes & intelligant

Forſan legendum eſt. Si enim כ פִּיר *per literam in prima & ר in ultima ſyllaba ſcribas appellatur catulus leonis. Sin autem ſine* כְּפָר, *ager appellatur & uilla.*

meicum

A me cum sanctificatus fuero in te in oculis eorum ò Gog. hoc est, cum pœnis tuis me intellexerint iudicē. Et facit apostropham ad ipsum Gog. Nónne tu ille es de quo loquutus sum in diebus antiquis, in manibus seruorum meorum prophetarū Israel, Moysi uidelicet qui ait Num.24.b in Numerorū libro duntaxat iuxta Lxx. Egredietur homo de semine eius: & dominabitur gentiū pluriarū: & eleuabitur Gog regnum eius: & crescet regnum illi⁹. Cæterum iuxta Hebraicū ita scriptū reperi: Tollet propter Agag rex eius, & auferetur regnū illi⁹: eo quod regnum Israel in Saule propter Agag regē Amalech destructū sit. Et in alio loco: Mūdabit terram populi sui. Ioel quoque in ualle Iosaphat, hoc est, iudicij dei, describit populos cōgregandos. Et Esaias omnesq; prophetæ, in quorū manibus & bonis operibus sermo fit domini. Cū igitur ueneris super terrā Israel, ascendet indignatio mea in furore meo contra te & in zelo meo pro populo meo. In igne iræ meæ loquutus sum: qui omnia uitiorū tuorū ligna consumat. Illo, inquit, tēpore erit magna cōmotio super terrā Israel. Immittente enim diabolo, crebra cōtra ecclesiā persecutio fiet: quæ quādo sopita fuerit, & dei uicta præsidio, tunc cōmouebūtur à facie eius pisces maris: & uolucres cœli, & bestiæ agri & omne reptile quod mouetur super terram, cūctiq; homines qui sunt super faciē terræ. Quod manifeste de habitatorib⁹ ecclesiæ demōstratur: quorū alij ut pisces maris, alij ut uolucres cœli, alij ut bestiæ agri, & omnia reptilia quæ mouentur super terrā: alij ut retinentes hominis dignitatē, habitant super faciē terræ. Quod aūt morū diuersitas, uarijs signetur nominibus: & Apostolus scribit ad 1.Cor.15.e Corinthios: qui alia corpora post resurrectionē dicit esse cœlestia, alia terrena: & aliud corpus piscis, aliud uolucris, aliud bestiarū, aliud reptiliū, & aliud hominum qui nomen pristinum seruauerūt. In actibus quoq; apo Act.10.b stolorum linteū illud quod quatuor principijs tertio Petro apostolo demonstratur, uarietatē credentiū significat: quæ in arca quoq; diluuij continetur. Tunc aūt à facie domini & à conspectu maiestatis eius subuertentur montes, qui se eleuabant cōtra scientiā dei: & cadent sepes siue ualles, quæ uel humilitate sensus ad ima demersæ sunt: uel certe munitiones quæ aliquid pollicētur, ut imitentur ecclesiā dei: de cuius sepibus dicitur: Qui de- Eccl.10.b struit sepē, mordebit eum coluber. Et omnes muri in terrā corruent. Cum enim ecclesiastici sermonis apparuerit fortitudo, omnia hæreticorum corruent munimēta. Et uocabo, inquit, eum aduersum illum, hoc est, hæreticorum principē Gog, in cunctis montibus eius gladiū: ut principes exercitus eius gladio domini cōficiantur. Tūc hæresis dimicabit aduersum hæresim: quorū inter se cōpugnatio, nostra uictoria est. Et iudicabo, inquit, eū morte uel peste, & sanguine & imbre uehementi: & lapidibus immensis siue grādinis. Iudicatur autē Gog morte sua: & sanguine quē effudit & imbre uehemēti: sermonibus eruditi & perfecti uiri: & lapidibus immensis, qui C eum obruant testimonijs scripturarū: siue grādinis, qui calorem illius faciant refrigescere. Omnes enim adulte- Osee 7.d rātes quasi clibanus corda eorū. Ignē, inquit, & sulphur pluā super eū: per quæ demōstratur pœna iudicij sempiterni. Et nō solum super eū qui autor peruersitatis fuit, sed & super omnē exercitū & multitudinē eius, & sup populos multos qui sunt cum eo. Plures enim habent hæretici socios, imò diabol⁹ princeps eorum infinita multitudine circūdatur. Omniq; errore sublato, & punitis atq; destructis hæreticorū principibus, magnificatur dñs & sanctificatur in credētibus, & notus fit in oculis gentiū multarū, quæ illi⁹ fidei crediderūt: & tā ex beatitudine sui, q̄ ex aduersariorū pœnis scient atq; cognoscēt quod ipse sit dñs. Hæc ut potuimus interpretati sumus, obedientes illi præcepto: Neque ad dexterā, neq; ad sinistram declinabis, sed uia regia ingredieris. Si quis autē nostra reprehēdit, aut meliora proferat quæ sequamur, aut si nihil uoluerit dicere, perfectā deo scientiā derelinquat: dū tamen sciat nequaq; in nobis uires, sed animū iudicandum. D

maris, & uolucres cœli, & bestiæ agri (siue cāpi): & omne reptile quod mouet super humū: cunctiq; homines qui sunt super faciē terræ: & subuertentur (siue scindent) mōtes: & cadent maceriæ (siue ualles): & omnis murus in terrā corruet. Et cōuocabo aduersum eum in cunctis montibus meis gladium (siue omnē formidinē gladij): dicit domin⁹ deus. Gladius uniuscuiusq; (siue hominis) in fratrē suū dirigetur. Et iudicabo eum peste (siue morte) & sanguine & imbre uehementi: & lapidibus immensis (siue grandinis). Ignē & sulphur pluā super eū & super exercitum eius (siue super omnes qui cū eo sunt): & super populos multos qui sunt cum eo. Et magnificabor & sanctificabor, & notus ero in conspectu gentium multarum: & scient quia ego sum dominus.

Cap. XXXIX.

TV aūtem fili hominis uaticinare aduersum Gog, & dices: Hæc dicit dñs de⁹: Ecce ego super te Gog principē capitis (siue Ros) Mosoch & Thubal: & circūagam (siue congregabo) te: & reducam (siue deducam) te: &

B

Cap. XXXIX.

TV aūtem fili hominis uaticinare &c.] Et hæc Iudaicæ traditiōis hæredes & discipuli interminabiliū fabularum, post mille annorū regnū futura cōtendunt: interficiendumq; Gog principē Ros, Mosoch & Thubal in finibus Israel: & ab omnibus uolatilibus & bestijs deuorandū: & habitatores urbium Israel septē annis lignorū usum nequaq; habituros de succisiōe syluarum, sed de armis Gog, scutis uidelicet & hastis sagittisq; & baculis siue cōtis: ipsum aūt Gog sepeliendum in ualle quæ Hebraice dicitur גיא & nomen sepulchri illius appellandum polyandrion, ubi scilicet multitudo hominū sit sepulta. Septē aūt mensibus eum sepeliendū à domo Israel ut terra mundetur: & inclytā futurā diem quādo interfectus sit Gog, cōstituendosq; qui ossa diligenter inquirant & sepeliant, quo scilicet nihil in terra remaneat insepultū. Post mēses aūt siue in mensibus septem peragrādam terrā: & sicubi os hominis iacere perspexerint, titulo propè posito demonstrandū, ut postea sepeliant illud qui huic operi præpositi sunt: nomē autem ciuitatis appellari Amona, quæ Græce dicitur πολυάνδριον, hoc est, multitudo hominum sepultorum: & sic terram esse mūdam. Hoc illi dixerint: Nos aūt cœptæ explanatiōis sensum tenentes, singula quæ proposuim⁹ disseramus. Habet Gog & ipse trinitatem suā: Ros, Mosoch & Thubal, caput uidelicet & insaniā, & uniuersa: ut nullum sit uitiū quod non in Gog possessione cōsistat. Iste educetur siue circūagetur: & palpabitur, siue lactabitur: ut sperans uictoriā, occidendus ducatur ad prælium. Et ascendet de lateribus, siue de nouissimis Aquilonis: ex quo exardescunt mala super omnem terrā. Et ab eo ipso adducetur super montes Israel: quos apostolos & apostolicos uiros atq; ecclesiasticos intelligere debemus: ut postq; adductus

A ctus fuerit ad montes Israel, tunc percutiatur arcus qui est in manu sinistra eius, & sagittæ quæ manu tenentur dextera. Et ipse enim imitatur ad interficiēdos eos quos decepit, habere arma à sinistris & dextris, per bonam & malam famā. Istæ sagittæ sunt & hæc iacula, de quibus & psalmista loquitur:

psal.10.a Ecce eñ peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde. Quæ ignita diaboli iacula, scuto fidei restinguenda sunt. Deiscietur autē siue cadet Gog, qui ascenderat super mōtes Israel, in ipsis mōtibus cū oñi exercitu suo cūctisq; agminibus, & erit in escam feris, auibus omnibusq; uolatilibus & bestijs terræ, aduersarijs uidelicet potestatibus, quæ iuxta uiā comedere semētem, & sanguinarijs bestijs. Quomodo eñ scriptum est de dracone: Dedisti eū escā populis Aethiopum: sic decepti quiq; ab hæreticis, dæmonū cibi sunt. Cadet autē Gog uel in campi la-

B titudine, uel in agri, qui cultus est à dei agricolis. Neq; eñ fieri potest ut dñi uerba sint irrita. Tūc mittet ignis in Magog, in eos uidelicet qui Gog suscepere doctrinam, & in eos qui ad similitudinem insularum seculi fluctibus uerberantur, & putāt se esse debere securos: ille ignis de quo

Luc.12.f dñs loquitur: Ignem ueni mittere sup terram, & q̄d uolo ut ardeat, ut sciant omnes & intelligant q̄d ego sim dñs, & nomē sanctum meū notū fiat in medio populi mei, qui nequaq; Gog auctoritate seductus est, neq; ultra per occasionē falsi nominis sciētiæ polluat nomen meum in hæreticis, & sciant gentes quæ in circuitu

Abac.2.a sunt, q̄ ego sim dominus. Quod autem sequitur: Ecce uenit, & factum est, de iudicio Christi dicitur: Qui ueniens ueniet & non tardabit. Et ipsa est dies pœnarum atque uindictæ, de qua per oēs prophetas locutus est dñs. Et egredientur habitatores urbiū Israel, credentiū populi, urbes aūt Israel, intelligim⁹ ecclesias rectæ fidei. Et succendent & cōburent arma: de quibus & in alio loco scriptum est:

psal.45.b Arcum conteret & cōfringet arma, & scuta cōburet igni, clypeos & hastas, arcum & sagittas, baculos manus, in quibus peruersum pascha celebrabant, lanceas siue contos, quibus lata & insanabilia inferebant C uulnera doctrinarū, clypeosq;, arcus & sagittas, de quibus supra dictum est. Quodq; sequitur: Et succēdent ea igni septē annis, de Exodo & Leuitico exponēdum est, Exod.21.& Leui.25.b in quibus lege præcipitur, ut septimo anno remissionis q̄n seruis Hebræis libertas redditur, & debita cuncta soluūtur, & ad dños reditanti qua possessio, & q̄es terræ tribuitur, & oēs fruges pauperib⁹ cōdonantur, quo scilicet in septē annis numero sacrato atq; perfecto hæreticorū armatura dispereat, & ecclesiastici uiri neq; ligna succidāt de campis & regionibus syluisq; & saltibus gentiū, quos magis saluare cupiūt q̄s perdere, sed de hæreticorū, quos uicerint clypeis, hastis, sagittis, baculis, contisq; & lanceis. Habēt eñ & ipsi ad impugnandā ecclesiā Christi tela diuersa, q̄ ab eruditis hoībus igni sancti spiritus succēdenda sunt, sermone uidelicet ecclesiastico, quē qui habuerit, poterit dicere: Nónne cor nō D strum erat ardens in Luc.24.e uia cū aperiret nobis Iesus scripturas? Nec possumus plenā habere pacem & habitationis confidentiam, nisi cunctam aduersariorum suppellectilē deprædemur: ut pereant omnia, & in cinerē cōcrementur, & depredemur eos qui nos antea fuerūt prædati, & uastem⁹ illos q uastauerūt pri⁹ ecclesiā. In die illa inclaro prædicatiōis lumine: Dabo, inqt, Gog locū nominatū sepulchrū in Israel: iuxta Hebraicū, uallē uiatorū ad orientē maris, quæ obstupescere facit prætereuntes. Cuius sermonis hic sensus est: Sepulchrum Gog non erit in montibus, sed in depressis uallibus & confragosis locis, quæ Hebraice appellant גיא quæ hæretici cum in occidente sint, Orientis loca esse confingunt, ut decipiant uiatores, eos uidelicet qui seculum istud pertranseunt, & nō sunt habitatores, sed peregrini, dicentes illud propheticum: Aduena sum ego & psal.38.c peregrinus, sicut omnes patres mei. Quis enim prætereuntium de quibus scriptum est: Et non dixerunt qui psal.128.d præteribant, benedictio dñi super uos, nō admiratur & obstupescit cū uallem uiderit uiatorum, quæ uiatoribus uallis, habitatoribus mons uidet? Hoc iuxta Hebraicū.

tē, & ascendere faciam de lateribus (siue de nouissimis) Aquilonis, & adducam te super montes Israel. Et percutiam (siue perdam) arcum tuum in manu (siue de manu) sinistra tua, & sagittas tuas de manu dextera tua, & deijciam te super montes Israel, & cades tu & omnia agmina tua, & populi (siue gentes, quæ tecum sunt. Feris, auibus, omnicq; uolatili & bestijs terræ dedi te deuorandum. Super faciem agri (siue campi) cades, quia ego locutus sum, dicit dominus deus. Et emittam ignem in Magog, & in his qui habitant in insulis confidenter, (siue, & habitabuntur insulæ in pace), & sciēt quia ego dominus. Et nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei Israel, & non polluam (siue non polluetur) nomen sanctum meum amplius, & scient gentes quoniam ego sum dominus sanctus Israel. Ecce uenit & factum est: (siue & scies quoniam erit) dicit dominus: hæc est dies de qua loquutus sum. Et egredientur habitatores urbium Israel, & succendent & comburent arma, clypeum, & hastas (siue peltas & contos), arcum & sagittas, baculos manuum, & contos (siue lanceas), & succendent ea igni septem annis. Et non portabunt (siue non assument) ligna de regionibus (siue de campis), neque succidēt de saltibus, quoniā arma succendent igni, & deprædabuntur eos quibus prædæ fuerant, & diripient uastatores suos, ait dominus deus. Et erit in die illa, dabo Gog locum nominatum sepulchrum in Israel, uallem uiatorū ad orientem maris, quæ obstupescere facit prætereuntes (siue συναύδησιν eorum qui uenerint ad mare, & ædificabunt per circuitum os uallis), & sepelient ibi Gog & omnem multitudinem eius, & uocabit uallis (siue גיא) multitudinis Gog. Et sepelient eos domus Israel ut mundent terrā (siue ut mundentur terra) septem mensibus. Sepeliet autē eos omnis populus terræ, & erit eis nominata dies, in qua glorificatus sum, ait dñs deus. Et uiros iugiter cōstituent, lustrantes (siue circumeuntes) terrā, qui sepeliant & requirāt eos qui remanserint super faciē terræ, ut emundent eā: post menses autem se-

A Cæterum Lxx. transtulerunt, polyandrion eorũ qui uenerint ad mare, & ædificabũt in circuitu introitum uallis. Labor enim est eorum, qui egrediuntur de urbibus Israel: ut omnem introitum & exitum hæreticæ prauitatis qui uenerant ad mare, & amaritudine illius delectabantur, undarumq; molibus & crudelitate naufragij, claudãt & circumædificẽt, & in uoraginibus terræ sepeliant, ne ultra exire ualeant & aliquos sua fraude decipere. Ibi ergo sepeliẽt Gog & omnem multitudinẽ eius, qua semper hæretici delectantur. & uocabitur nomen uallis illius, in qua Gog sepultus est multitudinis ge, siue πολυάνδριον, hoc est sepulchrum plurimæ multitudinis. Et quomodo supra diximus, per septem annos ad uersariorũ arma succendi, sic per septem menses sordibus hæreticorum terra mundabitur. A primo enim mense, qñ pascha domini celebramus, & exterminatorem Aegypti, agni in postibus nostris cruore uiB tamus, usq; ad exitũ anni, hoc est, usq; ad septimum mensem, quando tabernacula figimus, & inter cæteras frondes palmarũ quoq; ramis protegimur, ut perfecta contra hostes uictoria demonstretur, festiuitates omẽs complemus in populis, Nec solum magistri, sed & omis populus. hoc certatim faciet, ut sepeliat Gog, & terra operiat, & nequaquã aerẽ liberum capere permittat. Post necem autẽ & interfectionẽ siue sepulchrũ Gog, eligẽtur uiri ecclesiastici, qui hoc habeant studij, ne quid in terra Israel maneat sordium pristinarũ, ne quid morticinũ, qui lustrẽt terram, & requirãt mortuos & sepeliant, ut uidelicet mundetur terra ecclesiæ. Sin autẽ post septem mẽses, qñ debent esse cuncta purgata, hi qui terrã peragrãt atq; circũeunt, in aliquo os hominis, hoc est, duritiam hæreticæ prauC tatis, siue morticinum quid doctrinæ pristinæ uiderint remansisse, ponẽt iuxta illud, siue ædificabunt titulum, ut postquam notati fuerint qui huiuscemodi sunt, tunc uel emundentur uel sepelianť cũ Gog, & in tumba sepulturæ illius retrudantur. Nomen autem ciuitatis, ubi seruorum domini uictoria est & iacent aduersarij, & omnis inimicorum eius multitudo prostrata est, appellabit amona siue polyandrion: ut finisomniũ, restitutio puritatis sit. Denicq; sequitur: Et mundabunt terram: haud dubiũ qn hi de quibus scriptum est, quærere incipient & circuibunt peragrantes terrã. a ¶ Tu ergo fili hominis, hæc dicit dñs deus: Dic omni uolu. &c.] Hoc quod trãstulimus iuxta Hebræos: & congregabo eos sup terram suam, & non derelinquam quenquã ex eis ibi: in Lxx. nõ habetur. Rursumq; ꝺd iuxta Hebræos ꝓ benedictione in ultimo ponitur, eo ꝙ effuderim spiritũ meũ: Lxx. transtulerũt, furorem, qui ad irã pertinet, præsertim cum in Hebræo רוחי positum sit, quod proprie sonat spiritum meum, & nequaquã furorem meũ. Omia autem usq; ad eum locum, in quo succedit templi ædificatio, hi quos supra diximus Iudæos & nostros Iudaizãtes, ad ultimũ tẽpus referunt, quod carnibus Gog cunctisq; eius exercitus, quasi pinguissimis hostijs uolucres bestiæq; saturãdæ sint, & restituatur Israel in pristinũ statum, & ne quaq; ultra à gentibus expugnetur, sed effundat spiritũ suũ super eos deus, ut habitent in terra sua, nõ omnes gentes, sed ꝓprie domus Israel. Nos autem cœptam tropologiam sequentes, hoc dicemus, ꝙ omẽs uolucres & uniuersas bestias conuocet dñs, ut tradat eis hæreti-

tem septem quærere incipient. Et circuibunt peragrantes terram, cumq; uiderint os hominis, statuent iuxta illud titulum, donec sepeliant illud polinctores in ualle (siue גיא) multitudinis Gog. Nomen autem ciuitatis Amona (siue Polyandrion), & mundabunt terram (siue mundabitur terra). Tu ergo fili hominis, hæc dicit dominus deus: Dic omni uolucri & uniuersis auibus cunctisq; bestijs agri (siue campi): Conuenite & properate, concurrite undiq; (siue per circuitum) ad uictimam meam quam ego immolaui uobis, uictimam grandem super mõtes Israel, ut comedatis carnem, & bibatis sanguinem. Carnes fortium (siue gigantium) comedetis, & sanguinem principum terræ bibetis: arietum, agnorum, & hircorum, taurorumq; altilium & pinguium omniũ. Et comedetis adipem in saturitate, & bibetis sanguinẽ in ebrietate, de uictima quã ego immolaui uobis. Et saturabimini super mensam meam de equo & de equite forti (siue gigante), & de uniuersis uiris bellatoribus, ait dominus deus. Et ponam (siue dabo) gloriam meam in gentibus (siue in uobis), & uidebunt omnes gentes iudicium meum quod fecerim, & manum meam quam posuerim (siue induxerim) super eos. Et sciẽt domus Israel quia ego sum dominus deus eorum à die illa & deinceps. Et sciẽt omnes gentes qm̃ propter iniquitates suas capta sit domus Israel, eo quòd reliquerint me, & abscõderim (siue auerterim) faciem meã ab eis, & tradiderim eos in manus hostiũ (siue inimicorũ) eorũ, & ceciderint in gladio uniuersi. Iuxta immundicias eorũ & scelera (siue iniquitates) eorũ feci eis, & abscondi (siue auerti) faciẽ meam ab illis. Propterea hæc dicit dñs deus: Nunc reducam captiuitatem Iacob, & miserebor omni domui Israel, & assumã zelum pro nomine meo sancto, & portabunt confusionem (siue ignominiam) suam, & omnẽ præuaricationẽ qua præuaricati sunt in me, cũ habitauerint in terra sua confidenter (siue in pace) neminẽ formidantes, & reduxero eos de populis (siue gentibus), & congregauero de terris inimicorum suorum (siue de regionibus gentium, & sanctificatus fuero in eis in oculis (siue in conspectu) gentium plurimarum. Et scient quia ego sum dominus deus eorum, cum transtulerim eos in nationes (siue cum apparuero eis in gentibus), & congregauero eos super terram suam, & non derelinquerim quenquam ex eis ibi. Et non abscondam (siue auertam) ultra faciem meam ab eis, eo quòd effuderim spiritum (siue furorem) meum super omnem domum Israel, ait dominus deus.

A hæreticorum principes,quasi pinguissimas hostias deuorandos. Volucres autem & bestiæ,uel propter celeritatem in omnia discurrendi,uel propter feritatem & crudelitatem appellantur: quibus traduntur aduersarij in interitum carnis,ut spiritus saluus fiat,& discāt nō blasphemare. Comedent autē grandem & pinguissimam uictimam,non alibi sed super montes Israel,quos prophetas & apostolos & sanctos uiros intelligere debemus. In illis enim contrariorum dogmatum magistri corruunt, & ab ipsis pereunt uulnerati, super quos ædificatur ecclesia,& ut uerius dicam super montium montē,de quo Esaias loquitur & Micheas: Venite ascendamus in mōtem dñi,& in domū dei Iacob, & annūciabit nobis uias suas. Istæ autem aues & istæ bestiæ celeres atq; crudeles, comedent carnes & bibēt sanguinem, quæ regnum dei possidere non possunt: carnes fortium siue gigantiū qui contra dei scientiam rebellabant, & sanguinem principum,nō cœli,sed terræ bibēt,qui cuncta terrena sapuerunt: sanguinem arietum & agnorum & hircorum: siue iuxta Lxx. arietum,uitulorum,& hircorum,ut tria significent animantia,quæ in dei uictimis immolantur. Imitantur enim & hæretici ecclesiasticam mansuetudinem, sed oblatio eorum non in dei cultum, sed in dæmonum cibum proficit,quæ est pinguissima hostia eorū,& quasi adipe saturātur,& bibunt sanguinē deceptorum usq; in ebrietatem. Hanc autem uictimam deus immolat per ecclesiasticos uiros,ut multitudine deceptorum saturentur conuiuæ pessimi,& bibant usq; ad uomitū & ebrietatem. Quando uideris sanctos uiros, & scripturis diuinis eruditos truncare equos hæreticorum & ascensores: de quibus scriptum est: Equū & ascensorem proiecit in mare,& omnes rebelles & gigantes suo mucrone concidere,& cunctorum bellatorum falsi nominis sciētiæ sanguinem fundere: tunc scito mensam domini præparatā,

B ut ponat gloriam suam in cunctis gentibus quæ illius credunt nomini,& intelligant ecclesiæ sanctorum illius iudicium quod fecerit super aduersarios,& manum forte qua eos percusserit,& sciant domus Israel atq; cognoscant quod ipse sit dominus deus eorum, qui loquutus est: Ego sum dominus deus uester, à die uictoriæ domini usq; in perpetuum: & recogitent idcirco captam esse quondam ab hæreticis domum Israel,& in toto peruersorum dogmatum orbe dispersam,quod reliquerint eū, qui parumper abscōdit siue auertit faciem suam ab eis, & tradiderit eos in manu hæreticorū: & ceciderunt illorum mucrone confossi,propter immundicias & iniqui- C
tates suas,quæ causa extitit ut absconderet & auerteret faciem suam ab eis. Expositis autem rationibus, secundum illud quod scriptum est: Oportet & hæreses esse,ut probati quiq; manifesti fiant, captiuitatis Israel uidelicet ecclesiæ,in qua habitant cernentes deum: nunc polliceē quod reducat in ecclesiam captiuitatem Iacob,qui Iudaicum populum supplantarat,& postea hæreticorū fraudibus supplantatus est, & misereatur omni domui Israel nō iuxta carnem,sed iuxta spiritum. Et assumam, inquit, zelum meum pro nomine sancto meo quod blasphemabant in gentibus propter hæreticos: ut postquā eos liberauerim,erubescant & confundantur, quare fide ecclesiastica derelicta, præuaricati sunt in me. Confundantur autem & erubescant ualde uelociter,cum habitauerint in terra sua: terra mitium,terraq; sanctorum, & habitauerint confidenter,siue in pace,nequaquā hæreticorum insidias formidantes. Tunc reducētur de populis,& congregabuntur de terris inimicorum suorum in terram suam,& sanctificabitur dominus in eis in conspectu gentium plurimarū, quæ & ipsæ creditura sunt domino,finisq; sit beatitudinis,scire atq; cognoscere q̄ ipse sit dñs deus eorum,eo q̄ apparuerit eis in gētibus, siue transtulerit eos de nationibus,& congregauerit super terrā suam,terram Iudæam,terrā confessionis,terrā mitium,terramq; uiuentiū,& ne unū quidem reliquerit hæreticæ prauitati,& ultra non abscondat faciē suam ab eis,nec auersetur illos,eo q̄ effuderit spiritū gratiæ suæ de quo & Ioel propheta loquitur: In nouissimis diebus effundā de spiritu meo super omnē carnē: effuderit autē super oēm domum Israel. Sin aūt pro spiritu,iuxta Lxx. furorē legerimus,qui in Hebraico non habet,sic sentiendum est,q̄ ultra non abscōdat faciē suam ab eis,in quos furorē suū ante effuderat. Huc usq; in Ezechiel prophetam, deo ut optamus & credimus auxiliante & aperiēte os nostrum,locuti sumus: non aliorum si qui scripserūt uel deinceps si scripturi sint sententiā destruentes,sed asserentes qualiacunq; sunt nostra. In ædificatiōe aūt templi & ordine sacerdotū terræq; sanctæ diuisione, & flumine egrediēte de tēplo,& arboribꝰ ex utraq; ripa semper uirentibus,& per singulos menses afferentibus fructum,& reliquis quæ usq; ad finem prophetico uolumine continentur, aperte imperitiam confitemur,melius arbitrantes interim nihil quàm parum dicere. D

Cōmentarij undecimi in Ezechielē prophetā finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DVODECIMVM COMMENTARIORUM Ezechielis ad Eustochium procœmium.

TRepidationem meam in explanatione tēpli Ezechiel,imò tacendi perseuerantiam, tuæ filia Eustochium preces & domini promissa superarunt,dicentis: Petite, & accipietis: quærite,& inuenietis: pulsate,& aperietur uobis. Et qua nos excusatione usi sumus,ut in calce anterioris uoluminis diceremus,melius est nihil q̄ parum dicere, tu eam uertisti in contrarium,ut referre putes saltem parum quàm nihil dicere,quia in altero uoluntas prompta,in altero totius operis desperatio est: naturamq; huiuscemodi hominum esse commemoras,ut non tantam gratiam habeant pro his quæ tribueris, quantum dolorem super his quæ negaueris. Minore enim studio uirtutes laudamus quàm uitia reprehendimus, & quamuis pulchra sint corpora,unius prauitate ac deformitate membri insigniora fiunt. Obsequar igitur uoluntati tuæ,& flante spiritu sancto,uela suspendam,ignorans ad quæ sim littora peruenturus, & cum eodem propheta clamitans: à quatuor uentis ueni spiritus: fastidioso q̄ lectori, imò animo perduelli nostra lecturo,illud in explanatione templi tota libertate denuncio: ut si ueritatem desiderat,quærat eam ab alijs. Nos autem ea quæ in opere difficillimo possumus suspicari, simpliciter confitemur atq; dictamus, gratias acturi domino,si non in omnibus (quod impossibile est) sed in plerisq; nobis aperuerit fores scientiæ. Prima enim,ut ait sublimis orator,quæq; sectanti,honestum est etiam in secundis tertijsue consistere.

A COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Ezechielem prophetam
liber duodecimus.

IN uicesimo & quinto anno &c.] Si quinto anno captiuitatis siue transmigratiõis regis Ioachin, in quarto mense, in quinta mẽsis aperti sunt cœli Ezechieli prophetæ iuxta fluuium Chobar, & uidit uisiones dei: nunc autem dicitur q̃ in uicesimo & quinto anno transmigrationis eiusdẽ Ioachin, in exordio anni, decima mensis, facta sit super eum manus dñi, adductusq̃ in terram Israel & positus super montem excelsum nimis, ut uideret ædificium ciuitatis uergentis ad austrum: nulli dubium est quin decem & nouem annis nouemq̃ mensibus & quinq̃ diebus anni uicesimi completis, omnis illius prophetia contexta sit. Quod si iuxta Theodotionẽ, qui in eo loco ubi nos posuimus, in exordio
B anni, interpretatus est, in nono anno, decima mensis: nonus autẽ annus apud Hebræos uocatur mẽsis septimus, qui apud eos habet uocabulum תִּשְׁרִי ut kalend. mẽsis septimi sit tubarum clangor, & decima dies eiusdem mensis, dies ieiunij & placationis, quintadecima uero q̃ totus lunæ orbis expletur, dies scenopegiarum, datur intelligi q̃ decima die placationis dominicæ monstratum fuerat Ezechieli ædificiũ ciuitatis. Et qũo restitutionem populi, imò uiuificationem in ossibus campi sub resurrectionis imagine demõstrauit, sic nunc instaurationem urbis quæ Babylonio fuerat ante annos quatuordecim igne deleta, sub descriptione eius dñs pollicetur: ut sicut captiuitatem & euersionem, ollæ succensæ à facie Aquilonis monstrauerat typus, & prophetiæ ueritas opere comprobata est, ita ex præteritorum fide, futuræ ædificationis ueritas uaticinio probaret. Nec hoc de illo tempore dicitur, quod quidã imperiti Iudæorũ uolunt, q̃ sub Zorobabel & sub Iesu filio Iosedech sacerdote magno tẽplum extructum est, prophetantibus Aggeo & Zacharia. Hoc enim tẽplum quod nunc describitur, & ordo sacerdotij terræq̃ diuisio & fertilitas, multo augustius est q̃ fuit quod Salomon extruxerat. Illud autem quod ædificatũ est sub Zorobabel, in tantũ paruũ erat & prioris cõparatione nihili, ut qui prius templum uiderant, & postea hoc aspiciebant, eiularẽt, doloremq̃ suum lachrymis testarẽtur: & multo maior esset clamor
5. Esdre. 5. g ululantium, q̃ clangor tubarum. Lege Esdre librũ. Porrò quod additur, quartodecimo anno postq̃ percussa siue capta est ciuitas, iuxta mysticos intellectus quatuordecim significat generationes, quibus completis à Dauid usq̃ ad natiuitatem Christi, urbis restitutio promit-
Esa. 45. c
Ibid. 61. a titur ab eo, de quo scriptum est: Ipse ædificabit ciuitatẽ meam, & captiuitatem populi mei reducet. Et iterũ: Venit ut prædicaret captiuis remissionem, & cæcis uisum, dicens his qui erant in uinculis, exite, & qui erant in tenebris, reuelamini. Fit aũt super eum manus dñi, ut iuxta carnẽ in Babylone positꝰ, in spiritu ad terram ueniret Israel, & nequaq̃ in uisione, sed in uisionibus dei poneretur super montẽ excelsum nimis, de quo Esaias & Micheas uaticinanꝰ: Venite ascendamus in mõtem dñi, & ad domũ dei Iacob. Qui mons excelsus est nimis ad cõparationẽ montiũ cæterorũ, de quibus ꝓpheta testaꝰ, dicẽs: Leuaui oculos meos in montes, unde uenict auxiliũ mihi. Et in alio loco: Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui. De quo & Esaiæ dicit: In mõtem excelsum ascende tu qui euãgelizas Sion. Super hunc mõtem ostẽditur ædificiũ ciuitatis: iuxta Lxx. & Aquilam, è regiõe & ex aduerso Aquilonis, unde ad terram Israel propheta uenie bat: iuxta Theodotionem uero & Symmachum, uergẽtis ad austrũ, ubi plenũ lumẽ est, & Sol iusticiæ in summo cœli uertice positus. Vnde & in Cantico dicitur cãticorũ: Exurge Aquilo & ueni Auster, perfla hortũ meũ, & fluẽt a-
D romata illius. Fugatur enim de horto dñi Aquilo uẽtus durissimus, ne refrigeret dilectionis calor, floresq̃ marcescãt. Quando aũt dicitur: Quasi ædificiũ ciuitatis: nõ uere ciuitas, sed ciuitatis similitudo monstratur, de qua scriptũ est: Gloriosa de te dicta sunt ciuitas dei: quæ est Hierusalem ædificata ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum, & in qua magnus dñs & laudabilis nimis, in ciuitate dei nostri, in mõte sancto eius. Et in turribus ciuitatis istius deus cognoscitur, q̃ suscipiet eã. De qua & alibi: Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei. Et: Non potest abscondi ciuitas super montem posita, quæ loquitur in Esaia: Ego ciuitas firma, ciuitas quæ oppugnatur. Non dixit, quæ expugnatur, sed oppugnatur: quæ ædificata est super petram, & nulla tẽpestate concutitur. Sequitur: Et introduxit me illuc: subauditur, manus dei. Illuc aũt, hoc est, quasi ad ædificiũ ciuitatis, ut mihi cuncta quæ erant intrinsecus demonstraret. Et ecce, inquit, uir, cuius erat species siue uisio quasi species æris fulgentis, ille uidelicet de quo scriptũ est: Ecce uir oriẽs nomẽ eius. Habebat aũt speciẽ nequaq̃ electri, ut in principio huius uoluminis dicit: neq̃ accinctus erat zona aurea: ut in Ioannis Apocalypsi cõtinet, sed habebat speciẽ iuxta Hebraicum quasi æris. Hæc em̃ materia cunctis metallis uocalior est, & tinnitu lõge resonat. Vnde & in Daniel, in imagine quæ erat ex auro, argento, ære, ferroq̃ compacta, regnũ Alexandri atq̃ Græcorũ in æris similitudine demõstrat: ut Græcæ linguæ eloquẽtia signaret, per quã manifestũ est adhuc eos indigere doctrina, qui tẽpli spiritualiter ædificandi necdũ plene nouere mysteria. Funiculꝰ quoq̃ erat lineus siue cementariorũ in manu eius: de quo & in Zacharia scriptũ est, q̃ funiculum habuerit geometricũ, ut latitudinẽ & longitudinẽ urbis metiret. Cementariorum aũt, uel angelorũ qui dei imperio ministrabant, uel Moysi & omniũ prophetarũ, atq̃ apostolorũ qui ædificãt ciuitatẽ dei, & adiutores uel ministri sunt dominicæ uoluntatis. Vnde & Paulus apostolus

C

Cap. XL.

NUicẽsimo & quinto anno transmigrationis nostræ (siue captiuitatis) in exordio anni (siue in primo mense), decima mẽsis, quartodecimo anno postquã percussa (siue capta) est ciuitas in ipsa hac die (siue in die illa), facta est super me manus domini, & adduxit me illuc. In uisionibus (siue in uisione) dei, adduxit me in terrã Israel, & dimisit (siue posuit) me super mõtem excelsum nimis, super quem erat quasi ædificium ciuitatis, uergẽtis ad Austrum (siue è regione). Et introduxit me illuc, & ecce uir, cuius erat species æris (siue æris splendentis), & funiculus lineus (siue cementariorũ) in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius. Stabat autẽ in porta, & locutus est ad me idem uir: Fili hominis, uide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia quæ ego ostendam tibi (siue pone in cor tuũ omnia quæ ostẽdero tibi): quia ut ostendantur tibi adductus (siue ingressus) es huc, & annuncia (siue monstrabis) omnia quæ tu uides domui Israel. Et ecce

Esa. 2. a
Mich. 4. a
Psal. 120. d
Psal. 124. 3
Esa. 40. b
Cant. 4. d
Psal. 86. a
Psal. 45. a
Matth. 5. b
Esa. 33. c
Zach. 6. c
Apoca. 1. c
Dan. 2. a
Zach. 2. a

A stolus loquebat: Dei agricultura, dei ædificatio sumus. Quodq; sequitur: Et calamus mēsuræ in manu eius, de
1.Cor.3.b signat gratiam prophetalem: de qua scriptum est in qua dragesimoquarto psalmo: Lingua mea calamus scribæ, uelociter scribentis. Et de Ioanne propheta atq; bapti-
Matth.11.a sta: Quid existis in desertum uidere, calamum uento agitari? Quem calamum imitari cupiunt, qui scribentes scribūt iniquitatem, & quibus imprecat propheta: Increpa feras calami.
Psal.67.f Stabat aūt in porta, quia per ipsum ad patrem ingredimur, & sine ipso ciuitatē dei intrare nō possum⁹: ut dignos suscipiat, indignos abijciat. In porta quoq; iudiciū
Isa.29.f est. Vnde & prophe-
Psal.126.a ta dicit: Oderunt arguētes in porta. Et in alio loco: Non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Hic uir locut⁹ est ad prophetā, in cuius manu erat funiculus, & cuius erat species quasi æris, & qui calamū tenebat manu. Locutus est ad Ezechielem uerus ar-
B chitectus, quem imitabat & Paulus apo-
1.Cor.3.b stolus, dicens: Quasi sapiens architectus fundamētum posui. Sapientē autē uocat architectū, ad distin-
Zach.11.d ctionē illius qui stultus est, & in Zacharia pastor insipiens appellatur, locutus est autē quæ sequuntur: Fili hominis uide oculis tuis, & auribus tuis audi, non oculis carnis, sed spiritus, nec aurib⁹ corporis,
Ioan.4.e sed animæ. Leuate, inquit, oculos uestros,
Luc.8.b & uidete quia messes iam albæ sunt ad metendum, & qui habet aures audiendi, audiat. Videtur aūt ædificatio ciuitatis, & audit ordo ceremoniarum & sacerdotū, terræq; descriptio. Nec sufficit præcepisse ut cerneret oculis, & audiret auribus: sed adiecit: Et pone cor tuum in omnia, siue & pone in corde tuo omnia quæ ego ostendam tibi. Nihil enim prodest uidisse & audisse, nisi ea quæ uideris & audieris in memoriæ reposueris thesauro. Quando autem dicit: omnia quæ ego ostendam tibi: intentum facit auditorem, facit & cordis oculis præparatū, ut memoriter teneat quæ sibi ostē C
denda sunt: quia ut omnia ostendantur tibi, adductus es huc. Quo dicto ostendit specialiter nihil theoria & scien
P Psal.26.b tia dulcius, quam propheta desiderat dicens: Vnā petiui à dño, hanc requiram, ut inhabitem in domo dñi per omnes dies uitæ meæ: Vt uideā uolūtatem dñi, & uisitē templū eius. Vnde iūgit & io
P Psal.25.b quit: Dñe, dilexi decorem domus tuæ, & locū habitationis gloriæ tuæ. Annūcia, inquit, omnia quæ tu uides domui Israel: ut qui per se uidere non possunt, per te discāt quæ tibi à dño demō strant. Domui autem Israel, his qui mente cōspiciūt deū: de qui
Ioan.1.g b⁹ erat & Nathanael, qui Christum studiosissime requirebat, & meruit audire: Ecce uer⁹ Israelita, in quo dolus nō est. a ¶ Et ecce mur. &c.] Dum essem Romæ puer, & liberalib⁹ studijs erudirer, solebam cū cæteris eiusdē ætatis & propositi, diebus dominicis sepulchra apostolorū & martyrū circuire, crebroq; cryptas ingredi, quæ in D
terrarū profunda defossæ, ex utraq; parte ingrediētium per parietes habent corpora sepultorum, & ita obscura sunt omnia, ut propemodū illud propheticū cōpleat:
P Psal.54.e Descendunt ad infernū uiuētes, & raro de super lumen admissum, horrorē tempestatis tenebrarū: ut non tā fenestrā q; foramē dimissi luminis putes: rursumq; pedetētim accedit, & cæca nocte circundatis, illud Vergilianū proponit: Horror ubiq; animos simul ipsa silentia terrēt. Hoc mihi dictum sit, ut prudens lector intelligat quā habeā sententiā super explanatiōe tēpli dei in Ezechiel, de quo scriptum est:
P Psal.96.a Nubes & caligo sub
P Psal.17.b pedibus eius. Et rur-
Exod.24.d & 34.a sum: Tenebræ latibulū eius. Vnde & Moyses nubem ingressus est & caliginē, ut posset dñi mysteria contemplari, quæ populus longe positus & deorsum manēs, uidere nō poterat. Denicq; post quadraginta dies, uultum Moysi uulgus ignobile caligantibus oculis nō uidebat,

HEB. Et ecce murus fō-
rinsecus, & in circuitu domus undiq;, & in manu uiri calamus mensuræ sex cubitorū sex, & palæstes, & murum mensus est, latitudinē æqualem calamo, & altitudinē eiusdē mēsuræ. Et ingressus est portam, quæ respiciebat Orientem septem gradibus, & mensus est thee, sex hinc & sex inde, ælā portæ ęqualē calamo lōgitudine, & æqualē calamo in latitudine: & ælā in medio theelath cubitorum sex: & thee secundū, æqualē calamo in latitudine, & æqualē calamo in longitudine, & ælam cubitorū quinq;. Et thee tertiū æqualē calamo in latitudine triū, & æqualem calamo in longitudine triū, & ælam portæ qui iuxta ælā portæ octo cubitorū: & ælam duorū cubitorū, & ęlā portæ intrinsecus & thee portæ è regiōe, tres hinc & tres inde, & mensura una triū, mensura una ælā hinc & inde. Mēsus est latitudinē introitus portæ decem cubitorum, & latitudinem portæ cubitorum tredecim, & cubitus unus redigebatur in conspectu theri cubiti unius, & cubiti unius terminus hinc inde, & thee cubitorū sex hinc, & cubitorū sex inde. Et mē sus est portā à muro thee, usque ad parietem thee, latitudinem portæ cubitorum decem. Et mensus est latitudinem portæ cubitorum tredecim, & cubitus unus finis utrinque: thalami autem sex cubitorum erant hinc & inde. Et mensus est portam à tecto thalami usque ad tectum eius, latitu

SEP. Et ecce murus extra domū per gyrū, & in manu uiri calamus mēsuræ cubitorū sex, & palæstes, & murum mensus est, latitudinē æqualem calamo, & altitudinē eiusdē mēsuræ. Et ingressus est portam, quæ respiciebat Orientem septem gradibus, & mensus est thee, sex hinc & sex inde, ælā portæ ęqualē calamo lōgitudine, & æqualē calamo in latitudine: & ælā in medio theelath cubitorum sex: & thee secundū, æqualē calamo in latitudine, & æqualē calamo in longitudine, & ælam cubitorū quinq;. Et thee tertiū æqualē calamo in latitudine triū, & æqualem calamo in longitudine triū, & ælam portæ qui iuxta ælā portæ octo cubitorū: & ælam duorū cubitorū, & ęlā portæ intrinsecus & thee portæ è regiōe, tres hinc & tres inde, & mensura una triū, mensura una ælā hinc & inde. Mēsus est latitudinē introitus portæ decem cubitorum, & latitudinem portæ cubitorum tredecim, & cubitus unus redigebatur in conspectu theri cubiti unius, & cubiti unius terminus hinc inde, & thee cubitorū sex hinc, & cubitorū sex inde. Et mē sus est portā à muro thee, usque ad parietem thee, latitu

A quia glorificata erat, siue ut in Hebraico continetur, cornuta facies Moysi: Ita & mihi legēti descriptionē templi mystici, quod Iudæi secundū literā in aduentu Christi sui, quē nos esse antichristū comprobamus, putāt ædificandū, & nos ad Christi referimus ecclesiā, & quotidie in sanctis eius ædificari cernimus accidit: ubicunq; oculus cordis aperitur, & me aliquid uidere æstimauero & Cant.5.b tenere sponsum, & gaudens dixero: Inueni quem quæsiui tenere sponsum, & gaudens dixero: Inueni quem quæsiuit anima mea, tenebo eū & nō dimittam eū, rursum me deserit sermo diuinus, fugitq; spōsus è manibus, & clau Rom.11.d dūtur oculi cæcitate, ita ut cogar dicere: O profundum diuitiarum sapientiæ & sciētiæ dei, q̄ inscrutabilia sunt Psal.35.b iudicia eius, & inuestigabiles uiæ illius. Et q̄d alibi scri& 29.a ptū est: Iudicia dñi abyssus multa. Et: De profundis clamaui ad te dñe, domine exaudi uocē meam: & illud Helisei, qui raptum à se magistrū cordis oculis sequebatur 4.Reg.2.b dicens: Pater, pater: currus Israel & auriga eius. Simpliciter igit̄ est fatēdum me tēplum beati Ezechielis, quod secula cuncta tacuerunt, non temeritate uelle disserere, sed fide & timore dei, coniecturam animi mei cupere legentibus demōstrare, ut si ego in tabernaculum dei pelles caprarū pilosq; obtulero, unde peccatorū spinæ & aculei protegantur, & arceantur pluuiæ & tempestates: alius qui diues est pro qualitate meritorum, uel ferrum, uel æs, uel argētum, aurumq; & preciosissimos lapides offerat, & non nostra quia sunt minora contemnat, sed proprijs gaudeat opibus. Nisi enim ima fuerint, summa esse non poterunt, & ut maiora laudentur, minorū comparatione succrescunt. Videamus igitur quid ingressus Ezechiel ædificium ciuitatis uergentis ad austrum primum uiderit, deinde audierit: Et ecce, inquit, murus forinsecus in circuitu domus undiq;. Pro muro quē Aquila & Theodotio interpretati sunt: Symmachus & Lxx. posuere τειχος. Murus ergo siue τειχος ex omni parte domum, hoc est, templum domini circundabat: ha-
B bebatq; uir cuius erat species quasi species æris, non solum funiculum geometricū & cementariorum, sed & calamū tenebat in manu: cuius supra mensura tacita est, & nunc ponitur cubitorū sex & palmo, qui rectius Græce dicit̄: καλαμος, & est sexta pars cubiti. Alioquin palmus σπιθαμη sonat, quam nonnulli pro distinctione palmam, porrò καλαμῳ palmum appellare consuerunt. Hoc igitur calamo mēsus est latitudinem & altitudinem muri, & utrūq;, hoc est latitudo & altitudo uno fuere calamo, hoc est senis cubitis & palmo uno. Cumq; essent portæ plurimæ, noluit per alias intrare portas, sed per eā quæ respiciebat ad orientalē plagā. Et quia non erat æqualis locus, & murus em̄ per circuitū & ipsa ædes dei in excelsioribus locis ædificata erat, propterea per grad⁹ ingreditur imò conscendit, quos soli Lxx. septem nominant, cū & in Hebræo & in cæteris translatoribus gradus tm̄ absq; numero legerimus. Ingressusq; portā, statim mensus est limē portæ quod Lxx. θυρα nominant, pro quo in Hebræo scriptum est סף Et diligētem & studiosum lectorem admonendum puto: si tamen scientia scripturarum & non uanis oratorum declamationibus ducitur, ut sciat omnia propè uerba Hebraica & nomina quæ in Græca & latina translatiōe sunt posita, nimia uetustate corrupta, scriptorūq; uitio deprauata, & dum de inemendatis scribunt̄ inemendatiora, de uerbis Hebraicis facta esse Sarmatica, imò nullius gentis, dum & Hebræa esse desierint & aliena esse nō cœperint. Limen igitur portæ siue סף imò saph, q̄d Symmachus ὑπερῳον: Aquila & Theodotio προθυρον interpretati sunt, habebat calamū unū, hoc est, sex cubitos & palmū in latitudine: pro quo nescio quid uolentes Lxx. addidere de suo, sex hinc & sex inde. Post limē aūt portæ, iuxta Hebraicū mensus est thalamum siue cubiculum, ut Symmachus transtulit παραστασας, id est, postes ex utraq; parte calamo uno tam in longū q̄ in latum, quod & ipsum Lxx. ælam trāstulerunt, quod in consequentibus Symmachus anteliminare interpretatus est. Inter thalamos aūt duos siue cubicula & παραστασας erant quinq; cubiti, & aliud pro- C limen portæ iuxta uestibulum intrinsecus calamo uno. Tertiū quoq; uestibulum portæ, octo habebat cubitos, & in frōte eiusdē siue in marginib⁹ duos cubitos. Quod uestibulum ne quis putet idē esse q̄d supra, addidit: Vestibulum aūt erat portæ interioris: pro quibus Lxx. primū & secundum & tertiū uestibulum trāstulerunt. Thalami autem, id est, cubicula quæ post portā orientalem erāt ædificata in uestibulis, respiciebant ad uiam orientalem. Et ut sciamus quot fuerint thalami: iungitur, tres hinc & tres inde, ad septentrionem uidelicet & ad meridiem respicientes ad orientalem uiam, unaq; mensura frontiū erat ex utraq; parte. Mensus est quoq; mensurā in latum liminis portæ, & reperit decē cubita, & in longū tredecim cubita, & in unū cubitum artabant̄ extrema thalamorū, uel ut Symmachus transtulit παραστασαι, & utraq; frons singulos habebat cubitos. Thalami aūt siue παραστασεις, & ut Lxx. de suo posuere διπλοῦ ex utraq; parte sena habebant cubita. Mensusq; est portā à tecto thalami siue παραστασος usq; ad tectū siue ad parietē eius, & inuenit inter tectū & tectū latitudinis uiginti & quinque cubita. Tantū em̄ erat spacij inter ostium & ostium, siue inter portam & portā. Hæc breuiter diuinantis magis q̄ explanantis animo dixerimus, uolentes iuxta literam obscuram, & penè non apparentem adumbrare picturā. Cæterū pauca quæ possumus suspicari, strictim, dubitantesq; ponemus. Apostolus Paulus uolens Ephe Ephe.3.d sios sacratiora cognoscere, imprecatur eis ut repleantur sapientia & charitate domini: ut radicati atq; fundati, scire ualeant & comprehendere quæ sit latitudo & longitudo & altitudo & profundum diuitiarum eius, & ad eos dem loquitur: Ergo nequaquā estis peregrini, sed ciues 1.ibid.2.d sanctorum & domestici dei: ædificati supra fundamentū apostolorum & prophetarum, ipso angulari lapide Iesu Christo: in quo omnis ædificatio compacta, crescit in tē plum sanctū domino, in quo & uos superædificati estis D in habitaculum dei in spiritu sancto. Petrus quoq; apostolus eisdem penè uerbis, quia eodem spiritu, in epistola loquitur: Si quidem credidistis quoniam bonus do- 1.Pet.2.d minus, ad quem accedentes lapidem uiuentem: ab hominibus quidem reprobatum, à deo autem electum & honoratum, & ipsi ut lapides uiuentes ædificamini domus spiritualis in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales uictimas acceptabiles deo per Iesum Christum. Ex quo perspicuum est, dominū saluatorem qui uerus architectus est, probare lapides qui possint poni in templi fundamentis, qui in medio, qui in superioribus locis & inferioris mensuræ: uel non tā solidæ firmitatis in muro & extra templum in circuitu τοῦ τειχέου collocari. Non est enim parui roboris nec minimæ firmitatis, impositos desuper lapides sustinere. Vnde scribit Apostolus ad credentes: Inuicem onera uestra portantes. Et in Gal.6.d alio loco scriptum est, non debere nos pondus assumere quod ferre non possumus. Calamus autem mēsuræ qui habebat sex cubita & palmū unum, illud significat, notam esse deo cōuersationem nostram, quæ in sex diebus in quibus mundus factus est cōtineat̄, & notam esse rationē operū singulorū, ut aliud ad opera pertineat, aliud ad mētem. Vnde & latitudo æqua est altitudini: quorū latitudo ad opera ut diximus, altitudo refert̄ ad animū qui ad alta festinat. Illud autē semel monuisse sufficiat, nosse me cubitū & cubita neutrali appellari genere: sed pro simplicitate & facilitate intelligentiæ uulgiq; cōsuetudine ponere & genere masculino. Non enim curæ nobis est uitare sermonū uitia, sed scripturæ sanctæ obscuritatē quibuscūq; uerbis disserere. Ingreditur igitur uir cui oriens nomen est per portā orientalem, ut illuminet eos quos in in prima uestibuli frōte repererit siue in ipso introitu portæ, non per unum sed plures gradus, quorū filetur numerus, ut ascensionis appareat difficultas, & quotcunq; gradus tibi proposueris, scias minus esse ab eo q̄d dubium derelinquitur. Istam arbitror portam de qua

A de qua & in psalmis canitur: Hæc porta dñi, iusti intra/
psal.117.c bunt per eam. Mensusq; est limen portæ, ut scire ualea/
mus omnia patere notitiæ dei. Quod limen in latitudi/
ne unius dicitur calami, & de altitudine siletur ac lõgitu
dine. Via enim est & introitus, & per eã ad interiora per/
gendũ est, licet in hoc loco Lxx. superflue longitudinem, uel ut in pleriscq; codicibus cõtinetur altitudinẽ dixerint: cubicula au tem, id est, thalami & καταστάσεις tam in lon/gum q̃ in latũ singu/los habeãt calamos, sed inter thalamũ & thalamũ, quinq; tan/tum sunt cubita, ut in teriora cubiculorum plenam habeãt mensurã calami, id est, sex cubitorum & palmi unius, dum opera pariter ratioq; consentiunt. Ea uero quæ extrinsecus sunt, hoc est inter thalamũ & thala mum quinq; cubita: nec dum enim Christi secreta pene
Cant.1.a trarũt, nec possunt dicere: Introduxit me rex in cubicu/
psal.44.e lum suum. Et alibi: Omnis gloria filiæ regis intrinsecus. Sed discipulis cum Christo domi commorantibus, my steria eius audire nõ possunt, & foras ad se cupiũt dei exi re sermonẽ, & propterea quinq; cubitorum mensura in eis ponitur, ut ad sensus quinq; omnia referre doceãtur. Limen quoq; alterius portæ, siue ut in Lxx. continetur secundi uestibuli & tertij, eiusdem calami unius mẽsuræ est. Post quod uestibulum eius, hoc est, limẽ portæ, in in/troitu octo ponũtur cubita, ut interiora uestibuli nequa quàm septenarium numerum & sex cubita & palmum unum, sed octonarium teneant: qui ad resurrectionis &
B diei dominicæ pertinent sacramentũ. Et in frõte, inquit, eiusdẽ uestibuli duo erant cubita, quæ uel ad utrũq; per/tinent instrumentum, uel ad literam & spiritum, uel ad mysterium forcipis: qua in Esaia de altari carbo compre henditur, & defertur ad prophetæ labia purganda. Et ut sciamus quod sit hoc uestibulum quod octo & duobus cubitis terminatur, ponit manifestius. Vestibulũ autem portæ erat intrinsecus: per quod peruenimus ad templũ dei. Thalami quoq; & cubicula quæ erant ad uiam por/tæ orientalis, pro quibus Lxx. ἰαμῶ scribunt, tres erant hinc & tres inde, mensuræ unius: id est, calamo uno, qui sex cubita & unum palmum habebat, de quibus supra dictum est: Et ἰλὰμ uno calamo in longum & uno cala/mo in latũ, & inter thalamos quinq; cubitos. Ne igitur putaremus duos tantum esse thalamos, ternos ex utraq; parte posuit, ut senarium demõstraret: qui &
Ioan.2.a in hydrijs euangelij indicatur: in quibus aquæ in uina mutatæ sunt, & quotidie Iudaici latices uertuntur in ui/nũ, quod lætificat cor hominis: & Christi cruore fit dul/cius. Mẽsus est quoq; latitudinem liminis portæ decem cubitorũ, qui perfectus est numerus: & uel decalogo cõ/tinetur, uel euangeliorum quatuor sacramento. Qui ab uno incipiens, ita ad quatuor peruenit, ut denarium im pleat numerum. Cuius longitudo habebat tredecim cu bitos: pro qua in Lxx. rursum ponitur latitudo, quod mihi uidetur scriptorum negligentia deprauatum. Neq; enim in uno loco latitudinem, & rursum latitudinẽ decẽ uel tredecim cubitorum scriptura dixisset. Potest autem porta liminis, in quo sacratus est numerus ueteris & no/
Ioan.10.b ui testamenti, uel ipse dominus intelligi, qui dicit: Ego sum ostiũ: uel certe omnes sancti per quos ingredimur ad notitiam dei, quorum apostolus Paulus loquebatur:
2.Cor.9.c Os meũ patet ad uos ò Corinthij, & dilatamini & uos. Tredecim autem cubiti post octonarium numerũ, libro
Matth.14.b rum Moysi continent sacramentum: qui & in quinque
Ioan.4.c monstrantur panibus: & in Samaritana euangelij, quæ arguitur quod quinq; habuerit uiros, & sextum quem se putabat habere non habebat, & tamẽ octonarius & qui C narius numerus, uno cubito, id est quartodecimo consu matur, quia in Christo recapitulantur omnia. Vnde di/citur: Et cubitus unus finis utrinq;, dum & uetus & no/uum testamentum, una Christi mensura complectitur,

HEB. latitudinẽ uigiti & qn/q; cubitorũ, ostiũ cõtra osti/um. Et fecit frõtes per sexã/ginta cubitos, & ad frõtem atriũ portæ undiq; per cir/cuitũ. Et ãte faciẽ portæ quæ ptingebat usq; ad faciẽ uesti buli portæ iterioris qnqua/ginta

SEP. latitudine uigitiqn/q; cubitorũ. Hæc porta cõtra portã. Et sub diuo ælã portæ sexaginta cu/bitis, & theim atrij por/tæ per circuitũ. Et sub di uo atrij extrinsecus ælã portæ interioris qnqua/ginta

& altitudinẽ triginta cubitorũ arcæ Noe, unus cubitus inclu/dit. Thalami autẽ, in/quit, siue ut Lxx. po/suere thau uel thee: uertentes atq; mutã/tes per singula loca ut uoluerunt Hebraica nomina, sex cubito/rum erant ex utraq; parte, quod dicitur hinc & inde, & nequa quàm habebant pal/mum nec rationem desuper additã, quæ præsentẽ con/uersationem ad futuram beatitudinem prouocaret, sed tantum sex cubita. Vnde sequitur: Et mẽsus est portam à tecto thalami usque ad tectũ siue parietem eius: & inue nit latitudinis uiginti & quinq; cubita: qui & ipse nume rus licet quadrus sit: tamen refertur ad sensus. Si enim quinos cubitos contra se quinquies ordinaueris, uicesi/mum & quintum numerũ efficies, qui est inter tectũ tha lamorũ & tectum: & tamen utrunq; è regione sui positũ, à summis partibus habet ostium cõtra ostiũ. Hæc nõ fri/uola uideantur esse lectori, licet & mihi ipsi qui dico dis/pliceant, sentiens me clausam pulsare ianuam, sed legen da cum uenia sunt, alioquin potui simpliciter ignoran/tiam confiteri, & omne studiosorũ amputare desideriũ. Sicut enim à perfecta scientia procul sumus, leuioris cul pæ arbitramur saltem parum q̃ omnino nihil dicere. D

a ¶ Et fecit frontes per sexaginta, &c.] Symmachus hũc locum ita interpretatus est: Et fecit κρὶτάσεις, quas nos circunstãtias possumus dicere: pro quibus in Hebraico habet אֵלִים quæ aquila interpretat⁹ est πρόσωπα, & nos in frontes uertimus. Rursum ubi Lxx. posuere theim atrij: in Hebraico אֵיל numero singulari, quod Sym/machus propè atrium: Aquila πρόσωπα, id est, frontem atrij transtulerunt. Sub diuo quoque ælam portæ: Aqui la: ante faciem postium portæ: Symmachus, cõtra faciẽ uestibuli portæ, interpretati sunt. Fenestras absconditas quæ Hebraice appellantur אֲטֻמוֹת Symmachus τοί/χους transtulit. Et ubi dixere Septuaginta, super theim & super ælam, idem Symmachus postes posuit & circũ/stãtias: Aquila, thalamos & frontes eorum: pro quibus in Hebraico scriptum est תָּאִים & אֵלֵי Porrò ela/moth, quod Lxx. & Theodotio similiter ἰλαμὼθ transtu lerunt: Symmachus, circunstantias: Aquila, frontes in/terpretati sunt. Aelam autem pro quo in Hebræo scri/ptum est אֵיל ostium uel porticus appellatur. Pro pal/mis quoque in Hebraico scriptum est תְּמוּרִים nume ro plurali: quia singularis numerus, palmam תָּמָר uo cat. Hæc fastidioso lectori scio molesta fore: sed uolui bre uiter ostẽdere, quantũ temporis lõgitudine imò scripto/rum uitio, & ut apertius loquar imperitia, ab Hebraica ueritate discrepet antiqua trãslatio: præcipueq; in He/braicis nominib. quæ nos de aliorũ æditionibus in Lati num sermonẽ expresim⁹, non tam explanationẽ dictio num q̃ suspicionẽ nostrã simpliciter indicãtes. Puto au/tem inter murũ tẽpli extrinsecus per circuitũ, & ipsam ædem in atrio, hoc est in medio, quædã fuisse propter or natũ posita, quæ Symmachus interpretat circũstantias: id est, stantia quædã & de terræ solo erecta in sublime, & hæc sexaginta cubitorũ obtinere spaciũ. Rursumq; egre dientibus de porta interiori ad faciẽ uestibuli, quod re/spiciebat portam exteriorẽ, quinquaginta cubitos obti/nuisse locum, in quibus fenestræ erant obliquæ: quas Lxx. absconditas: Symmachus τοξικὰς uocat. Et hæ fene

A ſtræ erãt in thalamis, hoc eſt, in cubiculis ſingulis & porticibus quæ ante cubicula tendebantur, obtinentes cubitos quinquaginta. Quæ feneſtræ obliquæ ſiue τοξικὰς, idcirco à ſagittis uocabulũ perceperũt, quod inſtar ſagittarũ anguſtũ in ædes lumen immittãt, & intrinſecus dilatentur: omniaq; per circuitum plena erãt huiuſcemodi feneſtris. Et ante frontes, inquit, porticuum, pictura ſiue cælatura palmarũ: per quæ oſtenditur in introitu portæ, ſtatimq; ingredientibus murũ, ſexaginta occurrere cubita cũ uariis ornamentis, quæ referũtur ad conditionẽ mũdi, ut ex creaturis creator intelligatur, & omnia ordine & ratione currentia, oſtendant mũdi uarietatem, qui apud Græcos κόσμος ab ornatu nomen accepit, & in ſex diebus factus eſt, ut per ſingulos dies, decades ſingulæ ſupputẽtur, quem perfectum numerum ſupra diximus. Poſt hæc ingredientibus nobis atrium interius, occurrũt ante ipſum ueſtibulũ portæ interioris thalami cum obliquis feneſtris, quinquaginta cubitorũ tenentes ſpacium, qui & ipſe ſacratus eſt numerus. Et poſt ſeptẽ hebdomadas plenas feſtiuitatis & gaudij, Ogdoadis prima incipit dies,
B quæ eſt reſurrectiõis, & introducit nos ad uiciniã tẽpli. Cum enim omnia fecerimus, agẽtes prioris erroris pœnitentiam: tũc uicini & proximi efficimur deo, ut in exteriori atrio, notitiam creatoris creaturarũ ordo nos doceat atque conſtantia: & in interiori, uerus iubileus in quo omnia nobis debita dimittuntur, inſtruat θεολογίαν, & introducat ad ſancta ſanctorum. Notandum quoque quod interius atrium plures feneſtras habeat, non directas & æquales, ſed obliquas & anguſtas exterius, & ſe intrinſecus dilatãtes, ut per parua quædã foramina poſſimus ad interiora penetrare, & ad clariſsimi luminis, quod uerſatur in templo, plenitudinem peruenire. Denique poſt ſexaginta & quinquaginta cubitos & thalamos & porticus & frontes porticuum, & feneſtras plurimas per circuitum, palmarum nobis cælatura uel pictura monſtratur, ut de mundo uictoriam poſsidentes, digni efficiamur palmas uidere uirtutum. ¶ Et eduxit me ad atrium, &c.] Pro thalamis triginta, quos uertere Lxx. ſiue gazophylacijs atq; cellarijs, ut interpretatus eſt Aquila: Symmachus poſuit ἐξέδρας. Et pro centũ cubitis exterioris ſpacij qui tendebant uſq; ad portã orientalem: in Hebraico idem cubitorũ numerus & ad aquilonem tendere dicitur: in Lxx. uero nomẽ aqlonis ablatũ eſt. Vir ergo ille qui habebat funiculũ cementariorũ in manu & calamũ menſuræ, & ſtabat in porta: inter cætera quæ prophetæ mõſtrabat aſpectui poſt atriũ ſexaginta cubitorũ, & aliud ueſtibulũ portæ interioris quod tenebat quinquaginta cubitos: eduxit prophetã ad atriũ exterius: ſiue ut in Lxx. continetur, introduxit ad atriũ interius. Satisq; miror iuxta literã & Lxx. quomõ poſt exteriora atrij, ſexaginta & quinquaginta cubitos tenentia: interius ſit atriũ quod in latitudine cẽtum cubitorũ tendatur ſpacijs: niſi forte iuxta myſticos intellectus & profectus ingredientium, quæ interiora in doctrinis fuerint latiora ſint. Introductus autem in atrium interius, ſiue ductus ad exterius atrium, ut in Hebraico continẽt:

HEBR. ginta cubitos, & feneſtras obliquas in thalamis, & in frõtibus eorũ quæ erãt intra portam undiq; per circuitum. Similiter aũt erant & in ueſtibulis feneſtræ per gyrũ intrinſecus: & ante frõtes pictura palmarum. Et ẽduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia & pauimẽtum ſtratum lapide in atrio per circuitum, triginta gazophylacia in circuitu pauimẽti. Et pauimentum in fronte portarum ſecũdum longitudinem portarũ erat inferius. Et

SEPTV. ginta cubitis, & feneſtræ abſcõditæ ſuper theim & ſuper ælam intra portã atrij per circuitum. Et ſimiliter elamoth, & feneſtræ in circuitu intrinſecus, & ſuper ælam palmæ hinc & inde. Et ĩtroduxit me in atrium interius, & ecce thalami & intercolumnia atrij per circuitũ: triginta thalami per colũnas & porticꝰ poſt ianuas in lõgitudinẽ ianuarũ ante columnas inferius. Et

cie portæ inferioris, ſiue ut Lxx. uolunt exterioris uſque ad frontem atrij uel portæ interioris, centum cubitos ad orientem, & ut in Hebraico dicitur, & ad aquilonem. Ex quibus intelligimus illud euangelicum quod à ſaluatore narratur, miſſæ in agrum ſementis in terram bonam, quæ multiplicet fruges pro uarietate uirtutum in tricenarium & in ſexagenarium & centenariũ numerum, huius loci uaticinio conuenire: Et hic enim triceſimus & ſexageſimus & centeſimus numerus ponitur, ut his quaſi gradibus ad perfectam ſcientiam peruenire ualeamus, ita duntaxat ut ad interiora eccleſiæ quinquagenarius nos perducat numerus: qui finito ſeptem hebdomadarum ſabbato, in diem reſurrectionis erupit. Gazophylacia autem appellantur quæ plena ſunt ſpiritualibus diuitijs, de quibus ſcriptũ eſt: Redemptio animæ uiri, propriæ diuitiæ. Super quibus & Paulus apoſtolus gratulatur diſcipulis ſuis: quod pleni ſint omni uerbo & omni ſcientia. Gazæ autem lingua Perſarũ diuitiæ nuncupantur. Vel certe thalami qui Græce dicũtur παστοφόρια, oſtẽdunt ſponſi aduentui cubicula præparata, quæ fuere triginta numero, ut perfectam ætatem habitantium demõſtrarent. Et pauimentum ſtratum erat lapide: ne luto & terra & puluere peccatorum habitantium polluerentur ueſtigia, ſed ut ſuper uiuos incederent lapides, quib. ædificatur templum dei: Siue intercolumnia erant ante thalamorum fores, quæ impoſitum deſuper ædificiũ ſuſtentarẽt. Iſtæ ſunt columnæ, de quibus & Paulus apoſtolus ſcribit: Dexteras dederunt mihi & Barnabæ, Petrus & Ioannes qui uidebantur columnæ eſſe. Et in alio loco: Columna & firmamentum ueritatis. Et in Ioannis apocalypſi legimus: Qui uicerit, faciã eum columnã in templo dei mei, & foras non egredietur amplius. Pauimentum ergo quod erat in fronte portarum, de quo iam diximus, ſiue porticus poſt tergum portarum, quæ habitatores thalamorum ab imbribus defendebant, erat inferius. Semper enim quæ inferiora ſunt in altioribus collocantur, ut ad myſtica atque ſecreta & plena diuitijs ſpiritualibus, aſcenſu & gradibus peruenire poſsimus. Plenusq; numerus atque perfectus in decem decadarum numero eſt: qui & ſementem Iſaac centena fruge multiplicat. Sed quia in terra erat, & adhuc dicere poterat: Aduena ego ſum & peregrinus ſicut omnes patres mei,

C ſtatim intuitus eſt triginta thalamos uel gazophylacia, ſiue ut Symmachus interpretatus eſt exedras, quæ habitationi leuitarum atque ſacerdotum fuerant præparatæ, & pauimẽtum uiuis ſtratum lapidibus ſiue inter columnas, ut oſtendatur interius atrium uel exterius habere ante fores ordinẽ columnarum, & pauimentum in frõte portarum, ſiue porticus poſt tergum portarũ. In quibus porticibꝰ puto columnas ordine fuiſſe diſpoſitas, ut ante gazophylacia eſſent porticꝰ, & in frõtibus porticuum columnæ porticus ſuſtinentes. Pauimentum autem quod ſtratum erat lapidibus & ante porticus atrij tendebatur: inferius erat in aſcenſione porticum, & eandem habebat longitudinẽ quã thalamorum ædificatio poſsidebat. Menſusq; eſt idem uir, in cuius manu erat funiculus & calamus à fa

D

Matth.13.d

Prouer.13.b
Philip.1.b

Gala.2.b

1.Timo.3.d
Apoc.3.c

Gene.26.c

Pſal.38.c

hordeum

HEBRAEI. Et mensus est latitudinem à facie portæ inferioris usque ad frontem atrij interioris extrinsecus, centum cubitos ad oriētem & ad aquilonem. Portam quoque quæ respiciebat uiam aquilonis atrij exterioris mēsus est, tā in longitudine quàm in latitudine, & thalamos eius tres hinc & tres inde, & frontem eius & uestibulum eius, secundum mensurā portæ prioris: quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinem uigintiquinque cubitorum. Fenestræ autem eius & uestibulum & sculpturæ, secundum mensuram portæ quæ respiciebat ad orientem. Septem graduum erat ascensus eius & uestibulum ante eam. Et porta atrij interioris contra portam aquilonis & orientalem. Et mensus est à porta usque ad portam centum cubitos.

SEPTVAG. Et mensus est latitudinem atrij ab eo loco qui erat sub diuo portæ exterioris usque ad interius, sub diuo portæ interioris quæ respiciebat exteriora, cubitos centum & uergebat ad orientem. Et introduxit me ad aquilonem. Et ecce porta respiciens atrium exterius. Et mensus est eam in longitudine & in latitudine, & thee eius tres hinc & tres inde, & elau & elamoth (& quod in Hebraico non habetur) & palmas eius: & factum est secundum mensuram portæ quæ respicit orientem, quinquaginta cubitorum longitudo eius, & latitudo eius uigintiquinque cubitorum. Et fenestræ eius & elamoth & palmæ eius sicut in porta quæ respiciebat orientem, & in gradibus septem ascendebatur ad eam: & elamoth intrinsecus & porta atrij interioris respiciés ad portam aquilonis (& quod in hebraico nō habetur) sicut porta quæ respicit ad orientem. Et mensus est atrium à porta usque ad portam centum cubitorum. Et

A hordeum seuisse, & centesimam frugem messuisse narratur. Necdum enim granum tritici mortuū fuerat in terra, quod multas fruges faceret, & famem Iudaici populi audiēdi sermonis dei, saturaret eo pane qui de cœlo descendit. Quomodo autem centum cubiti non solum ad portam orientalē fuerint, sed & ad portam aquilonis, sequens testimonium demōstrabit. a ¶ Portā quoque quæ respiciebat uiam aquilonis atrij exterioris mēsus est, tam in longitu. &c.] Quid significent uerba Hebraica thee & elau & elamoth, supra plenius diximꝰ, sed & in præsentiarū, collatione sui docebit nostra translatio. Mēsus est autem uir cuius funiculus in manu erat, portam quoque aquilonis atrij exterioris, siue introduxit prophetā per portam aquilonis ad atrium exterius. In quo considerandū, quod primū introducatur per portā aquilonis: secundo per portam austri: tertio per portam orientalem. Ab aquilone enim exardescūt mala super habitatores terræ. Pulchreq; qui habitator terræ est & non aduena atque peregrinus, patet iaculis eius qui uenit ab aquilone, cuius ignita sunt iacula, quæ iuxta Apostolū scuto fidei restinguūtur. Et ad aquilonem exterius atriū nominatur: ad meridiē uero, hoc est ad austrū, non exterius sed interius. Dicit eñ scriptura: Et introduxit me ad atriū interius ad portā australē, quod & in orientali atrio scriptum similiter inuenitur. Primus enim ad uirtutem ingressus est, aquilonē calcare pedibus, & per quinquagenarium & uicesimum & quintum numerū, ad summitatem centenarij peruenire: deinde introduci ad australem plagam, & aquilonis frigus expellere, & tunc ad perfectam uenire uirtutem, id est ad portam oriētalem, in qua oritur sol iustitiæ, & per quam solus ingreditur pontifex. Et hoc obseruandum, quod cum quatuor plagæ sint, de occidentali porta taceatur, de qua in principio sexagesimiseptimi psalmi scriptum est: Iter facite ei qui ascendit super occidentem, dominus nomen eius: ut postquàm nobis præparātibus iter domino, & illud implentibus quod Ioannes Baptista clamat in eremo: Parate uiam domino, rectas facite semitas eius, possimus audire quod in extrema parte eiusdem psalmi dicitur: Cātate deo, psallite domino qui ascendit super cœlum cœli ad oriētem. Quod autem dicuntur thalami tres hinc & tres inde: hoc docet, quod tam litera quàm spiritus, & utraq; intelligentia, & historiæ & tropologiæ, ad trinitatis sacramenta pertineāt. Illudq; quod additur: Et frontem eius & uestibulum secūdum mensurā portæ prioris: orientalē portam significat quæ prior nō ordine, sed merito nuncupatur. Et habebat, inqt, quinquagīta cubitos in longitudine, & uigintiquinq; in latitudine: ut in quinquaginta post septē hebdomadas æterna requies demonstretur, tendens per diem resurrectiōis ad regna cœlorum, in quibus uera requies est. In uigintiquinque autem, de quo numero antea diximus, quinq; sensuum per quinq; ordines quadrangulī mensura seruetur: quorum alterum longitudini, alterum latitudini coaptatur, ut in longitudine requies & delectatio sacratioris scientiæ, in latitudine præsentium quæ ad sensus pertinet ratio demonstretur. Quodq; infertur: Et fenestræ eius & uestibula & sculpturæ, siue ut Lxx. addidere palmæ erant iuxta mēsuram portæ quæ respiciebat ad orientem: hoc subtiliter indicatur, quod quicūque in introitu uirtutum positus, tres & tres thalamos fuerit ingressus, frontemq; & uestibulum mensuræ portæ prioris agnouerit: ad ea perueniat illaq; conspiciat, quæ & in porta orientali plenissime suscepturꝰ est. Porrò quod sequitur: Et septem graduum erat ascēsus eius, & uestibulum ante eam siue interius: hunc habet sensum, quod per septem gradus hebdomadis, & ollæ quæ à facie aquilonis accenditur, & ceremonias Iudæorum quibus dedit deus præcepta non bona, & iustificationes in quibus non uiuant, in eis scandamus ad altiora & ad uestibulum eius, id est portæ: pro quo Septuaginta elamoth trāstulerūt. Quod uestibulum ante portā est siue interius. Nec solum una porta est aquilonis, quæ supra porta appellatur exterior sed & altera interior, quæ habet similitudinē portæ orientalis, ut manifestius dixere Septuaginta. Et porta atrij interior respiciens portā aquilonis: sicut erat porta quæ respiciebat ad orientem. Mensusq; est à porta exteriori aquilonis usque ad portam eiusdem aquilonis interiorem centum cubitos: ut his quasi gradibus atque mensuris, recedētes à porta exteriori, ad interiorē peruenire ualeamus, de cuius numeri sacramento supra dictū est.

¶ Et

Ioan.12.d
Hiere.1.c
Ephe.6.c
Matth.3.a
Psal.67.g

Et eduxit me ad uiam auſtralem, & ecce porta quæ reſpiciebat ad auſtrum. Et menſus eſt frontem eius & ueſtibulum eius, iuxta menſuras ſuperiores, & feneſtras eius & ueſtibula in circuitu, ſicut feneſtras cæteras, in qua erat quinquaginta cubitorum longitudo, & latitudo uigintiquinque, & in gradibus ſeptem aſcendebatur ad eam: & ueſtibulum ante fores eius, & cælatæ palmæ erant, una hinc & altera inde in fronte eius. Et porta atrij interioris in uia auſtrali, & menſus eſt à porta uſque ad portam in uia auſtrali, centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam auſtralē, & menſus eſt portam iuxta menſuras ſuperiores, thalamum eius, & frontem eius, & ueſtibulū eius, eiſdem menſuris, & feneſtras ueſtibulorū eius in circuitu, quinquaginta cubitos lōgitudinis, & latitudinis uigintiquinque cubitos. Et ueſtibulum per gyrum longitudine quinque cubitorum, & latitudine quinq; cubitorum. Et ueſtibulum eius ad atrium exterius & palmas eius in fronte, & octo gradus eius erant quibus aſcendebatur ad eam. Et introdūxit me in atrium interius per uiam orientalem, & menſus eſt portam ſecundum menſuras ſuperiores: thalamum eius, & frontem eius, & ueſtibula eius ſicut ſupra, & feneſtras eius & ueſtibula eius in circuitu, longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine uigintiquinq; cubitorū. Et ueſtibulum eius, id eſt, atrij exterioris: (pro quo Septuaginta, & Symmachus, interiorem, poſuerunt) & palmæ cælatæ in frontibus eius, hinc & inde, & in octo gradibus aſcenſus eius. Et

A a ¶ Et eduxit me ad uiam auſtralem, &c.] Lxx. in eadē uerba cōſentiunt, præter thee & elau & elamoth & ælam, pro quo in Hebræo poſitum eſt ulam. Thee autem interpretatur limen ſiue frons: Elau, circa eum ſiue ſuſtentacula: Elamoth propyla, ſiue ueſtibula. Vlam προπύλαια, id eſt, ante fores. Illud autem quod iuxta Hebraicum poſuimus, & ueſtibulū ſiue προπύλαια in circuitu per gyrum longitudinis uigintiquinq; cubitorū, & latitudinis per quinq; cubitos, in Septuaginta non habetur. Sed & hoc notandum, quod in auſtrali porta iuxta Lxx. non dicatur uia, ſed ſimpliciter: & eduxit me ad auſtrum, & ecce porta quæ reſpiciebat ad auſtrū. Per ſingulos igitur introitus Ezechiel quem confortauit deus, hoc ēm nomen eius ſonat, ducitur: & de porta aquilonis tranſit ad portam auſtralem: cuius frontes & limina προπύλαια ſiue ueſtibula feneſtræq; per circuitum ſimiles habebāt menſuras, quinquaB ginta cubitorum longitudinem, & uiginti quinque cubitorum latitudinē, & per gradus ſeptem aſcendebatur ad eam, id eſt, ad portam auſtralē, & ueſtibulū eius, hoc eſt Elamoth ante fores eius: duæ quoque palmæ cælatæ, de q/bus in ſeptētrionalis plagæ porta diximus. Et hoc tantū admoniſſe ſufficiat, quod quæcunq; ibi ponuntur iuxta intelligētiam uiliorem, hoc eſt, iuxta literam in meridiana porta intelligimus iuxta ſpiritualem ſenſum: Eiſdem enim lineis & hiſtoria currit & Tropologia: ſed illa humilior eſt, iſta ſublimior: Illa hæret terræ, iſta ad cœleſtia ſubuolat. Et in circuitu per feneſtras cuncta plena erant luminis. Singula enim προβλήματα habent terminos ſuos: & proprium per illa ad animam credentis lumen ingreditur: præſertim ſi longitudo uitæ eius quinquagenarij anni, hoc eſt, iubilei myſterio fuerit protelata, & ad diuinioris ſenſus latitudinem potuerit peruenire. In qua latitudine & plateis, agit ſapientia confidenter, & cum ſublimi uoce clamitat, ſeptemq; gradibus ingreditur, ut perueniat ad ueſtibulum, & per palmas propoſiti ſui atque conatus, uictoriā teneat ſempiternā. Et ne putaremus unum eſſe ad auſtralem partē atrium, de ſecūdo dicitur atrio: Et porta atrij interioris in uia auſtrali, & mēſus eſt à porta uſq; ad portam in uia auſtrali centum cubitos, ut poſt hebdomadis & inſtrumenti ueteris ſacramenta, ad terram bonam & euangelij gratiam peruenirem. Nec ſolum in porta auſtrali ſecundum atrium eſt: ſed tertium, de quo nūc dicitur: Et introduxit me in atrium interius ad portā auſtralem, & menſus eſt portam iuxta mēſuras ſuperiores, &c. Singula enim atria habent menſuras & ordines ſuos, & in eiſdem menſuris diuerſa gratia eſt, dum eaſdem res aliter in principio, aliter in profectu, aliter in fine cognoſcimus. Hoc uero quod in Lxx. nō habetur, & ueſtibulum ſiue προπύλαια per gyrum longitudine uigintiquinque cubitorum, & latitudine quinque cubitorum: uidetur faC cere quæſtionē, propter quod in ueteri interpretatione non poſitum eſt, quomodo poſt profectū tertij gradus uigintiqn, que cubiti & quinq; ponantur. Sed tollit ambiguitatem illud quod ſequitur: Et ueſtibulum eius ad atrium exterius, & palmas eius in fronte, ut ſcilicet hoc atriū qđ habebat in longitudine uigintiquinq; cubitos, & in latitudine quinque: non interioris ſed exterioris atrij ſit, ut prioris atrij latitudinem, hoc eſt uigintiquinque cubitos, exterioris atrij poſsideat longitudo, & in latitudine quinque cubitos teneat. Quas mēſuras, id eſt, uigintiquinq;, & qn/q;, ad eoſdē ſenſus referimus, uiſum uideD licet, & auditū, gūſtū, & odoratū, & tactum: quas ſi ad altiora conſcēdimus, quinquies duplicamꝰ, & de carnalibus ſenſibus ſpirituales, ut eſt illud: Leuate oculos ueſtros & uidete, quoniā iam meſſes albæ ſunt ad metendū. Et: Qui habet aures audiendi audiat. Et: Guſtate & uidete quoniā ſuauis eſt dominus, Et: Chriſti bonus odor ſumus deo in his qui credunt. Et in Ioānis epiſtola dicitur: Quod audiuimus & uidimus, & manus noſtræ palpauerunt de uerbo uitæ. Et ad extremum nequaquā ut in ſeptentrionali plaga ſeptem tantum gradus ſufficiūt: ſed poſt ſeptē octonarius ponitur numerus, ut de ſynagoga ad eccleſiam, de ueteri inſtrumēto ad nouum, de terrenis ad cœleſtia tranſeamus. b ¶ Et introduxit me in atrium interius per uiam orientalem, &c.] De ſeptentrionali plaga, in cuius atriū ſeptem tantū aſcendebatur gradibus, tranſit ad auſtralē portā & atrium eiuſdē plagæ, ad quod non ſolū ſeptē, ut ſupra, ſed octo gradibus aſcenditur: uidelicet ut per uetera trāſeamus ad noua, & ut loquar manifeſtius per patriarchas & prophetas ueniamus ad apoſtolos, ut in altero hebdomas, in altero ogdoas ſit. Nunc autem uenit ad ultimum imò ad ſummum: & introducit prophetā per uiam portæ interioris, ſiue per atrium: ad quod itur per uiam orientalē. Via iuxta Septuaginta, in hoc tantū habetur loco, in ſeptentrionali & auſtrali plaga omnino tacita eſt: ut poſsimus intelligere in orientali tantum porta illam intelligendam uiam, quæ dicit: ego ſum uia, ueritas & uita. Per ipſum enim uenimus ad patrem, & de ipſo ſcriptum eſt: Beati immaculati in uia, qui nihil de Chriſto ſiniſtrum ſapiunt, ſed fides eorum pura eſt, &

אֵילָו
אֵילָמוּת
אוּלָם

1 cor. 4. c
Luc. 8. b
pſal. 33. b
2. Cor. 2. d
1. Ioan. 1. a
Ioan. 14. b
pſal. 118

A est,& nequaquàm hæreticorum sorde polluta. Idemq; numerus thalamorum,frontium & uestibulorum & fenestrarum & luminis earum,& eadem mensura longitudinis & latitudinis: quinquaginta uidelicet & uiginti, quinq; cubitorum sacramenta conseruans,& uestibulũ eius portæ siue atrij interioris: quod iuxta Hebraicum exterius ponitur,ut oriẽtali lumine omnia tenentur inclusa, secundum illud quod scriptum est: Nec est qui se abscondat à calore eius. Sin autem & exterius & interius accipimus atrium: sic intelligẽdum est, quod deo & circũfusus sit & infusus,dicens per prophetã: Qui tenet cœlum palmo & terram pugillo, ut omnia ab illo uideantur inclusa. Et rursum: Cœlũ mihi thronus est: terra autẽ scabellum pedum meorum, ut intra omnia esse credẽdus sit, iuxta illud Vergilianum:Principio cœlum ac terras camposq; liquentes: Lucentemq; globum lunæ Titaniaq; astra

B Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus Mens agitat molem,& magno se corpore miscet. Cũq; per arma iustitiæ à dextris & sinistris, per gloriam & ignominiã:per bonam & malam famam, per laudes & uituperationes,uictoriam de isto seculo ceperimus:tunc palmæ nobis dãtur ex utroq; latere:quos nec gaudia mutauere nec mœror, nec prospera nec aduersa superarunt:& nequaquã per septẽ gradus,sicut in Aquilonis plaga: nec per septẽ & octo, sicut in meridie continetur,sed per octo tantum gradus ad summa conscendimus:eo quod sufficiat nobis octonarij numeri, id est,euangelicũ sacramentũ,ut possimus iuxta Apostolũ dicere:Et si noueramus secundum carnem Christũ, sed iam nunc non nouimus eum,subauditur iuxta carnẽ.

a ¶ Et introduxit me ad portam &c.] Multum in hoc testimonio Hebraica ueritas à Lxx.interpretũ æditione discordat.Hoc est enim quod diximus: Ibi lauabunt holocaustũ,& in uestibulo portæ duæ mensæ hinc,& rursum: Vt immoletur super eas holocaustum & pro peccato, in Lxx.non habetur:sed in plerisq; codicibus de Theodotione additum est.Rursum ubi nos diximus:Et labia earum palmi unius reflexa intrinsecus per circuitũ: Lxx. transtulerũt,& πίσω palmi habẽtes dolatũ intrinsecus per circuitũ.Quod uerbũ,utrum Hebræũ,an Græcũ sit scire non possumus nisi hoc tantũ quod pro πίσω Symmachus & Theodotio, χεῖλος, id est,labia: Aquilæ prima æditio ἐπιτάσεις, numero plurali:secunda, labia trãstulerũt:pro quo in Hebræo habet שְׂפָתַיִם Et ubi nos diximus:Super mensas autẽ carnes oblationis: Lxx.posuere de suo.& in mensis desuper tecta: ut operiantur à pluuia & siccitate.Illud aũt quod Hebræis nominib.ædiderũt,Thec,& Elau,& Elamoth,& Aelã,quid significet, & supra admonuimus,& è regione ostendere potest nostra translatio:Nec necesse est super hoc sæpe admonere lectorẽ,& prudẽtiæ eius studioq; diffidere.Introducitur ergo rursum ad portam,quæ respiciebat ad aquilonem: C sed nequaquã ut supra ad atriũ exteriũs,sed interius. In eo enim quod in cõsequentib.dicitur: Vestibulũ eius respiciebat in atriũ exterius:ostẽditur hoc atrium fuisse intrinsecus:Per quæ ꝓfectus ingrediẽtis ostenditur: dũ in

Et introduxit mẽ ad portam quæ respiciebat ad aquilonem,& mensus est secundũ mensuras superiores, thalamum eius,frontem eius,uestibulũ eius,& fenestras eius per circuitũ,longitudine quinquaginta cubitorũ,& latitudine uiginti quinq; cubitorum. Vestibulum eius respiciebat in atrium exterius,& cælatura palmarum in fronte illius hinc & inde, & in octo gradibus ascensus eius. Et per singula gazophylacia ostium in foribus portarum, ibi lauabunt holocaustum. Et in uestibulo portæ, duæ mensæ hinc,& duæ mensæ inde,ut immoletur super eas holocaustum,& pro peccato, & pro delicto. Et ad latus exterius quod ascendit ad ostiũ portæ quæ pergit ad aquilonem, duæ mensæ, & ad latus alterum ante uestibulum portæ, duæ mensæ. Quatuor mensæ hinc,& quatuor mẽsæ inde:per latera portæ,octo mensæ erant,super quas immolabunt: quatuor autem mensæ ad holocaustũ de lapidibus quadris extructæ longitudine cubiti uni & dimidij, & latitudine cubiti unius & dimidij, & altitudine cubiti unius, super quas ponent uasa in quibus immolatur holocaustum & uictimæ. Et labia earum palmi unius, reflexa intrinsecus per circuitum: super mensas autem carnes oblationis.

singulis locis nomina mẽsuræq; sunt ꝑpriæ, & fenestræ per circuitũ luminis plenæ scientiæ uniuersa mõstrantes,& per qn quaginta & uiginti quinq; cubita remissionis diuinorũq; sensuum sacramẽta sunt posita:ut in uestibulo atrij interioris positi, exteriora uideamus, præteritorũ & præsentium notitiam contẽplantes: per quam ueniamus ad duplices palmas atq; uictorias,& octo graduũ mysteria cognoscamus, introgressi gazophylacia: in quibus tẽpli diuitiæ cõtinentur,& lauãtur orationes nostræ ab omni sorde peccati: mensæq; ex utraq; parte binæ sũt positæ, ut primũ immoletur holocaustũ, quod totũ sacer ignis assumat, deinde pro D peccato, & ad extremum pro ignorãtia: quod uel scientes cõmisimus uel ignorantes. Ad latus quoq; exterius iuxta Septuaginta,erat riuus fabrefactus,qui holocaustorum cineres & carnium uirulentias efferebat exterius, siue erant duæ mensæ,& ad latus alterum uestibuli eiusdem portæ duæ mẽsæ:id est,ex utraque parte quaternæ,quatuor hinc, & quatuor inde:& post tergum, siue ad latus earum aliæ octo mensæ,ut simul faciant mẽsas sedecim: quo numero prophetarum mysteria demonstrantur, ut quicquid per euangelicã offerimus dignationem,prædictum eorũ uaticinationibus approbemus. Quodq; inferuntur quatuor mensæ de lapidibus quadris extructæ, & hæ ipsæ ad sacrificium & holocaustum: isti sunt uiui lapides qui uoluuntur super terram, & habent secũ angularem lapidem,quo ueteris & noui instrumenti parietes continentur. Quatuor autem numerus,euãgelica sacramenta demonstrat, longitudine & latitudine habens unum cubitum & dimidium,id est,per quadrũ: quæ simul iuncta,tres cubitos faciunt,qui tres cubiti habẽt in altitudine cubitũ unum: ut mysteria trinitatis unius cubiti,hoc est,diuinæ maiestatis mensura cõseruet,dicente domino ad discipulos:Ite baptizate omnes gẽtes in nomine patris, & filij, & spiritussancti. Nomen autem dei, quasi unius altitudinis cubitus est, qui tres cõplectitur proprietates,& holocausta oblationum nostrarum semper assumit.Super ipsas autem quatuor mẽsas holocaustorum de uiuis lapidibus extructas, quarum longitudo,& latitudo,& altitudo descripta est,ponuntur uasa in quibus immolatur holocaustum martyrum,de quibus dicitur : Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius: & eorum uictimæ, qui continentia & corporis sanctitate, animas suas immolant domino. Mensarumq; istarum nomina, puto in Matthæo, & Luca, Marco & Ioanne apostolis cõtineri: quarum corona desuper

1.Cor.5.d

Matth.28.d

Psal.115.d

A desuper flexa intrinsecus, per circuitum margines ambiebat, ut holocausta continerent intrinsecus, & non passim fluere permitteret, teneretq; carnes oblationis, siue ut Lxx. transtulerũt: Et ipsæ mensæ tectæ erant desuper propter imbrium uiolẽtiam, & æstiui solis nimiã siccitatem: ut carnes desuper positæ, possint dicere cum propheta:

Psal.120.b Per diem sol nõ uret nos, neq; luna per nocte. Quorum alterum, nimijs pluuijs & tempestatibus tribulationum dissoluit oblationes: alterũ uehementi æstu persecutionum arefacit quicquid oblatũ est. Ignosce lector difficultati locorũ: aut si melius quid inuenire potes, doce: libenter discimus, quod nescimꝰ.

a ¶ Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum &c.] Pro gazophylacijs: Lxx. ἡ ἔξεδρα transtulerunt. Illudq; quod nos diximus exedræ siue gazophylacia cãtorum, ab eis prætermissum est. Rursumq; post mensuram uestibuli quinque cubi

B torum hinc & quinq; cubitorũ inde, addidere de suo, & latitudo portæ cubitorũ quatuordecim: cum in Hebræo tantum positum sit: & latitudo portæ trium cubitorum, hinc & trium cubitorum inde. Hæc lectorem admonui, ne translationum diuersitate turbetur: sed ut in præsenti loco & maxime in mensuris templi, Hebraica ueritate contentus sit. Igitur post murum, quem περίβολον. Lxx. transtulerunt, qui totum templum per quadrum ambiebat in circuitu, introductum prophetã legimus in atriũ interius, & deinde ad aquilonẽ, & ad austrum, & ad portam orientalem, & rursum ad aquilonem: De quibus ut potuimus, diximus, & in quorum diuersitatibus, uel nominum, uel mensurarum, quid nobis uideretur, præteritus sermo monstrauit: quorũ sensum testimoniũ salua-

Ioan.14.a toris breuiter ostendit dicẽtis: In domo patris mei multæ sunt mãsiones. Quibus expletis, ingreditur templũ, hoc est, sanctasanctorũ: de quibus nunc dicitur, & intra portam interiorẽ, gazophylacia, siue exedræ cãtorum.

Psal.95.a Ad quos illud imperiũ est: Cantate dño canticũ nouũ.

Luc.2.b Qui cum angelis clamitant: Gloria in excelsis deo, & super terram pax in hominibus bonæ uoluntatis. Quod atrium interius erat situm in latere portæ, quæ respiciebat ad aquilonẽ, & ad austrum, & ad orientẽ: ut semper meminerint cãtores domini, & qui angelorũ officio detinentur, per quos gradus ad summa peruenerint: & mysteria singulorũ locorum diligenter agnoscant. Denicq; uir ille cuius calamus & funiculus erat in manu, introducto propheta in atriũ interius, quod respiciebat uiam meridianam, hæc loquutus est: Hoc est gazophylacium siue exedra: & ut Theodotio posuit, thalamus: qui habitationi sacerdotũ separatus est, obseruantiũ in excubijs templi. Porrò gazophylaciũ quod respicit ad uiã aquilonis, sacerdotum erit, qui excubant ad ministeriũ altaris. In quo notandũ quod sacerdotes quibus custodiæ templi delegatæ sunt, habitant in gazophylacio quod respicit ad uiam meridianam, in qua lux plenissima est. Hi autẽ qui excubãt ad ministerium altaris, in quo offeruntur uictimæ pro peccato, in gazophylacio sint quod C respicit uiam aquilonis: eos qui ab aquilone ueniunt & offerunt uictimas pro peccatis, suscipere & saluare cupiẽtes. Qui utriq; pro officijs suis domino seruientes, appellantur filij Sadoch, qui interpretatur, iustus siue iustificans, omnipotens uidelicet deus, de quo scriptũ est: Iustus dominus & iustitias dilexit, æquitatem uidit uultus eius. Isti autem filij Sadoch de filijs Leui, qui interpretatur, assumptus, & ipsi assumũtur à domino, ut accedãt ad eũ, & nequaquã de solo dicatur Moyse, Moy- Exod.19.d ses accedebat ad dominum, alij uero non accedebãt: sed & omnes qui seruiunt ei & ministrant, domino appropinquare dicũtur. Iste autẽ uir qui introduxit Ezechielem in atrium interius: & ut ita loquar, ad sanctasanctorum, mẽsus est ipsum atrium in quo erant duæ exedræ siue gazophylacia custodum templi, siue altaris habitaculis delegata, & reperit

Et extrà portam interiorem gazophylacia cãtorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ respiciẽtis aquilonem, & facies eorũ contra uiam australem: una ex latere portæ orientalis, quæ respiciebat ad uiam aquilonis. Et dixit ad me, Hoc est gazophylaciũ quod respicit uiam meridianã sacerdotũ, qui excubãt in custodijs templi. Porrò gazophylacium quod respicit ad uiam aquilonis, sacerdotum erit qui excubant ad ministeriũ altaris. Isti sunt filij Sadoch qui accedunt de filijs Leui ad dominum, ut ministrent ei. Et mensus est atriũ longitudine centum cubitorũ & latitudine centum cubitorum per quadrum, & altare ante faciẽ templi. Et introduxit me in uestibulũ templi, & mensus est uestibulũ quinq; cubitis hinc, & quinq; cubitis inde, & latitudinẽ portæ trium cubitorum hinc & trium cubitorum inde. Longitudinem autem uestibuli uiginti cubitorum, & latitudinem undecim cubitorũ, & octo gradibus ascendebatur ad eam, & columnæ earum in frontibus: una hinc & altera inde.

Cap. XLI

longitudinis & latitudinis per quadrum centenos cubi- D
tos: ut sacerdotes dei ministerio seruiẽtes, qui per artam & angustam uiam intrauerant, habeant deambulacra latissima, & in perfecto consummatoq; uirtutum numero commorentur. Et in ipso atrio erat altare ante faciem templi: ut nunq; sanctorũ ad deum cesset oratio. Supra dictus quoq; uir introduxit Ezechielem in uestibulum siue πρόπυλον tẽpli: quod mensus est quinq; cubitis hinc, & quinq; cubitis inde: quoniã qui introductus est, diuinis sensibus fuerat eruditus, & nec dexteram nouerat, nec siniſtram, sed uia regia ingrediebatur. Latitudo autẽ ipsius portæ, per quam introitus erat ad uestibulũ templi, habebat ternos cubitos hinc & inde. In quo scripturæ sanctæ obseruãda elegantia: quod non dixerit, à dextera & siniſtra, ne uideretur in sanctisanctorum siniſtrũ aliquid nominare: sed hinc & inde, id est, ex utraq; parte. Statimq; prudens lector intelligit, trinum numerum ad trinitatis mysteriũ pertinere, quæ porta est ingredientium ad deum: dum & pater in filio est, & filius in patre, & in utroque spiritussanctus. Qui ternus numerus, una porta est eorum qui post baptismũ trinitatis perueniunt ad salutem. Quod autem sequitur: Longitudo uestibuli uiginti cubitorum, & latitudo undecim cubitorum: uidetur facere quæstionẽ, quomodo dualis numerus qui refertur ad duas decadas, & undecimus qui unum uidetur habere minus, ut sacrum numerũ expleat duodecimum, in uestibulo templi esse dicatur. Quod pleriq; sic soluunt: Quamuis sancti sint sacerdotes, & in templi ministerijs collocati, & quotidie uictimas offerant Christo: tamen quia in hoc mortali fragiliq; corpusculo, & ægrotationibus uitijsq; subiecto commorantur, uicenariũ habent numerum & undecimum. Vnde dicebat & Apo- Rom.7.d
stolus: Miser ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Non quod iuxta sæuissimam hæresim abolenda corpora esse credamus: sed quod uoti nostri sit superuestiri, non spoliari, & mortale hoc accipere immortalitatem, & corruptiuum induere incorruptionem. Illud

autem

A autem quod sequitur: Et octo gradibus ascēdebatur ad eam, id est, ad portam interiorem, scientibus Hebræam linguam, facit magnam difficultatem. Denique Symmachus, quem in hoc loco secuti sumus, octo gradꝰ posuit: Septuaginta decem: Theodotio & Aquilæ secunda æditio, undecim: prima autem nullum numerum posuit, sed absolute ait, & gradibꝰ in quibus ascēdebatur ad eam: ut uel iuxta consuetudinem priorum portarum, octo intelligamus gradus: sicut itellexit & Symmachus: uel certe quos habebat porta interior: quorum numerum scriptura nō dixit: pro quo in Hebræo positū est uerohab רוחב id est, & latitudo שתי עשרה aste Esre. Qđ si ita legatur, undecim significat: sinautem pro esre עשרה hoc est, decem, legamus אשר eser, non significat decē, sed pronomē, qui. Hæc Hebræi sermonis expertibus delyramēta uideantur: sed nūc nō controuersias scribimus aut orationes, in quibus ludi solet compositione uerborum, sed explanationes & cōmentarios Hebræorum uoluminum. Verum redeamus ad cœptum: Octo siue decē gradibus, qui perfectus est numerus, aut undecim, de quo iam diximus, ascēditur ad portam sanctorum: in cuius frontibus colūnæ erant,

B una hinc, & altera inde. Non dixit, duæ, ne in dualem incurreret numerum, sed una & una, qui perfectus est numerus: & unione sui imitatur deum. Istæ autem erant co

Apoc.3.c lumnæ duæ, de quibus & in Apocalypsi dicitur: Qui uicerit, faciam eum columnam in templo dei mei, & foras

Gal.2.b non egredietur. Et Petrus ac Ioannes columnæ appellātur ecclesiæ per quos ingredimur ad sancta sanctorum: & quorum doctrina ad Christum, noster introitus est.

Cap. XLI

ET introduxit me in templum, & mēsus est, &c.] Post multa mysteria, uariosq; introitus, & locorū singulorum proprietates, tandē aliquando uir, cuius funiculus cementariorum, & mensuræ calamus in manu erat, Ezechielem prophetam introducit in templum, & mensus est frontem templi: pro quo ælam, Septuaginta & ælim: Theodotio, & in circuitu Symmachus transtulerunt. Et ex utraq; parte latitudo tabernaculi senum cubitorum erat, sacramentum creaturarum omnium continens: In sex enim diebus, mūdus est consummatus. Per quorum notitiam causasq; cōditionis atque rationem, intramus ad templum dei, & ex creaturarum ordine atque cōstantia cognoscimus creatorē. Latitudo autem portæ templi erat decem cubitorū qui sacratus & perfectus est numerus: & in quo mense septimo, die decima mēsis, ieiuniū & propiciatio est. Decima autem die mēsis primi, qui appellatur Nisan, ad immolationem & præparationem pascha, agnus assumitur. Septimo igitur mēse, decimæ offeruntur in dei horrea: siue ut scriptura appellare consue

2.Corin.6.c uit torcularia. Vnde dicit & Apostolus: Dilatamini & uos: ut postquā per decem portæ cubitos templum quis fuerit ingressus, ex utraque parte portæ ipsius latera, siue ut proprie in Hebraico dicitur, humeri mēsurentur,

Gene.49.c qui semper referūtur ad opera. Vnde & Isachar desyderauit bonum, requiescens inter medios cleros: uidensq; requiem, quia bona est, & terram, quia pinguis: supposuit humerū ad laborandū: & factus est uir agricola. Et in ueste pontificis, humerale cum rationali stringitur, ut

ET introduxit mē in templū, & mensus est frontes sex cubitos latitudinis hinc, & sex cubitos latitudinis inde, latitudinem tabernaculi. Et latitudo portæ decem cubitorum erat, & latera (siue humeri) portæ, quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde. Et mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorū, & latitudinē uiginti cubitorum. Et ingrēssus extrinsecus (siue in atriū interius), mensus est in frōte (siue ælam) portæ duos cubitos, & portam sex cubitorum & latitudinē portæ septem cubitorum: (siue & humeros portæ septem cubitis hinc, & septem cubitis inde. Et mensus est longitudinem eius (siue ostiorum) uiginti cubitorum, & latitudinem uiginti cubitorū ante faciē templi. Et dixit ad me: Hoc

rationi opera copulentur, & possit dicere uir ecclesiasticus: A mandatis tuis intellexi. Qui humeri portæ, ex utraq; parte, quinas habebant porticus: ut per terrenos sensus atque diuinos, super quorum differētia sæpe scripsimus, ingrediamur adyta templi: cuius mēsus est uir ille qui ductor pphetæ erat, lōgitudinem quadraginta cubitorum & latitudinē uiginti cubitorum: siue ut melius est, portæ lōgitudinem ac latitudinem: quia supra tātum de latitudine & humeris eius dixerat. Quod autem uicies quadraginta octingētesimum numerū faciat, qui uicinus est octonario, nulli dubiū est. Vnde & in Eccle- Eccls.11.a siaste præcipitur: Da partes septem, da & octo. De cuius numeri sacramēto, crebro disputasse me noui: sī ue quia per tribulationes & angustias huius seculi, intramus ad sanctuariū domini: idcirco longitudo portæ habebat cubitos quadraginta, qui numerus semper in labore positus est. Vnde & Moyses & Helias quadraginta Deute.9.b diebus non comedunt panem, & aquam non bibūt: Et 3.Reg.19.b annis quadraginta populus Israel uexatur & probatur Deute.29.a in solitudine, & per multos labores terram repromissionis ingreditur: Et dominus atque saluator secūdum as- Matth.4.a sumpti corporis fragilitatem, quadraginta diebus tentatur in solitudine: ut post uictoriam accedāt angeli & mi- D nistrent ei. Cum autē per tribulationes & angustias peterimus dicere illud Apostolicum: In omnib. tribulati, 2.Thess.2.c sed non coangustati, atq; illud propheticū: In tribulatio- Psal.4.a ne dilatasti mihi: tunc nobis latissimus aperitur introitus, qui uiginti cubitorum habet latitudinē, & superatis mūdi certaminibus atque terrenis: qui & ipse dualis est numerus, ingrediamur templi penetralia, & audiamus imperantē discipulis dñm: Cōfidite, ego uici mundum. Ioan.16

b ¶ Et ingressus intrinsecus, &c.] Quantumuis proficiamus, semper nobis maior profectus aperitur. Vnde post introitum templi rursum ingredimur intrinsecus: siue ut Lxx. transtulerunt, interius atriū: in cuius fronte siue elau pro quo Symmachus περὶ τὴν πύλην, id est, circa portam: Theodotio Hebraicum אולם el: Aquila, ostiū: nos frōtem interpretati sumus, duo erant cubiti: ut iuxta superiorem sensum per dualem numerum ingrediamur ad eum locum, ubi sunt sancta sanctorum. Vnde & ipsa porta sex cubitorum erat, per quam ingressi, æternam requiē possidemus, quæ in septenario numero demonstratur: Pro quo Lxx. transtulerunt, & latitudinem portæ septem cubitorum hinc, & septem cubitorū inde: in Hebræo & cæteris æditionibus semel tantum septem cubiti in latitudine portæ, positi sunt. Quod autē sequitur: Et mensus est longitudinem eius: siue ut Lxx. trāstulerūt, ostiorum uiginti cubitorum, pro quo in plerisque codicibus iuxta Lxx. quadraginta continentur, latitudinem quoque uiginti cubitorū ante faciem templi: illud significat, quod ante templi faciem & introitū eius, præteriti laboris atque certaminis nobis mensura semper occurrat. Quam enim rationem in singulis numeris duplex numerus possidet, eandem duæ habent decades. Et hoc consyderādum, quod ingressus intrinsecus per portam duorum in fronte cubitorum, & sex habentem cubitos: septēq; in latitudine ex utraque parte, & uiginti cubitos in longitudine: totidemq; in ipsis templi foribus, doceatur propheta qui sit ille locus, uel quo appel-

letur uocabulo. Dixit enim, inquit, mihi: Hoc est sanctũ sanctorum. Sin autem ante templũ, siue ut scriptura cognominat ante faciem templi sanctum sanctorũ est: quãtam beatitudinẽ in templi adytis, & in interioribus eius existimare debemus? De qua propheta loquitur: Hoc labor est in conspectu meo, donec ingrediar in sanctuariũ dei, & intelligam in nouissimis eorum. Sed & hoc notãdum, quod in descriptione tabernaculi dicuntur sancta sanctorum, plurali numero: hic autem sanctum sanctorum, numero singulari: ut post sancta ueniamus ad sanctum: quomodo post multa cantica cantico rũ, quod omnium carminum carmẽ est, & quod canentes, sponsi copulamur amplexibus.

Psal.72.c

a ¶ Et mensus est parietem domus &c.] Quod autem in Septuaginta ponitur: Et de mediis ad tristega, id est, ad tria cœnacula & Thrael, i Hebraico non habetur. Pro Thrael quoq; quod

B nescio qd significet: Neque enim in Hebræo legitur, apud illos וְהָאֵיתִי quod & nos & cæteri transtulerunt, & uidi, ut sequatur ordo testimonij. b ¶ Et uidi in domo altitudinem per circuitum fundata latera ad mensuram calami, &c.] Postquã peruenit ad sanctum sanctorum (de quo supra diximus) uir ille uenerabilis, mensus est sanctisanctorum parietem: qui propter fabricam mundi, & omnem uisibilem creaturam, quæ in sex diebus condita est, sex habebat cubita, & latitudinem unius lateris quatuor cubitorum: non ex uno latere, sed per circuitum. Quatuor autem cubita tenebat per circuitum domus latitudo, ut quatuor elementa monstraret: ex quibus uniuersa compacta sunt & maxime humana corpora, contra quæ sancti dimicantes & subiicientes se animæ potestati, interiora merentur intrare, & domini arcana cognoscere. Ipsa autem latera quæ in circuitu domus erant: & quatuor cubitorum spacio à templi parietibus separabãtur, iuncta sibi erãt: ita ut unum latus, aliud latus contingeret, & haberet in longitudine non triginta & tres cubitos: sed bis triginta

Leuiti.12.a tres, hoc est, sexagintasex. Vetus in Leuitico loquitur testamentum, in ortu maris post unam hebdomadam, & illam quæ genuit, & illum qui genitus est trigintatres explere dies, ut ueniant ad purificationem. Porrò si genuerit fœminam, duplicem obseruari numerum, id est, sexagintasex. Et quia, ut ueniamus ad sanctasanctorum: non solum prima indigemus natiuitate, sed & secunda: ut nati in carne, renascamur in spiritu: Idcirco non sexagintasex, sed bis triginta & trium ponitur numerus, ut utraque natiuitas deo authori debeatur, illiusq; clementiæ, & duplici muro circumeant latera domus quæ templi fulciunt ædificium. Quodq; sequitur iuxta Hebraicum: Et erant quædam eminentia quæ egrederẽtur per parietem domus per latera in circuitu, ut continerent & non attingerent parietem templi: illud significat, quod sancti uiri in multitudine credentium erumpant per parietem templi: per omnia uidelicet latera in circuitu, & contineant ecclesiæ fundamenta, & tamen non tangant parietem templi: tantum uidisse contenti, & de longe inenarrabilia adorasse mysteria. Nunc enim uidemus per speculum in ænigmate, & plenissimam tangere atque comprehendere non possumus ueritatem. Quod autem platea erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam, & in cœnaculum templi deferebat per gyrum: & idcirco latius erat templum in superioribꝰ, & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora & mediũ: puto perspicuum esse lectori, semper angusti ora esse quæ deorsum sunt in ieiunijs, χαμαιτυπίαις, & uictus continentia: paulatimq; dum ad summa conscendimus, latiorem nobis aperiri uiam & impleri quod scriptũ

D est, in tribulatione dilatasti mihi. Per rotũdum autem & per cochleam ascendimus templi cœnaculum: quæ figura inter omnia σχήματα à philosophis quoq; huius seculi pulchrior approbatur: dum & cœlũ, & sol, & luna, & astra cætera, & punctum terræ: in corporibus quoq; humanis, oculi, quasi altera sydera, & figura capitis, quod omnium sensuum receptaculũ est, teretesq; digiti, & fœmina, & brachia hanc præferunt rotunditatem. Porrò cœnaculum templi ad quod de angustioribus ad altiora conscendimus: illud puto esse quod in regum uolumine Helias habuit & Heliseus, & in Apostolorũ Actibus, Tabia, id est δόρκας, & damula nostra possedit quæ bonis operibus ad summa cõscẽderat. Apostolus autẽ Petrus, super quẽ dñs ecclesiæ fundamẽta solidauit, transcẽdit cœnaculũ, & uenit ad tectũ quod significãtius Græce δῶμα dicitur, id est tecti solariũ, & incognita prius seculo ecclesiæ sacramenta cognouit. Saluator quoq; generis humani pascha fecit in cœnaculo, & magno latoq; cœnaculo, atq; omni sorde purgato stratoq;, & ad spirituale conuiuiũ præparato, ubi mysterium corporis & sanguinis, suis tradidit discipulis, & æternam nobis agni immaculati reliquit festiuitatem. Quodq; addidit: Et de mediis ad tristega, id est, tertia cœnacula & θριὰ, uidetur mihi obelo prænotandum. Quid enim necesse est dubia & non scripta diserere: cum in ea quæ Hebræorum tenẽtur libris debeamus incumbere? Sequitur: Et uidi in domo altitudinem per circuitum fundata latera ad mensuram calami, sex cubitorum spacio: & latitudinem per parietem lateris forinsecus quinq; cubitorum, & inter gazophylacia quæ Symmachus ἐξέδρας uocat, latitudinem cubitorum uiginti per circuitum domus. Quibus numeris ostẽditur, quod de mundo hoc, & de terrenis sensibus, & de duali

3.Reg.17.d 4.Reg.4.b Act.9.g

Matt.14.b

duarum

A duarum decadarum numero, qui refertur ad uiginti, nō ſolum in ſanctaſanctorum, ſed & in cœnacula eorum mereamur aſcēdere, & ſemper habere in memoria, quod per ſex dies conditionis noſtræ, & per quinque ſenſus, & per uiginti cubita latitudinis aſcenderimus ad cœnaculum templi, & terrenam humilitatem, ſenſumq; literæ relinquētes, tranſierimus ad ſummitatem eccleſiæ, ſpiritusq; ſācti conſortio gaudeamus. Et oſtium, inqt, lateris ad orationem contra uiam aquilonis, à quo exardeſcūt mala ſuper omnē terram: & quem dominus abacturū ſe à nobis pollicetur, dicēs: Et eum qui ab aquilone eſt, abigam à uobis. Pulchreq; i oſtio contra aquilonem locus orationis eſt, ut ſecūdum Apoſtolum, oremus ſine ceſſatione, & dicamus cum B Hieremia: Non ſileat pupilla oculi mei, uel præſentia mala uitare cupientes, uel agētes gratias pro præteritis. Quamdiu enim in tabernaculo corporis huiꝰ ſumus, ingemiſcimus dicimus q; : Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huiꝰ? Sed & ad uiā auſtralem erat oſtium: & ipſum iuxta Hebraicū habens locum orationis, & quinque tendens cubitis per circuitum. Poſt frigus enim aquilonis ad auſtralem tranſimus calorem: & tamen rurſum orationis quærimus locum, in aquilonis oſtio, ut euadamus pericula: in auſtrali, ut agamus gratias pro præteritis, & ſit nobis uictoriæ ſecura poſſeſsio. Quinque autem cubiti, & in hoc loco diuinos indicant ſenſus, per quos de terrenis ad altiora conſcēdimus. Et ædificium, inquit,

Alias inſtrato

Hiere.1.c

Alias inſtrato

Ioel.2.c

1.Theſ.5.d

B Tirenio.2.f

Rom.7.d

HEBR. Et menſus eſt dōmus longitudinem centum cubitorū: & quod ſeparatū erat ædificiū & parietes eius, lōgitudinis centum cubitorum. Latitudo autem ante faciē domus, & eius quod erat ſeparatū contra orientem, centū cubitorum. Et mēſus eſt longitudinē ædificij contra faciem eius quod erat ſeparatū ad dorſum * אַחֹרִיתָא id eſt, eminentia ex utraq; parte, centum cubitorum: & templū interius, & ueſtibula atrij. Limina & feneſtras obliquas * חַלּוֹנִים in circuitu per tres partes contra uniuſcuiuſque limen, ſtratumq; ligno per gyrum in circuitu, terra autē erat uſq; ad feneſtras, & feneſtræ clauſæ. Super oſtia, & uſque ad domum interiorem, & forinſecus per omnem parietem in circuitu intrinſecus, & forinſecus ad menſuram. Et fabrefacta Cherubim & palmæ, & palma inter Cherub & Cherub: duasq; facies habebat Cherub: Faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte: expreſſam per omnem domum in circuitu. De terra uſque ad ſuperiora portæ, Cherubim & palmæ cælatæ erant in pariete templi. Limen quadrangulū erat, & facies ſanctuarij aſpectus contra aſpectum altaris lignei, trium cubitorum alti tudo eius, & longitudo eius duorum cubitorum: & anguli eius, & longitudo eius & parietes eius lignei.

SEP. Et mēſus eſt ÷ contra .. domū longitudinē cubitorū cētum, & reliqua & ſeparantia & parietes eius, in longitudinē cubitorum centum, & latitudinē contra faciem templi, & reliqua ecōtra cubitorū centum. Et menſus eſt longitudinem ſeparātis contra faciē reliquorū, quæ erant poſt tergum domus illius & reliqua hinc & inde, cubitorū centū longitudinē, & tēplū & anguli, & Aelā exterius ſtrata ligno, & feneſtræ in modum retis factæ, tres ad lucēdū, ut proſpiceretur per eas. Et domus, & ea quæ proxima erāt, ſtrata ligno per circuitum, & pauimētū & de pauimēto uſq; ad feneſtras. Et feneſtræ aperiebantur tripliciter ut proſpiceretur per eas: & uſq; ad domū interiorē & exteriorem, & per omnē parietem in circuitu intrinſecus & extrinſecus menſura & cælata Cherubim, & palmæ inter Cherub & Cherub. Duæ facies Cherub: facies hominis ad palmam hinc, & facies leonis ad palmā inde: cęlatus omnis paries per circuitum à pauimēto uſque ad laquearia cherubim, & palmæ cælatæ. Et ſanctuarium & templum aperiebatur per quatuor angulos contra faciem ſanctorum: uiſio quaſi ſpecies altaris lignei, trium cubitorum altitudo eius, & longitudo cubitorum duorum, & latitudo cubitorum duorum: & cornua habebat. Baſes quoque & parietes eius lignei. Et

quod erat ſeparatum C
uerſumq; ad uiam reſpicientem ad mare, latitudinis ſeptuaginta cubitorum, ut poſt labores, & pericula, & ſeculi iſtius fluctus atq; naufragia: & annos ſeptuaginta, de quib. Hieremias ſcribit, & Daniel, & Zacharias, uerum & legitimū ſeptem decadarum ſabbatū conſequamur, ut ſit nobis æterna requies, & per quinq; cubitorū latitudinē ueniamus ad longitudinē nonaginta cubitorum, in qua ætate de repromiſſione filium Sara generauit, quæ nonaginta annorum, id eſt nouem decadarum, peperit Iſaac, iuncta Abraham cētenario: id eſt, decem decadarum habenti myſterium. Qui numerꝰ qd ſignificet, ſequēs ſcriptura monſtrabit.

Hier.25.e
Dan.9.a
Zacha.7.b
Gene.21.d

a ¶ Et menſus eſt domus longitudinē centum &c.] Verbū contra, quod Septuaginta D trāſtulerūt in principio teſtimonij, ubi ſcriptum eſt: Et menſus eſt cōtra domum, in Hebraico nō habetur: & idcirco obelo prænotandum eſt: ut ſit rectius & uerius, & menſus eſt domum longitudine cubitorum centum & reliqua: Deſcribūtur autem ſanctaſanctorū & templū īterius quod poſt nonaginta cubitos, ex tribus partib. centenos cubitos habere dicatur, perfectum uidelicet numerum decadarum decem: ut & mēte, & ſermone, & operibus domino ſeruiamus: recordantes illius apoſtolici exēpli in quo ait: Vt ſcire poſsimus quæ ſit latitudo, & longitudo, & profundū, & altitudo. Quod autem in Hebraico dicitur, ædificium ſeparatum & parietes eius: Septuaginta, reliqua interpretantur & ſeparātia: quæ non hæreant parietibus

templi,sed propinquos & suos habeant parietes. Ipsum quoq; templum & anguli eius:& Aelam,id est προπύλαιον si
Gen.1.b ue uestibulum,exterius erant strata ligno: sapientia uidelicet,quod lignū uitæ situm in paradiso scriptura cōmemorat. Fenestræ quoq; erāt factæ in modum retis instar cancellorū:ut nō speculari lapide nec uitro, sed lignis interrasilibus & uermiculatis clauderentur, pro quibus in Hebraico, obliquas fenestrashabet,quæ in tribus tātum erāt partib. templi,ad dexteram uidelicet & sinistram,& post tergum:id est ad meridiem & ad aquilonem,& ad occidentem. Orientalis autem pars non habebat fenestras: quia ipse introitus clarum immittebat lumen intrinsecus:& cuncta interiora templi,ianuarum lumine complebātur: ita ut per singulas fenestras & cancellorū foramina intro quis posset aspicere. Et non solū exteriora erant strata ligno, sed tanta erat lignorum copia per circuitum: ut & pauimentum & de pauimento usque ad fenestras, lignis cuncta iungerentur. Quæ fenestræ iuxta Lxx. aperiebātur tripliciter:ut apertis eis,triplex in templo dei intelligen
Prouer.22.c tia monstraretur,iuxta illud quod alibi dicitur: Tu autē describe ea tripliciter. Prospicitur autem per eas non solum interius,sed & exterius:ut quæ interiora sunt,inuisibilia,quæ exteriora,uisibilia cognoscamus,ut aliud mētem,aliud carnem,aliud spiritualem intelligentiā,aliud
B simplicem monstret historiam:& per omnes parietes in circuitu,tam intrinsecus quā extrinsecus erant mēsuræ suæ. Nihil enim absque ratione & mēsura in templo dei, & maxime in sancta sanctorum à deo factum est. Cælata quoq; erāt Cherubim, haud dubium quin in lignis de pauimento usque ad fenestras pertingentibus:& tam fabrefactæ erant cælaturæ, ut non sculptæ, sed appositæ uiderentur. Cherubim interpretatur, scientiæ multitudo. Igitur intrinsecus in interioribus templi post scientiæ multitudinem cælantur & palmæ,in quibus signum uic
Philip.3.e toriæ est,dicente Apostolo: Persequor autem ad statutum brauium supernæ uocationis dei, in Christo Iesu. Quæ palmæ erant inter Cherub & Cherub: ut unum Cherub duarum palmarum lateribus uallaretur: quod Cherub nequaquam,ut in principio huius prophetæ legimus,quatuor habebat facies,hominis scilicet & leonis, & uituli,& aquilæ:sed tantum duas, hoc est,hominis & leonis:quorū primum ad rationem pertinet,sequens ad furorem: qui significantius Græce θυμὸς appellatur. Furorem autem dicimus,non eum qui perturbationi & uitio proximus est:sed qui mentis consolidat molliciem, & fortiorem facit animum dimicātis. In principio enim subiacemus concupiscētiæ,quæ refertur ad uitulū propter terrena opera: & alia sunt carnalia, alia spiritualia, quorum extremū aquilæ deputatur. Cum autem intrauerimus sancta sanctorum,& interiora templi possederimus,nequaquā alia re indigemus,nisi ratione atq; fortitudine: quorum alterum ad sensum atq; prudentiā,alterum refertur ad animi perseuerātiam. Omnis igitur paries per circuitum templi à pauimento usque ad laquearia, Cherubim habebat, & palmas mira arte cælatas: postq; aperiebatur sanctuarium & templū per quatuor angulos cōtra faciem sanctorum. Prius enim habemus scientiæ multitudinē,per quam uictoriā de hoste consequimur:& postea nobis sanctuariū aperitur & templū: quod habet quatuor angulos, & stationē firmissimā:& quæ in nullā partem decliuior sit. Hanc enim habet naturam mensura quadranguli,ut stabili consistat basi,& C
in mystico numero,qui prudenti lectori perspicuus est, elementa quatuor ex quibus constāt omnia,solida perpetuaq; possideat. Et cuncta contra faciē sanctuarij aspiciebant: ante quod sanctuarium,siue in quo sanctuario erat species altaris lignei trium cubitorū altitudine,& longitudine cubitorum duorum:& latitudine cubitorum duorū, qui iuncti, septem faciūt cubitos. Quod altare habebat cornua:& tābases, quàm parietes eius,hoc est,latera erant lignea: in quo scripturæ sanctæ mysteria, humanus sermo non potest explicare: quomodo altare in quo ignis succēdendus erat: mēsa uidelicet thymiamatis nihil ab igne patiatur: sed ut ita dicā,igne purius fiat. Sicut enim sanctorū opera,de quibus scribit Apostolus: Vniuscuiusq; 1.Cor.3.c
opus quale sit,ignis probabit: non pereūt, sed per ignē puriora monstrātur: ita & altaris ligna quæ de lignis paradisi sunt: non cremantur igne uicino, sed puriora reddūtur. Nec mirum hoc de sanctuario,& interioribus templi & altari thymiamatis credere: cum etiam ἀμίαντος, quod ligni genus est,uel lini habens similitudinē: quanto plus arserit,tanto mundius inueniatur. Ignosce lector difficultati:& ueniam tribue pauperis intelligentiæ. Per fenestras enim obliquas & in modū retis factas, & quæ semper clausæ sunt,uix usque ad interiorē domum cordis nostri oculum possumus intromittere,ut omnia quæ
D cernimus in umbra,uideamus & in imagine, & cū Apostolo clamemus: O profundum diuitiarum sapientiæ & Rom.11.d
scientiæ dei: quàm inscrutabilia sunt iudicia eius,& inuestigabiles uiæ illius. Et: Quis cognouit sensum dei, Esa.40.b
nisi ille qui est magni cōsilij angelus,& sua potest dignis aperire mysteria? ἐνδίτας autem Romæ appellant solaria de cœnaculorum parietibus eminētia, siue meniana ab eo qui ea primus inuenit, quæ nonnulli Græcorum uocant. a ¶ Et loquutus est ad me: Hæc est mēsa coram dño,& c.] Multum in hoc loco Septuaginta æditio ab Hebraica ueritate discordat. Vnde hoc solum admonebo,quod pro crassiorib. lignis, στουδαῖα, hoc est, necessaria,siue cura digna transtulerint: & pro obliquis fenestris, abscōditas: & quod in fine testimonij positum est:& mensus est hinc & inde laquearia superliminaris siue uestibuli,per latera domus compacta siue coniūcta, quæ illi dixerunt, ἐζυγωμένα: pro quibus possumus æqui ponderis uertere. Vir ergo ille qui prophetam in abdita templi introduxerat: & inter cætera ostenderat ei altare ligneum: quod & angulos & cornua iuxta Septuaginta,& parietes habebat ligneos,dixit ei: Hoc altare quod respicis,ipsa est mensa coram domino: quæ in similitudine rubi ardet & non comburitur, de qua sanctus loquitur ad deum: Parasti in conspectu meo mensam,ad
Psal.22.b uersus eos qui tribulant me. Duo quoque ostia erant in templo,& in ipso sanctuario: per quæ utriusque instrumenti sacramenta monstrantur, & in duobus ostijs ex utraque parte bina erāt ostiola quæ in se inuicem plicabantur, ut & in historia spiritualem habeas intelligentiam,& in Tropologia historiæ ueritatem: quorū utrunque altero indiget:& si unum defuerit,perfecta caret scientia. Quod autem sequitur: Bina erant ostia ex utraq; parte ostiorū,iuxta literam perspicuum est. Solent enim in maioribus triclinijs bina sibi hærere atque coniungi: ut maior introitus nequaquàm duobus & ingentibus, sed quatuor minorib. claudatur uel aperiatur foribus.

Et loquutus ést ad me: Hæc est mensa cōrā dño,& duo ostia erant in tēplo & in sanctuario,& in duobus ostijs ex utraq; parte bina erant ostiola,quæ in se inuicē plicabantur. Bina enim ostia erant ex utraq; parte ostiorū, & cælata erant in ipsis ostijs templi Cherubim & sculpturæ palmarum,sicut in parietibus quoque expressæ erant. Quamobrem & crassiora erant ligna in uestibuli fronte forinsecus,super quæ fenestræ erant obliquæ: & similitudo palmarum hinc atq; inde in humerulis uestibuli,secundū latera domus latitudinemq; parietum.

Forsitan legendum est, ἐξυ-
γωμένα.

In quibus

A In quibus oſtijs templi, ſiue ſanctiſanctorū cælata erant Cherubim, de quibus ſupra diximus: Et ſculpturæ palmarum, ut poſt ſcientiæ multitudinem, uictoria intrantibus præberetur. Quæ ſculptura palmarum in omnibus quoq; parietibus templi erat. Redditq; cauſas, quare cælatæ fuerint Cherubim in ipſis oſtijs, & palmarum expreſſæ ſimilitudines. Vnde & craſſiora erant ligna in ueſtibulo portæ forinſecus: ut & firmitatē haberēt & cælaturam poſſent recipere. Pulchreq; iuxta intelligētiam ſpiritualem, firmiora & cælata ſunt oſtia: ut & firmitatē habeant & pulchritudinem: ne quis in ſanctaſancto-
1.Par.26.d rum ſimilis Oziæ poſsit irrumpere, & ſibi ſacerdotium uendicare. Super quæ oſtia erant feneſtræ obliquæ ſiue abſconditæ, ut ipſum quoque lumen quod præbebatur intrinſecus, non haberet perfectam ſcientiam, nec clarum lumen & cunctis patens: ſed pleriſque ex parte eſſet abſconditum. Nunc enim uidemus in ænigmate: & necdum nouimus ſicut oportet nos ſcire, cum autem uenerit quod perfectum eſt, tunc quod ex parte fuerat, deſtruetur. Et erat ſimilitudo palmarum hinc atque inde. Eleganter in interioribus templi, & in ſanctisſactorum non poſuit dexteram & ſiniſtram: ne quid ſiniſtrum in C
his quæ magna ſunt & arcana dicere uideretur, ſed hinc atque inde, iuxta illud quod in euangelio ſcriptum eſt: Qui te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Nunquid dicere non potuit, & ſiniſtrā? Sed quando percutitur dextra, præbetur altera dextra: quia in ſancto uiro utrunq; dextrum, utrunque perfectum eſt. Et in humerulis ueſtibuli ſecundum latera domus, latitudinemq; parietum: pro quo Septuaginta tranſtulerunt, in laquearibus Aelam, hoc eſt, propyli, & latera domus, æqualis ponderis ſiue menſuræ: per quæ latenter oſtenditur, & poſtes ſuperliminaris, ſiue ueſtibuli: hoc enim humeruli uidentur ſignificare, & latera domus, & latitudinem parietum, cuncta rationis plena eſſe atque menſuræ: & nihil in templo domini reperiri, quod abſq; menſura & ſapientia conſtitutum ſit.

Commentarij duodecimi in
Ezechielem prophe-
tam, finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVMDECIMVM Commentariorum Ezechielis ad Euſto-chium proœmium.

B TErtiusdecimus explanationum in Ezechielem liber, ſecundus eſt expoſitionis templi: quem & quartumdecimum opitulante ſaluatore noſtro ad finem uſque dictare cupio, illud eiuſdem numeri cum Dauid in quartodecimo pſalmo canens: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Quod & pro difficili & impoſsibili debemus accipere. Vnde & in alio loco quaſi uir deſideriorum enixius depreca- D
tur ac dicit: Vnum petiui à domino, hoc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ, ut uideam iocunditatem domini, & uiſitem templum ſanctum eius. Et rurſum: Quàm dilecta, inquit, tabernacula tua domine uirtutum, concupiſcit & deficit anima mea in atrijs domini. Aemulorum maledicta præuenio, qui non quid ipſi poſsint, ſed quid ego non poſsim, conſiderant: & cum noſtra dijudicent, ſua iudicanda non præbēt, nunquam in agone pugnantes, ſed de pugnantibus ocioſo, imò ſuperbo animo iudicantes. Facile eſt dare dictata de populo, & ſingulos ictus calumniari, ac de alieno ridere ſanguine, & ubi uulnus infigi debuerit, imperiti laniſtæ more diſſerere. Ego in explanatione templi Ezechielis, & cæterorum quæ ad finem ipſius uoluminis pertinent: fateor me pro rei magnitudine nihil dignum ſcribere, & in paucis, ſi qua tamen accipere meruero, gratias agere ſaluatori. Scriptum eſt enim: Niſi credideritis, non intelligetis. Et in alio loco: Si habueritis fidem ut granum ſinapis, & dixeritis monti huic, tranſmigra & tranſplantare in mari, fiet. Et quomodo Apoſtolus granum ſinapis non modicam fidei portionem, ſed totam fidem eſſe commemorat, dicens: Et ſi totam fidem habuero, ita ut montes transferam? Igitur granum hoc ſinapis, etiam ſi modicum fuerit, in magnam ſuccreſcit arborem, & uolatilia cœli habitant in ramis eius. Quamobrem tibi filia Euſtochium quæ noſtra qualiacunque fuerint libenter accipis conteſtatum uolo, & illud rhetoris Victorini breuiter admoneo, ut obſcuritatem uoluminum ex tribus rebus fieri ſcias: uel rei magnitudine, uel doctoris imperitia, uel audientis duritia: quorum primum & ſecundum liquido in hoc opere confitebor: tertium, acumen ingenij tui & deſideriū ſcripturarum facile renuit, quæ priuilegio uirginali, & uictus continentia, non dicam frequentem, ſed iugem hoſpitem poſsides deum.

Igitur tertiumdecimum in Ezechiel arripiamus librum, cuius hoc principium eſt.

A

COMMENTARIORVM Hieronymi in Ezechielem prophetam Liber decimustertius.

ET eduxit me in atrium exterius per uiam ducentem ad aquilonem: & induxit me in gazophylaciũ quod erat &c.] Hoc quod Lxx. transtulerunt ad orientẽ, in Hebraico non habetur: & superfluum esse manifestum est. Quomodo enim educitur ad portam exteriorem ad orientem: cum sequatur, contra portam aquilonis? Illud quod & supra, & in hoc loco posuimꝰ: Et eduxit me in gazophylacium quod erat contra separatũ ædificiũ, & contra ædem uergentem ad aquilonem, pro quo habetur in Septuaginta: Et eduxit me & ecce exedræ quinque de reliquo ædificio, & iuxta separatũ ad aquilonem: Pro separato, quod Aquila & Symmachus transtulerũt: secunda Aquilæ ædi-
B tio, & Theodotio ipsum uerbum posuere gazera: in omnib. גזרת locis similiter exprimentes, multaq; alia quæ in præsenti loco posita sunt inter Hebraicum & Septuaginta: non solum ordine, sed & numero, & uerborum interpretatione discordant: ut si uoluerimus hærere in singulis, & diuersitates eorum quærere & explanare rationẽ, multum aberremus à proposito: Voluerameq; desperatione & magnitudine rei præsens testimonium silentio præterire: sed meliꝰ arbitratus sum quodcunque dicere, quàm omnino nihil dicere, Socraticum illud assumens: Scio quod nescio. Pars enim scientiæ, est scire quod nescias. Postquam igitur ea quæ erant intus, prophe-
ta diligentius cõtemplatus est: eduxit eũ uir, cuius funiculus & calamus erat in manu, ad atriũ exterius, per uiam ducentem ad aquilonẽ, quod & supra iam uiderat, antequã interiora penetraret. Sed aliter uidemus perfectam habentes sciẽtiam: aliter in principio disciplinæ. Et necesse est, ut qui interiora conspexerit, secũdum eandem formam atque mensuras & recõdita sacramenta, etiam quæ exteriora sunt, uideat. Eductus, autem est in gazophylacium, siue ut Symmachus & Lxx. transtulerũt, exedrã: uel ut Theodotio κατὰ τοφόριον, quod in thalamũ uertitur: quod erat contra separatũ ædificium. Quod autem Lxx. addidere p gazophylacio, exedras quinque, in Hebraico non habetur. Quod gazophylacium erat contra separatum ædificium, de quo supra iam diximus, gazera. Separatum autem erat, eos suscipiẽs qui ab aquilone ueniebãt: & erat contra ædem uergentem ad aquilonem, id est, respicientem quidem aquilonis partes, sed non in aquilone positum, ut facilior esset transitus his
D qui aquilonis frigora relinquebant, à quo exardescunt mala super terram. Legimus in Numerorũ libro, Num. 34
tribus Dan & Neptalim & Aser, filiorum Balæ & Zelphæ ancillarũ Rachelis & Liæ, ad aquilonis plagas castra tenuisse: Nunc quoque in facie longitudinis ostij aquilonis centum fuisse cubitos, & latitudinis quinquaginta, ut ex decem decadis, quadrangulus numerus atque perfectus: & ex septem hebdomadibus, qui remissionis est numerꝰ, & in principiũ unionis, id est, ogdoadis erumpit sacerdotalia in templo dei spacia mõstraren tur. Illudq; quod iuxta Hebraicũ iũgitur, cõtra uiginti cubitos atrij interioris: quo Lxx. transtulerunt, descripta erant sicut portæ atrij interioris: hũc habet sensum: qd exterioris atrij centenarius & quinquagenariꝰ numerus, eãdẽ

Cap. XLII

ET eduxit me in atriũ exterius ad oriẽtem contra portã aquilonis, & introduxit me: & ecce exedræ quinq; iuxta partem ædificij, & prope ædificiũ separatum ad aquilonem: e contra cubitis cẽtum longitudinis ad aquilonem, & latitudinis quinquaginta cubitis, descriptæ sicut portæ atrij interioris, & sicut colũnæ atrij exterioris per ordinẽ cõtra faciẽ porticus ternæ, & contra exedras deãbulatio cubitorũ decẽ latitudinis, per cubitos centũ lõgitudinis in interiorẽ uiã cubiti unius, & ostia earũ ad aquilonẽ. Et deãbulationes cœnaculorũ similiter, quoniã eminebant colũnæ à colũnis inferioribus, & spacium simile erat. Et porticus triplices erãt, & colũnas non habebant sicut columnæ in exterioribus: propterea eminebãt ab his quæ erãt inferius & in medio de terra qnquaginta cubitorũ, & lumen exterius sicut exedrarũ atrij exterioris quę respiciebãt cõtra exedras aquilonis, longitudine cubitorum quinquaginta. Lõgitudo enim exedrarũ respicientiũ in atrium exterius, erat cubitorum quinquaginta. Et hæc sunt contra faciem suam, omnes cubitorum centum. Et ostia exedrarum istarum ad introitum orientalem, ut ingrediatur per eadem in

atrio

A ulm habeat quam uicenarius atrij interioris. Si em̃ quatuor quinquies ſupputes, in numero uicenario, utrunq; reperies teſtamentum, ut & lex teneatur in euangelio, & euangelium de legis radice naſcatur. Pro quo numero Lxx. ſimilitudinẽ atrij interioris interpretati ſunt, forſitan formidantes uicenariũ numerũ, in quo offerunt Eſau munera in atrio interiori ponere. Sequit: Et cõtra pauimentũ ſtratum lapide atrij exterioris, ubi erat porticus, iuncta porticui triplici, pro quo Lxx. tranſtulerũt: Et ſicut columnæ atrij exterioris per ordinẽ poſitæ, contra faciem porticuũ tripliciũ. Significat aũt, quod pauimentũ atrij exterioris, uiuo fuerit ſtratũ lapide, ut nec æſtatis puluere, nec luto hyemis, ſacerdotũ ueſtigia polluant. Vnde & dñs aſcenſurus ad patrẽ apoſtolorũ lauat pedes: ut mundatis purgatisq; ueſtigijs ſcandãt regna cœlorum, & imperat apoſtolis, ut in quãcunq; ingreſſi fuerint ciuitatẽ, & non ſuſceperint eos: excutiant pedum ſuorũ puluerẽ, q̃ ſcilicet nihil munerũ terrenorũ ab eis apud ſe remanere patiantur. Non ſolum autem pauimentum ſtratum erat lapide, ſed & porticus erat iuncta porticui triplici. Vna porticus ab imbre & æſtu protegens ſacerdotes, & iuncta porticui triplici: demonſtrat myſterium trinitatis, quod cum patris & filij, & ſpiritus ſancti diuidatur nominibus: tñ una ſibi diuinitate coniungitur. Erat q̃q; ante gazophylacia ſiue exedras uel thalamos, deãbulatio decem cubitorum latitudinis, ad interiora reſpiciens uiæ cubiti unius. Quodq; à Lxx. additum eſt: Per cubitos longitudinis cẽtum: ſuperfluum eſt, quia in Hebraico non habet: quod ponentes, tulerunt id quod habet in Hebræo, ad interiora reſpiciens uiæ cubiti unius, quod nos de Hebraica ueritate tranſtulimus. Significat autem quod ante fores gazophylaciorum oĩm ſiue exedrarũ & thalamorũ fuerit deambulatio, latitudinẽ habens cubitorũ decem, qui & ipſe perfectus eſt numerus: uel propter decalogum, uel propter euangelij ſacramentum. Si enim ab uno per duos & tres ad quartũ numerũ uenias, decenarius euangeliorum numerus efficitur: In cuius latitudine deambulãt ſacerdotes ante ſingula gazophylacia gradientes: ita duntaxat ut ſemper ad interiora reſpiciãt uiæ eius quæ ducit ad cubitum unum, ad cultum uidelicet unius diuinitatis, dicẽte filio ad patrẽ: Reuelaui nomẽ tuũ hominib. Ipſa eſt em̃ uia, interiora reſpiciẽs, quæ dicit in euãgelio: Ego ſum uia, & uita, & ueritas: qa nemo uenit ad noticiã patris, niſi p̃ filiũ. Sequitur: Et oſtia earũ ad Aquilonẽ, ubi erãt gazophylacia in ſupiorib. humiliora: qa ſupportabãt porticus quæ ex illis eminebãt de inferiorib. & mediſs ædificij. Triſtega em̃ erãt & nõ habebãt colũnas, ſicut erãt colũnæ atriorũ: propterea eminebãt de inferioribus & de mediſs à terra cubitis quinquaginta. Quod iungit: oſtia earũ, ſubaudit, exedrarũ, ſiue gazophylaciorũ, de quibus ſermo ſupra fuit. Quæ gazophylacia erant in ſuperioribus, id eſt, in cœnaculis humiliora. Quæ cœnacula aſcendit Helias &

HEB. atrio exteriori, in latitudine periboli atrij quod erat contra uiã orientalem in faciẽ ædificij ſeparati. Et erant ante ædificium gazophylacia, & uia ante faciẽ eorũ iuxta ſimilitudinem gazophylaciorũ, quæ erãt in uia Aquilonis ſecũdum longitudinẽ eorũ, ſic & latitudo eorum. Et omnis introitus eorũ, & ſimilitudines, & oſtia eorũ, ſecundũ oſtia gazophylaciorũ, quę erant in uia reſpiciente ad auſtrum: oſtium in capite uiæ, quæ erat ante ueſtibulum ſeparatum per uiam orientalem ingrediẽtibus. Et di-

SEPTVA. atrio exteriori, ſecundum lumen quod erat in principio de ambulationis ad auſtrum contra meridiem & faciem reliqui ædificij, & ſeparati. Et exedræ & deãbulatio, cõtra faciem ſuã, iuxta menſuras exedrarũ & uiã ad Aquilonem, & longitudinem earum, & latitudinem earum, & omnis exitus earum & introitus & luminaria, & oſtia exedrarum cõtra meridiem: & introitus ab initio deambulacri ad luminare ſpacio calami, & ut ad orientem iretur per ea. Et di-

Helisæus, & dñs cum diſcipulis paſcha facturus, & Tabita quæ & fide apoſtoli, & uirtutum ſuarum merito ſuſcitata eſt. Iſta ſunt cœnacula, de quibus in pſalmo ſcriptũ eſt: Qui rigat montes de cœnaculis ſuis. Niſi enim quis mons fuerit effectus & ad altiora ſurrexerit, pluuijs dñi non irrigabitur, qui pro diuerſitate meritorũ de primo, ſecundo, & tertio irrigatur cœnaculo. Ipſa quoque gazophylacia, hoc eſt, theſauri gazarum domini, in ſuperioribus humiliora ſunt. Quãto em̃ quis excelſior fuerit, tanto cum Apoſtolo humilitate deijcitur, dicẽs: Qui nõ ſum dignus uocari apoſtolus: qa perſecutus ſum eccleſiam dei. Erãt autem ipſa gazophylacia in cœnaculis humiliora, quia ſupportabãt porticus quæ ex illis eminebãt de inferioribꝰ & de mediſs ædificij. Reddiditq; cauſas cur gazophylacia in cœnaculis poſita, humiliora fuerint: Quia ſupportabant, inquit, porticus, quæ libertate aeris fruebãtur, & eminebant de inferioribus & de mediſs ædificij: ut ſecundum cœnaculum pauimento inferioris domus eſſet eminentius, & tertium cœnaculum ſecundo eſſet excelſius, & quanto quis ad ſuperiora cõſcenderet, tanto altiori uteret cœnaculo, quod humilitate creſcebat, dicente domino: Qui uult inter uos maior eſſe, fiat oĩm minimus. Neq; enim columnis alijs portabantur, ſicut in atriorũ columnis legimus, ſed eminebant de inferioribus & de mediſs à terra cubitis quinquaginta, numero remiſsionis omnium debitorum. Hæc ſunt autem triſtegã, de quibus præcipitur: Deſcribe ea tripliciter, conſilio & ſcientia, ut reſpondeas ſermonibus ueritatis his quæ proponuntur tibi. Inferiora igitur & exteriora, columnis indigent: quæ autem altiora ſunt & interiora, columnarum, id eſt, alieni auxilij uſu non egent. Poſt hæc dicitur: Et peribolus exterior ſecundum gazophylacia quæ erant in uia atrij interioris ante gazophylacia: longitudo eius quinquaginta cubitorum, quia longitudo erat gazophylaciorũ atrij exterioris quinquaginta cubitorum, & longitudo ante faciem templi centum cubitorum. Peribolus murũ ſignificat qui erat exterior, & cingebat gazophylacia in uia atrij exterioris, habẽs in longitudine quinquaginta cubitos: de cuius numeri ſacramento crebro diximus. Porrò longitudo ante faciem tẽpli, nequaquam quinquaginta cubitorum erat, ut ante gazophylacia, ſed centum cubitorum: ut poſt remiſſionem omnium peccatorum, perfecta præmia in centenario numero præſtolemur. Pro peribolo ſiue muro, quod Hebraice dicitur גֵּדֵר Lxx. lumen interpretati ſunt, quod uenit extrinſecus, & illuminat cordis noſtri oculos, non ſufficiente natura noſtri luminis, quod uerſatur in ſenſu, perfectum ſcientiæ habere fulgorẽ: niſi extrinſecus per dei gratiã introeat: Quod primũ oculos noſtri cordis illuminat, & oĩe atriũ exteriꝰ q̃d quinquaginta cubitorũ latitudine tendit, facit clareſcere. Poſtea uero cũ uenerimus ante faciẽ tẽpli, perfecta in centenario numero recipiemꝰ præmia. Erat aũt ſubter gazophylacia

4. Reg. 4. b
Mar. 14. b
Actor. 9. g
Pſal. 103. b
1. Cor. 15. b
Mat. 9. e
Prouer. 22. c
Ioan. 17. g
Ibid. 14. d
3. Reg. 17. d

A introitus ab oriẽte, ingredientiusq; in ea de atrio exterio ri. Oportet enim dei nos possidere diuitias, & de atrio exteriori subter gazophylacia orientis introitum reperi re,& per latitudinem periboli,qui respicit uiam orientis uenire ad ædificium quod sanctis est separatum: ante quod sunt gazophy lacia, & in ipsa uia si militudo gazophy laciorum, quæ erant in uia aquilõis. Licet enim ad orientis per ueniamus introitũ, tamen similitudo ma iorum est in minori bus, & nõ possumus ad orientis peruenire lumen, nisi per uiã aquilonis, id est, per minora & humiliora ad maiora & altiora tendamus. In ipso autem introitu, longitudo erat similis latitudinis, id est, eadẽ mẽsura per quadrum, omnisq; ingressus & similitudines, & ostia, eandem habebãt mensuram & similitudinem quam gazophylacia quæ erãt in uia respiciente ad austrum. Per orientem quippe aquilonis frigora restinguentes, peruenimus ad au

B strum in quo spõsus recubat in meridie, & in pleno uersatur lumine. In capite autem eiusdem uiæ, hoc est, orientalis quæ patet ingredientibus ostium est, quod nisi apertum fuerit ab eo qui dicit: Ego sum ostium, & qui habet clauem Dauid, ad uestibulum sanctorum uirtutibus separatũ, & quod ab Aquilone uenientes suscipit, non possumus peruenire. Superfluum est iuxta Lxx. singula loci huius uerba differere, cum & hæc quæ dicta sunt, obscuritate nõ careant, & illa quæ reticemus, similia propè sint his quæ diximus. a ¶ Et dixit ad me: Gazophylacia Aquilonis, & gazophylacia Au. &c.] Vir ille qui ductor prophetæ fuit, postquam eum duxit in atrium exterius, & monstrauit omnia quæ præteritus sermo narrauit, gazophylacia quoque siue exedras, in quibus diutissime commoratus est, dixit ad eum: Hæc sunt gazophylacia uel exedræ thalamiq; ad Aquilonẽ & ad Austrũ, quæ sunt ante ædificium separatum, & appellãtur sancta gazophylacia in quib⁹ uescunt sacerdotes, qui appropinquant ad dñm in sanctasanctorũ. Ex quibus discimus, multas ciborum esse diuersitates, quibus uesci sacerdotibus licet uel nõ licet, & de his ipsis q̃s licet in cibos sumere, non in omnibus sumũtur locis, nec ab omnibus, nec omni tempore. Gazophylacia Aquilonis & Austri puto esse, quæ uel historiæ contineant simplicitatem, uel spiritualis intelligentiæ sacramenta, ut per Aquilonem ueniamus ad meridiem. Neq; enim sic legenda est litera, & historiæ fundamenta iacienda, ut nõ ueniamus ad culmina: nec ita pulcherrimo ædificio tecta ponenda, ut nequaq; fundamenta sint solida. Sacerdotes autem qui uescuntur in cellarijs in quibus multæ diuitiæ continen

Et dixit ad me: Gazophylacia Aquilonis, & gazophylacia Austri, quæ sunt ante ædificium separatum: hæc sunt gazophylacia sancta in quibus uescuntur sacerdotes qui appropinquant ad dominum in sanctasanctorum. Ibi ponent sanctasanctorum, & oblationem pro peccato & pro delicto, locus enim sanctus est. Cum autem ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atrium exterius, & ibi reponent uestimenta sua in quibus ministrant, quia sancta sunt, uestienturq; uestimentis alijs, & sic procedent ad populum. Cũmq; complesset mensuras domus interioris, eduxit me per uiam portæ quæ respiciebat ad uiam orientalem, & mensus est eam undique per circuitum (siue similitudinem domus per circuitum in ordine). Mensus est autem contra uentum orientalem (siue & steti post tergum portæ respicientis ad orientem) calamo mensuræ per circuitum quingentos calamos, in calamo mẽsuræ per gyrum. Et mensus est contra uentum Aquilonis quingentos calamos, in calamo mensuræ per gyrum. Et ad uentum australem mensus est quingentos calamos, in calamo mensuræ per circuitum. Et ad uentum occidentalem mensus est quingentos calamos, in calamo mensuræ. Per quatuor uentos mensus est murum eius undique per circuitum, longitudine quingentorum cubitorum, & latitudine quingentorum cubitorum, diuidentem inter sanctuarium & uulgi locum.

Cap. XLIII.

Ioan.10.b
Esa.22.f

C Exod.14.d

D

eſt: Induimini dominum Iesum Christum: nec his utantur sermonibus, de quibus loquit̃ deus: Mysteriũ meũ mihi & meis: ne incurrant in illud quod saluator prohibet, dicens: Nolite dare sanctum canibus, nec proijcitis margaritas ante porcos: Sed ponent uestimenta sua intrinsecus, quibus induunt̃, quando ministrant in tẽpli adytis: sancta enim sunt, & ad eos qui perfectam nõ habent sanctitatẽ non debent proferri, accipientq; alia uestimenta, & sic procedent ad populum. Sic, inquit, loquẽtur ad populum, quomodo potest audire populus. Vnde & Apostolus Corinthijs loquebatur, in quib⁹ audiebatur fornicatio, & talis fornicatio quæ nec inter gẽtes quidem: Lac uobis potum dedi, non escam, id est, solidum cibum, nec dum enim capere poteratis. Ad quos rursum dicit: Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. Paruulis enim atq; lactentibus non solum non prodest solidus cibus, sed interficit eos, qui perfectæ ætatis hominibus congruit. Illud autem quod à Septuaginta additũ est: Propterea nõ egrẽdientur in atrium exterius sacerdotes, ut semper sancti sint qui offerunt, obelo prænotemus, quia in Hebraico non habetur. b ¶ Cumq; complesset mensuras domus interioris, eduxit me per uiam portæ quæ respiciebat ad uiam orientalem, & mẽsus est eam undique per circui. &c.] Sciendum quod post uentum orientalem & Aquilonem, in uento Australi & Occidentali apud Septuaginta ordo præposterus sit. Illi enim primum posuerunt

Rom.13.d
Matth.7.d
1.Cor.5.d
Ibid.3.d
Gal.4.d

A posuerunt,occidentalem,id est, mare: & postea austra/lem:cum apud Hebræos primum ponatur uentus au/stralis,& postea occidentalis. Quodq; scriptura nūc di/cit:Cumq; complesset mensuras domus interioris, edu xit me per uiam portæ quæ respicit ad uiam orietalem: ostendit cuncta quæ supra dicta sunt,& fo rinsecus, & intrinse/cus,& in interioribꝰ templi,hoc est sancti sanctorum, proprie ad templi ædificium pertinere,& templi interioris. Vnde nunc sequitur:Edu xit me per uiam portæ quæ respiciebat ad uiam orienta lem,& mensus est eam undiq; per circuitum, siue simili/tudinem domus.Per quod demonstratur,nō ipsam do/mum, sed similitudinem domus esse quæ cernitur,quia nunc per speculum uidemus in ænigmate:cum aūt ue/
1.Cor.13.c nerit quod perfectum est,tūc quod ex parte est,destrue/tur. Vnde & Moyses in tabernaculo,& Salomon in ædi/ficio,non ueritatem tentorij & templi, sed similitudinē figuramq; fecerūt:ut per hæc quæ minora sunt & terre/na,ea quæ in cœlestibus & in spirituali ædificio sunt,in/telligere possimus. Vir autē qui prophetam eduxerat, nequaq; in atrium exterius,sed per uiā portæ quæ respi ciebat ad uiā orientalem,primū mensus est contra uen/tū orientalem,id est ad orientalem plagā quingentos ca lamos per gyrū:secūdo ad aquilonem,tertio ad austrū: quarto ad mare,id est,ad occidentem,per quatuor uide licet uentos,murū in circuitu, tam in longitudine, q; in latitudine,hoc est,per quadrum,qui murus simul habe bat duo milia calamos.Sin autem calamus sex cubitorū erat,& παλαιστῆ uno,qui παλαιστὴ sexta pars cubiti est: per spicuum est murum exteriorem habuisse per circuitum calamos duo milia,qui faciūt cubitos duodecim milia, trecentos,trigintatres,& trientem de duobus milibus.
B Prudens lector & diligens legat librum Iesu Naue,& in
Luc.8.c ueniet qūo in suburbanis hæc mensura seruetur. Vnde & legio dæmonū,hunc numerum elegit in suffocatione porcorum,ut qui seruientibus deo, præcepto dñi sepa/ratus est,in contrariā partē referatur ad perditionem eo rū,qui uitam cœno dignam,& sordibus consectantur. Omnis autem murus qui est exterior, & habet spacio/sissimā longitudinē & latitudinem per quadrum, apo/stolorū cōtinet numerū,id est, duodecim milium,ut sin gulis apostolis millenus numerus deputet,& tñ ad mē/surā plenitudinis Christi,& perfecti uiri non ueniat,nisi iungatur ei & παλαιτὴς,qui trecenti,triginta,& tres cubi/ti sunt,& cubiti tertia pars, per quæ sanctæ & uenerabi/lis trinitatis mysterium demonstratur,quæ cingit & ual lat omnia,& habitatores templi sui præstat tutissimos.
Gen.5.c Vnde trecentorum cubitorū arca Noe habet longitudi nē,& triginta cubitorum altitudinem, quæ consumma/tur in uno cubito. Quod autem ibi adduntur quinqua/ginta cubiti in latitudine,remissiōis (ut sæpe diximus)
Luc.3.c significat sacramentum. Vnde & dominus triginta an/norum uenit ad baptismū,& hic ipse propheta in prin/cipio uoluminis sui annum ponit tricesimū,qui trecen/tesimus & tricesimus numerus tribus additis & tertia parte completur. Illud aūt quod per simplicitatē inter/pretationis,dum parū attendimus celeritate dictandi, & Lxx.habent & nostra translatio:murum eius undiq; per circuitum longitudine quingentorū cubitorum, & latitudine quingentorum cubitorum, Hebræus sermo non continet,sed simpliciter,longitudinē quingentorū, & latitudinē quingentorum,ut subaudiatur, calamorū: sicuti quarto supra dictum est,ad orientalem uētum, & ad aquilonem,& ad austrum,& ad mare quingentis ca/lamis,murum partium singulorum ab eo qui tenebat calamum fuisse dimensum. Quingentesimus autem nu
Leui.25.b merus qui uicinus est quinquagenario,quod ad remis/sionem pertineat omnium peccatorū, non solum uetus scriptura,sed & saluatoris in euāgelio uerba demōstrāt, C dicentis:Duo debitores erant fœneratori cuidam,unus Lu.7.f debebat denarios quingētos,& alius quinquaginta. Et murus diuidit inter sanctuariū & uulgi locum. Ex quo intelligimus omnē supra templi descriptionem,sacerdo tum qui sunt filij Sa/doch, fuisse ministe/rijs delegatam.Hunc autem murum, qū tanto spacio dilate/tur & uniuersa cir/cumeat,separare san/ctuarium & uulgi locum.

ET adduxit me ad portam quæ respicie/bat contra orientem, & edu/

Cap. XLIII.

ET eduxit me ad portam quæ respiciebat ad uiā orien talem &c.] Primum de translationis uarietate dicen/dum est.Hoc q̄d ponunt Lxx.Et eduxit me, in Hebrai/co non habetur. Si enim adductus fuerat ad portā quæ respiciebat orientem,quid necesse fuit ut educeretur,cū ideo inductus sit,ut uideret quid in porta fieret orienta/li:Deinde ubi dicitur:Vox erat ei, haud dubium quin dei,quasi uox aquarum multarum,quod & Ioannes in Apo.14.a sua cōfirmat Apocalypsi:Lxx.posuerūt:Et uox castro/rum qua si uox geminantium multorum.Tertio in He/braico continetur:Vidi uisionē secundum speciem quā uideram,quando uenit ut disperderet ciuitatem. Venit autem ille qui in principio huius prophetæ uestitus erat lineis,& atramentarium habebat ad lumbos cum alijs sex,ut disperderet ciuitatem,nō ut ungeret, quod Lxx. transtulerunt,qui quarto dixere:Et uisio currus quā ui/deram,quod in Hebraico non habet.Dicamus stricti͂m de singulis,quantum explanationis patitur difficultas: ne dum studemus breuitati,uelamentū nō solum Moy/si,sed & prophetæ Ezechielis remaneat in nobis,qui cu pimus,reuelata facie ueritatem dñi contemplari.Gloria ergo dei Israel ingreditur per uiam orientalem:per quā & egressa fuerat, qñ ciuitas domini furore percussa est. Ingreditur autē, imò regreditur ad eam quia templum D domini ædificatum in monte mōstrauerat.Et tamē mul to plus est quod in consequentibus dicitur:Leuauit me spiritus,& introduxit me in atrium exterius, & ecce re/pleta erat gloria domini domus.Hic enim gloria tātum dei Israel ingreditur:ibi autem dicitur,quod plenitudo Esa.6.a gloriæ dñi fuerit in templo,de qua & Esaias scribit: Vi/di dñm sedentem super thronum excelsum & eleuatum & plena erat domus gloria eius, quando reuelata facie gloriam domini contemplantes,reformamur in imagi/ Apoca.14.a nem creatoris.Vox quoq; erat dei, quasi uox aquarum multarum, omnium scilicet in toto orbe populorum: ut Gen.32.a Ioannes euangelista interpretatur,siue quasi uox castro rum,& sicut uox geminantium multorum, ut exercitus dei sacramenta cognosceret.Quod intelligēs Iacob,uo/cauit nomen illius loci castra.De quibus & alibi scriptū Psal.67.d est:Currus dei decem milium multiplex milia lætantiū. Vna autem uox dicitur castrorum & multitudinis,pro/pter unum in dei laude consensum. Geminaturq; uox canentium patri,& filio & spiritui sancto:Sanctus, san/ctus,sanctus dominus deus sabaoth,plena est terra glo/ Esa.6.b riæ eius.Sequitur:Et terra splendebat à maiestate eius. Psal.18.a Quod proprie in aduentu Christi factum est, quando Rom.10.d in omnem terram exijt sonus apostolorum, & in fines orbis terræ uerba eorū,quotidieq; impletur in creden/tibus,& ad perfectum complebitur, quando corrupti/ 1.Cor.15.g uum hoc induerit incorruptionē, & mortale istud fue/rit immortalitate uestitum.Quod autem infertur:Et ui/di uisionem secundum speciem quam uideram, quan/do uenit ut disperderet ciuitatem,pro quo Lxx. transtu lerunt:quando ingressus sum,ut ungerem ciuitatem,cū iuxta Hebraicum perspicuum sit:iuxta Lxx.plurimam obscuritatē habet, quomō Ezechiel ingressus sit ut un geret ciuitatē:ad cuius prophetiā commonitionēq; ceci derit: nisi forte illud dicamus, q̄d correptio ꝓphetæ sit unctio ciuitatis,& unctio olei exultatiōis sacerdotalis &

regij

A regij: quod qui libenter receperint, & audire uoluerint, habitat in ꝑpetuū, non ſecundum templum Salomo- C
Pſal.104.b efficiuntur uncti dñi, de quibus ſcriptum eſt: Nolite tan nis ad tēpus: Et loc⁹ eius eſt ille, de quo ſcriptū eſt: Et fa Pſal.75.a
gere Chriſtos meos, & in ꝓphetis meis nolite maligna ctus eſt in pace locus eius, quæ exuperat omnē ſenſum:
ri. Ille autem poteſt iuxta Anagogen, ungere ciuitatem, & locus ueſtigiorum pedum illius apoſtolis dicentibus:
Pſal.86.a de qua ſcriptum: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei, Adoremus in loco ubi ſteterunt pedes eius. Et pulchre Ibid.131.b

qui uidit uiſionē cur rus & myſteriorum dei, quā intuitus eſt Ezechiel ſuper flu uium Chobar, qui onus ponduſq; ſigni ficat. Quid enim gra uius fluminibus Ba byloniis, ſuper quæ
Pſal.136.a Dauid ſedit & fleuit cū recordaretur Siō: De quibus ſcriptum eſt: Præterit em̄ figu
1.Cor.7.f ra huius mundi. Ni hilq; puto in ſeculi huius confuſione eſ ſe perpetuum, ſed o mnia præterire & flu ere. Quæ qui conſi derauerit, cadet ſup faciem ſuam, intelli gens q; procul ſit à maieſtate dei, & fle ctet genua ad patrem in nomine Ieſu Chri ſti. Cūq; ait, ego cor ruiſſem, maieſtas do mini ingreſſa eſt tem plum per uiam por tæ quæ reſpiciebat
B ad oriētem: ſtatimq; me eleuauit ſpiritus, ipſe enim iacens per gere non ualebam, & introduxit me in a trium interius, foris enim ecciderā, & ec ce, qui prius cōſpexe ram gloriā dei Iſrael uenientem per uiam orientalem: uidi re pletam gloria dñi do mum eius, & uocē ad me de domo interio ri loquentem audiui. Quæ qd ſit loquuta, ſcriptura nō narrat,
2.Cor.12.d niſi forte illud Apo ſtoli: Et audiui uerba ineffabilia quæ non licet homini loqui. Vir autē, inquit, qui ſtabat iuxta prophe tam: dixit ad eū, quē perſpicue dominum intelligimus. Cui em̄ alij poterit conueni re quod ſequitur: Fi li hominis, locus ſo lij mei, & locus ueſti giorum pedum meo rū, ubi habito in me dio filiorum Iſrael in æternum: niſi illi qui habitat in eccleſia in medio filiorū Iſrael cernentium deum, &

HEB. ecce gloria dei Iſrael ingrediebatur per uiam orientalem, & uox erat ei quaſi uox aquarum mul tarum, & terra ſplendebat à maieſtate eius. Et uidi ui ſionem ſecūdum ſpeciem quam uideram, quando uenit ut diſperderet ciui tatem, & ſpeçies ſecūdum aſpectum quem uideram iuxta fluuium Chobar, & cecidi ſuper faciem meā. Et maieſtas domini ingreſ ſa eſt templum per uiam portæ quæ reſpiciebat ad orientem. Et eleuauit me ſpiritus, & introduxit me in atrium interius: & ecce repleta erat gloria domini domus. Et audiui loquen tem ad me de domo, & uir qui ſtabat iuxta me, di xit ad me: Fili hominis, lo cus ſolij mei, & locus ueſti giorum pedum meorum, ubi habito in medio filio rum Iſrael in æternum. Et non polluent ultra do mus Iſrael nomen ſan ctum meum, ipſi & reges eorum in fornicationibus ſuis, & in ruinis regum ſuo rum & in excelſis, qui fa bricati ſunt limen ſuum, iu xta limē meum, & poſtes ſuos iuxta poſtes meos, & murus erat inter me & eos, & polluerunt nomen ſanctum meum in abomi nationibus quas fecerunt: propter quod conſumpſi eos in ira mea. Nunc ergo repellāt procul fornicatio nem ſuam, & ruinas re gum ſuorum à me, & ha bita

SEP. eduxit me, & ecce glo ria dei Iſrael ueniebat per uiā orientis, & uox caſtro rū, quaſi uox geminantiū multorum, & terra reſplen debat quaſi fulgur à glo ria per circuitum. Et uiſio quā uidi ſecundū uiſionē quam uiderā, qñ ingredie bar ut ungerē ciuitatē. Et uiſio curr⁹ quā uidi ſcdm uiſionē quā uideram ſuper fluuiū Chobar, cecidiq; in faciē meā. Et gloria dñi in greſſa eſt domū per uiam portę quę reſpiciebat oriē tē. Et aſſumpſit me ſpūs, & introduxit me in atrium interius, & ecce plena glo ria dñi domus. Et ſteti, & ecce uox de domo loquen tis ad me, & uir ſtabat iux ta me, & dixit ad me, uidi ſti fili hoīs locū ſolij mei & locū ueſtigij pedum meo rū, in quibus habitabit no men meum in medio do mus Iſrael in ſempiternū, Et nō cōtaminabunt ultra domus Iſrael nomen ſan ctum meum, ipſi & duces eorum in fornicatione ſua & in homicidijs ducum in medio ſui, cū ponerent li mē meū in liminibus ſuis & poſtes meos iuxta po ſtes ſuos. Et dederunt pa rietē meū quaſi cōnexū in ter me & ſe, et cōtaminaue runt nomen ſanctū meum in iniquitatibus ſuis quas faciebant. Et cōtriui eos in furore meo & in occiſione: Et nunc abijciant fornica tionē ſuam, & homicidia ducum ſuorum à me: et ha bita

dixit, ſteterunt: In ec cleſia enim ſtant pe des dñi, in ſynagoga ambulant & præte reunt. Vt autem ſcia mus hoc dici de ec cleſia, iungitur: Et nō polluēt ultra domus Iſrael nomen ſanctū meū, quod proprie ad eos pertinet qui ſanctæ cōuerſationis in eccleſia cōmoran tur. Qui ſint autē qui polluerint prius no men ſanctum dei, po nit manifeſtius: Ipſi & reges eorum, tā po pul⁹, q; ſacerdotes, in fornicationibus ſuis quibus à deo fornica ti ſunt, & in ruinis re gū ſuorū, qui fruſtra ſibi per ſuperbiā, re gium nomē aſſumūt. Deniq; ſequit̄: Et in excelſis. Arrogās em̄ mēs offendit deū, hu milis ad miſericordiā ꝓuocat. Qui poſt ſu perbiā imo per ſuper D
biam fabricati ſunt li men ſuū iuxta limen dei, & poſtes ſuos iu 2.Tim.3.b
xta poſtes illius. Au diant hæc iuxta lite ram mulierculæ one ratæ peccatis, quæ circunferantur omni uento doctrinæ, ſem per diſcentes, & nun quā ad ſcientiam ue ritatis peruenientes, mentē iunctam deo, non uicinitatem ec cleſiarum & habita tionē proximā, dei in ſe prouocare clemen tiam, quin potius in dignationem dñi cō moueri, quādo in cō ſecratis deo locis, in dignus habitator eſt. Fabricati ſunt, ingt, limen ſuum iuxta li men meum, ut nihil intereſſet inter ſacrū & prophanum, & po ſtes ſuos iuxta poſtes meos: ut unus laico rum & ſacerdotū eſ ſet introitus. Vnde & 1.Cor.11.f
Apoſtolus dicit: Pro bet autē ſe homo, & ſic accedat ad corp⁹ & ſanguinem domi ni. Et ut grauius face ret quod

A ret quod dicebat, sequentem iungit uersiculum: Et murus erat inter me & eos: ut sacerdotalia sacrificia & loca sacramentorum corporis & sanguinis Christi, breuissimus murus diuideret. Et polluerunt, inquit, nomen sanctum meum, in abominationibus quas fecerũt. Quid prodest habitationis uicinia, & medius inter cellulã nostram & altare dñi paries, cũ in his quæ secreto facim⁹ & quæ turpe est etiã dicere, contaminetur & polluatur nomen dñi? Ego hoc arbitror, ꝗd non polluat nomen dñi, nisi ille qui uisus est nomini eius credere, & illius censeri uocabulo. Et qũo tollit membra Christi, & facit membra meretricis, qui prius Christo credidit, sic ille polluit nomẽ dei, qui prius nominis eius fidem susceperit. Aliquin ethnicus & Iudæus cum sint polluti & cõtaminati, imò contaminatio ipsa atque pollutio, nomen dei polluere & contaminare non possunt, quod illi polluũt, ad
Rom.2.d quos dicitur: Nomẽ
B meum per uos blasphematr in gentibus. Propter has igitr causas consumpti eos in ira mea, quia hæc fecere quæ diximus. Et tamẽ clemens dominus rursum prophetæ præcipit, ut iubeat eis procul à se remouere fornicationes pristinas, & ruinas regũ suorum ac principum derelinquere, & repellere non tam à se, quàm à deo, & boni operis statim præmia pollicetur
Ioan.1.d dicens: Et habitabo in medio eorum, de quo & in euangelio dicitur: Medius inter uos stat quem uos nescitis, & habitabit nõ paruo tempore, ut in synagoga, sed in perpetuum, quod in Christi ecclesia cõprobatur. *a* ¶ Tu autem fili hominis ostende domui Israel tẽplum, & confundantur ab iniquita. &c.] Non parui operis est, quod oculis carnis uel mente conspexeris audientibus demõstrare, ut & ipsi tecum uidisse uideãtur. Quamobrẽ scribit & Iosephus, eos qui ad describendam terram missi sunt ab Iesu filio Naue, fuisse γεωμέτρας, & artem quæ nũc philosophorũ propria est, habuisse geometriæ. Domui igitur Israel, eorum qui animo conspiciunt deum, ostenditur domus, hoc est, templum quod Ezechiel situm in monte conspexit, & non solum in monte, sed sicut nunc dicitur in summitate montis, quã nequaquã illam putemus, quæ à Salomone constructa narratur in regum & in Paralipomenon libris. Illa enim alterius ordinis atq; mensuræ est, & in singulis magnam habens diuersitatẽ, tantumq; inferior templo quod nunc ostenditur Ezechieli, ut non solum cultores eius & æditui, sed & ipse fabricator eius Salomon peccauerit, & offenderit deum, licet postea egerit pœnitẽtiam, scribens Prouerbia in qui
Prouer.24.d bus ait: Nouissime ego egi pœnitentiam, & respexi ut eligerem disciplinam. Ista autẽ quæ Ezechieli & per Ezechielem domui Israel ostenditur, talis est, ut qui eam mẽ

HEB. bitabo in medio eorum semper. Tu autem fili hominis ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis, & metiantur fabricã, & erubescant ex omnibus quæ fecerũt. Figuram domus & fabricæ eius, exitus & introitus, & omnem descriptionem eius, & uniuersa præcepta eius, cunctũq; ordinem, & omnes leges eius ostende eis, & scribes in oculis eorum ut custodiant omnes distributiones eius & præcepta illius, & faciant ea. Ista est lex domus in summitate montis. Omnes fines eius in circuitu, sanctum sanctorum erit. Hæc est ergo lex domus. Istæ mẽsuræ altaris in cubito ueriss̃imo qui habebat cubitũ & palmũ siue

SEP. bitabo in medio eorum in sempiternum. Et tu fili hominis ostende domui Israel domum, & cessabunt à peccatis suis, & ui sionem eius, & dispositionem illius, & ipsi sustinebunt tormentũ suum pro omnibus quæ fecerunt. Et describes domũ & præparationẽ eius, & exitus atq; introitus eius, & substantiã eius, & omnia præcepta illius & omnia legitima eius, & omnes leges eius ostendes illis, & describes coram eis, & custodient omnes iustificationes & omnia præcepta mea, & facient ea: & descriptionẽ domus in uertice mõtis: omnes termini eius in circuitu, sancta sanctorũ sunt, Ista est lex domus. Et hæc mẽsura altaris in cubito perfecto cubit⁹, & πα

præcipit, ut iubeat eis procul à se remouere fornicationes pristinas, & ruinas regũ suorum ac principum derelinquere, & repellere non tam à se, quàm à deo, & boni operis statim præmia pollicetur dicens: Et habitabo in medio eorum, de quo & in euangelio dicitur: Medius inter uos stat quem uos nescitis, & habitabit nõ paruo tempore, ut in synagoga, sed in perpetuum, quod in Christi ecclesia cõprobatur. *a* ¶ Tu autem fili hominis ostende domui Israel tẽplum, & confundantur ab iniquita. &c.] Non parui operis est, quod oculis carnis uel mente conspexeris audientibus demõstrare, ut & ipsi tecum uidisse uideãtur. Quamobrẽ scribit & Iosephus, eos qui ad describendam terram missi sunt ab Iesu filio Naue, fuisse γεωμέτρας, & artem quæ nũc philosophorũ propria est, habuisse geometriæ. Domui igitur Israel, eorum qui animo conspiciunt deum, ostenditur domus, hoc est, templum quod Ezechiel situm in monte conspexit, & non solum in monte, sed sicut nunc dicitur in summitate montis, quã nequaquã illam putemus, quæ à Salomone constructa narratur in regum & in Paralipomenon libris. Illa enim alterius ordinis atq; mensuræ est, & in singulis magnam habens diuersitatẽ, tantumq; inferior templo quod nunc ostenditur Ezechieli, ut non solum cultores eius & æditui, sed & ipse fabricator eius Salomon peccauerit, & offenderit deum, licet postea egerit pœnitẽtiam, scribens Prouerbia in quibus ait: Nouissime ego egi pœnitentiam, & respexi ut eligerem disciplinam. Ista autẽ quæ Ezechieli & per Ezechielem domui Israel ostenditur, talis est, ut qui eam mẽ

te conspexerit, cesset ab iniquitatibus suis: non quibusdam, sed omnibus: siue ut in Hebraico continetur: confundatur & sustineat tormentum suũ pro omnibus quæ fecerit. Sustinet autem tormẽtum iniquitatum suarum, qui cessat præterita facere peccata: multumq; prodest ei qui ante peccauerit uidere domum dei, & omnis fabricæ eius nosse rationem, ut & peccare desistat, & habens illius desideriũ, dicat ad dñm: Dñe, *Psal.25.b* dilexi decorẽ domus tuæ, & locũ habitationis gloriæ tuæ. Et iterum: Vnum petiui à *Ibid.26.b* dño, hoc requirã, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ, cũ cœpero uiuere & esse cũ Christo, qui est uita credentiũ. Sequitur: Exitus eius & introitus, subauditur, domus. Exitus autem eorum qui egrediuntur ad eos qui foris sunt, & introitus eorũ qui per magistrorum disciplinam ad interiora penetrant. Et omnẽ, inquit, descriptionem eius, siue substantiã eius, ut Lxx. transtulerunt, quæ nõ tam ad natu D ram domus, q̃ ad supellectilem pertinet atq; diuitias. Et uniuersa præcepta, cunctumq; ordinem, & omnes leges templi

& ωα

ostendes eis, qui portauerũt tormentum iniquitatum suarum, & cessauerunt, siue cõfusi sunt super his quæ ante gesserant. Idcirco autem ostende eis, ut custodiant omnia quæ præcepta sunt. Nihil enim prodest scire descriptionem domus & omnes distributiones eius, de quibus scriptum est: Multæ mansiones apud patrem meũ: *Ioan.14.a* Et iterum: Statuit terminos gentium secundum numerũ filiorũ Israel, siue angelorum dei, nisi feceris quæ præcepta sunt. Domus autem & lex omnium præceptorum dei, & urbs quæ in summitate montis est constituta, illa credenda est, de qua scriptum est: Non potest ciuitas abscondi super montem posita. Et: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei: Quæ perspicue refertur ad ecclesiam, & sita est in eo monte qui in uertice omnium montium est, & à quo uulneratus est princeps Tyri, omnesq; fines & terminus domus huius, sancta sanctorum sunt. In illa domo, hoc est in tabernaculo quod fabricatus est Moyses, & in templo quod à Salomone cõstructum est: interiora tantum ubi erant Cherubim & propiciatorium & arca testamenti & mensa thymiamatis, appellabantur sancta sanctorum. In hac autem domo quæ mõstratur Ezechieli, & quæ in summitate montis est constituta, omnes termini eius reputantur in sancta sanctorum. Quodq; infertur: Hæc est lex domus, uel ad præterita pertinet, de quibus iam dictum est, uel ad ea quæ dicenda sunt postea. *b* ¶ Istæ mensuræ altaris in cubito ueriss̃imo qui habebat cubitum & palmum (siue πα λαιστὴν,) in sinu eius erat cubitus &c.] Scriptum est: Abyssum & sapientiam quis inuestigabit? Et: O profundum *Deu.32.a* *Matth.5.b* *Psal.45.a* *Eccle.1.a* *Rom.11.d*

sapien-

A sapientiæ & scientiæ dei, cuius alt⁹ profunditas, & quis inueniet eã? Multum est si uoluerimus tẽplum Salomonis huic templo & oẽs partes eius & tabernacula cõparare. Quod quia difficillimũ est, interim in præsentiarũ altare quod Ezechieli ostensum est: altari quod in Exodo legimus ex parte modica conferamus. Ibi altare quinq; cubitorum in longitudine & quinq; cubitorum in latitudine, id est quadrãgulum, & trium cubitorũ in altitudine describit: hic uero recedẽs à sensib⁹ quinq; tẽdit ad unionem, in qua cubitus perfectus siue ueriſsimus ponit, cui iungitur palmus, id est, παλαιστὴ, sextã ut supra dixim⁹ habẽs partem cubiti. In sinu autẽ eius, hoc est altaris, erat cubitus, qui scilicet ea quæ igne consumebantur suscipiebat, & in latitudine eius alius cubitus: ut & interiora hoc est secreta, & spacia altaris quæ in latitudine demonstrant, uno cubito finirẽtur. Quod autẽ sequitur: Et definitio usq; ad
B labium eius: pro quo Aquila, Symmachus & Theodotio posuerũt terminum: Lxx. rursum ὄρος interpretati sunt. Cuius uerbi ut ante iã dixi non possum scire rationẽ, nec cuius linguæ sit dicere confidẽter: nisi hoc admonere lectorẽ, q̃d ubi nunc definitionẽ interpretatus sum, supra coronam transtulerim. Illudq; breuiter demonstratur, quod in circuitu ipsius altaris, id est in margine & circulo repandũ fuerit labiũ, & quasi corona in modum lilij, habens in aspectu plurimã uenustatẽ. Quæ definitio siue gisus per circuitũ palmi unius siue παλαιστῆς latitudine tenebatur. Fouea aũt altaris siue profundum & altitudo, pro qua in Hebraico ponitur גֵּב de sinu terræ usq; ad crepidinem nouissimã, uel usq; ad propiciatorium maximum, duobus cubitis erat, & latitudo eius cubiti unius. Inferiora enim & profunda & terræ cohærentia, duali numero, qui & in immũdis animalibus positus est continentur, superiora autẽ & ad crepidinem siue propiciatorium peruenientia, quod Theodotio ipso Hebraico nomine appellauit עֻזְרָה, unius cubiti habent latitudinem, ut dualis numerus transeat ad solitarium, & bonũ nuptiarũ, quod inferius est, ad uniõis perueniat beatitudinẽ. Quodq; sequitur: Et à crepidine minore usq; ad crepidinem maiorem quatuor cubitorum, & latitudo unius cubiti: pro quo in Lxx. positum est: Et à propiciatorio minori usq; ad propiciatorium maius, & Theodotio in utroq; azara transtulit: illud est intelli-
Dan.2.d gendum, quod propiciatoriũ minus, lapis sit excisus de monte sine manibus, & propiciatoriũ maius, ipse lapis C
qui creuit in montem magnum & impleuit uniuersum orbem. Siue iuxta alterũ sensum, propiciatoriũ minus est, qñ exinaniuit se formam serui accipiens, & propicia Phil.p.2.b
torium maius, qñ recepit gloriam quã habuit apud pa- Ioan.16.d
trẽ antequã mũdus fieret. Prius em̃ Christi humiliora cognoscimus, & sic ad diuinitatis eius altitudinem peruenimus, & tñ utriusq; naturæ, propiciatoriũ, hoc est, minoris atque maioris, ad unius altaris pertinet sacramentũ. Inter duo aũt propiciatoria minus atq; maius: quatuor erant cubita, quatuor mundi elementa signantia, quæ & ipsa pueniũt ad unius cubiti altitudinẽ. Et hoc animaduertendum quod in mensura altaris prim⁹ cubit⁹ in latitudine nulli copulat, sed sua unione perfectus est: secũdus autem latitudinis cubit⁹, post duos cubitos crescit ad summum, & tertius cubitus post propiciatoriũ minus & maius p quatuor ele D
menta ad unius cubiti mysterium tendit: ut unus & alter & tertius cubitus in altare dñi, nequaquàm primus, secundus, & tertius: sed un⁹, & unus, & unus esse dicatur. Ipse autem ariel quatuor cubitorum erat, & ab ariel usque sursum cornua quatuor: siue ut in Lxx. dicit, ab ariel usq; ad supe-

HEB. (siue παλαισὴμ,) in sinu eius erat cubitus, & cubitus in latitudine, & definitio usque ad labium eius in circuitu palmi unius. Hæc quoq; erat fossa altaris. Et de sinu terræ usq; ad crepidinem nouissimam duo cubiti, & latitudo cubiti unius, & à crepidine minori usque ad crepidinem maiorẽ quatuor cubiti, & latitudo unius cubiti. Ipse autem ariel quatuor cubitorũ, & ab ariel usque sursum cornua quatuor. Et ariel duodecim cubitorum in longitudine, per duodecim cubitos latitudinis, quadrangulum æquis lateribus. Et crepido quatuordecim cubitorum longitudinis, per quatuordecim latitudinis in quatuor angulis eius, & corona in circuitu illius dimidij cubiti, & sinus eius unius cubiti, per circuitum. Gradus autem eius uersi ad orientem. Et dixit

SEP. & παλαισῦς, sinus illius altitudo per circuitum & cubitus latitudinis, & γεῖσος per labiũ eius in circuitu palmi unius. Et hæc est altaris altitudo à pfundo exordij in sinu eius usq; ad propiciatoriũ magnũ quod erat subter cubitorũ duorum, & latitudo cubiti. Et à propiciatorio minori usq; ad propiciatoriũ maius cubiti quatuor, & latitudo cubiti, & ariel cubitorum quatuor, & ab ariel usq; ad superiora cornuum cubitus. Ipsum aũt ariel duodecim cubitos habebat in longitudine, & duodecim cubitos in latitudine quatuor angulorũ per singulas partes eius: & propiciatoriũ quatuordecim cubitorũ in latitudine per quatuor partes eius, & gisus eius per circuitum gyrans illud dimidio cubito, & circuitus eius cubito per gyrum, & gradus eius respicientes ad orientem. Et dixit

riora cornuum, cubitus unus. Ariel ut plerisq; æstimant interpretatur lux mea deus. De quo & in Esaia prophe- אריאל
ta, ubi scriptũ est: Væ tibi ciuitas Ariel quam expugnauit Dauid siue circundedit, plenius diximus. Vt autem ego arbitror, leo uel fortis dei, quod nomen refertur proprie ad altare, in quo uel illuminatio dei est, uel leo & for Gen.49.b
titudo eius, dicente Iacob ad Iudam: Catulus leonis Iuda: ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti ut leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum? Cubitorũ autem quatuor est & cornua habet quatuor: siue superiora quatuor cornuum uno cubito finiuntur, ut euangeliorum mensura & in totum orbem fortitudo discurrẽs, sub illuminatione dei & leonis fortitudine demonstretur, ad unumq; cubitum perueniant diuinæ confessionis. Et ut paulatim obscuritas præsentis loci manifestior fiat. Sequitur: Et Ariel duodecim cubitorum in longitudine, per duodecim cubitos latitudinis, quadrangulum æquis lateribus. Quod nemo dubitat ad duo- Apo.7.d
decim tribus pertinere, quæ in Ioannis Apocalypsi scriptæ sunt, & ad apostolorum numerum, de cuius sacramento supra dixisse me memini. Per quatuor autem latera mundi, duodeni cubiti simul efficiunt quadragin-

A taocto cubitos ſacerdotalium ciuitatū,ut iſtis quaſi fundamentis in toto orbe diuiſis,eccleſiæ fortitudo ſolideť. Porrò crepido pro qua Lxx. propiciatoriū: Theodotiō ut ſupra Azara,Symmachus περιδρομὴν,hoc eſt,circuitū interpretati ſunt:quatuordecim cubitorū erat lōgitudinis,ꝑ quatuordecim latitudinis,ī quatuor angulis eius,& corona in circuitu eius dimidij cubiti:pro qua rurſum Lxx. πῖσον interpretati ſunt,& ſinus ſiue iuxta Symmachum cōſumatio eius atq; perfectio,cubiti unius per circuitū:illud latenter oſtēdit,quod dominꝰ noſter qui uere propiciatorium dicitur,nō ſolū pro peccatis noſtris,ſed ꝑ omni mūdo per quatuordecim generationes uenerit ab Abrahā uſq; ad Dauid: & rurſum per alias quatuordecim uſq; ad captiuitatē Iechoniæ,& eiuſdē numeri ſacramento ad terrena deſcenderit:ut in tertia τεσσαρακαιδεκάδι, & diuini numeri ſacramento ſaluaret quatuor angu-

B

HEB. Et dixit ad me:Fili hominis, hæc dicit dominus deus:Hi ſunt ritus altaris, in quacunq; die fuerit fabricatum,ut offeratur ſuper illud holocauſtum, & effundatur ſanguis.Et dabis ſacerdotibus leuitis qui ſunt de ſemine Sadoch, qui accedūt ad me, ait dominus deus: ut offerant mihi uitulum de armento pro peccato. Et aſſumes de ſanguine eius, pones ſuper quatuor cornua, & ſuper quatuor angulos crepidinis, & ſuper coronā in circuitu,& mundabis illud & expiabis. Et tolles

mat.8.b los mundi,de quibus ſcriptū eſt:Multi ab oriente & occidente,& ab aquilone & meridie uenient:& accubabūt cum Abrahā,Iſaac,& Iacob in regno cœlorū. Quodq; ſequitur,& corona ſiue giſus per circuitū eius,ſubaudiatur, propiciatorij habebat dimidium cubitum,& ſinus ipſius propiciatorij ſiue cōſummatio atq; perfectio,quā Symmachus interpretatus eſt περιδρομὴν, habebat unū cubitum:illud ſignificat,quod & peccatores & iuſti,dōmini propiciatiōe ſaluentur:dicente apoſtolo Paulo: Reconciliati ſumus deo in ſanguine filij eius.Et de peccato
Rom.5.d ribus dicitur, quod dimidij cubiti menſurā habeāt per circuitū:qui tamen ſaluantur miſericordia creatoris:iu-
Pſal.55.b xta illud quod in pſalmo ſcriptum eſt,Pro nihilo ſaluos facies eos.De iuſtis: quod in uno ſaluentur numero ſolitario atq; perfecto, & imitentur unā diuinitatē,dicente
2.Cor.5.d eodem Apoſtolo: Deus erat in Chriſto,mundū recōcilians ſibi. Quod aūt in fine huius teſtimonij ponitur,& gradus eius uerſi ad orientē: gradus huiꝰ propiciatorij, uel uigintiquatuor libri ueteris inſtrumenti debent accipi: qui habebant citharas in Apocalypſi Ioannis & coronas in capitibus ſuis: uel ſacramētum patris & filij & ſpiritusſancti, in quo uera nobis datur propiciatio. Et
Apo.5.c ut dicamus apertius:propterea graduū numerus incertus relinquitur: ut quantocunq; ſtudio ad altiora ſcandere potuerimus, in inferioribus nos putemus colloca-
Pſal.83.b tos:& cogitemus illud pſalmiſtæ:Ibunt de uirtute in uirtutem. a ¶ Et dixit ad me:fili hominis hæc dicit dominus deus:Hi ſunt ritus &c.] Poſtq; prophetæ mōſtrauit altare,& cubitū eius cubitoſq; duos:& rurſum cubitum & quatuor cubitos:& tertio cubitum, duodecim quoq; cubitos per alios duodecim, & quatuor altaris cornua: Ariel quoq; duodecim cubitorum,per duodecim cubitos,& crepidinē, hoc eſt propiciatorium quatuordecim cubitorū per quatuordecim cubitos, coronā quoq; illius, & ſinū dimidio cubito & uno cubito per circuitū: gradusq; ad orientē,quorū incertus eſt numerus:Locutus eſt uir, cuius calamus & funiculus erat in manu, &

docet eum quomodo altaris opere perfecto, altare debeat expiari & cōſecrari.Primumq; offertur uictima, & C
datur ſacerdotibus de genere Leui qui ſunt de ſeminē Sadoch,quē cur Lxx. Sadduc nominent, ſcire non ualeo. Sadoch autem interpretatur iuſtus:offerturq; iuxta Lxx.& Theodotionē uitulꝰ: iuxta Symmachum taurus: qui Hebraice dicitur פר. Vitulum autem qui prō nobis immolatꝰ eſt: & multa ſcripturarū loca,& præcipue Barnabæ epiſtola, quæ habetur inter ſcripturas apocryphas nominat. Et hircus caprarum ſecūdo offertur die. Vnde & paſcha facturi aſſumūt de grege agnū & hœdum, & qui primum paſcha facere non potuerunt, in ſecundo menſe faciunt:quorū alterū ad iuſtos pertinet: alterum ad pœnitentes. Sin autem Lxx.nobis interpretatio placet, qui dixerūt:die autem ſecūdo tollent hœdos duos īmaculatos pro peccato: audax quidem D
eſt quod dicturi ſumus: ſed tamen aliorum ſimpliciter ponenda ſententia eſt:qūi aiunt duos hœdos immaculatos poſt paſſionem domini oblatos eſſe ad altare domini, Iacobum & Ste- Act.12.a
phanum:quorū alter de apoſtolorum numero: alter de ibid.7.g
ſeptem electis in miniſterium domini princeps fuit.Iſte eſt Iacobus qui trāsformatū ſaluatorē uidit in mōte:qui reſurgētem filiam archiſynagogi cū domino Petroq; & Ioāne intuitus eſt:qui in Catalogo apoſtolorum in quo bina iunguntur nomina,prior fratre ponitur.Hūc interfecit Herodes, & quaſi hœdum immaculatū poſt paſſionem ſaluatoris in die immolauit ſecunda. Stephanum quoq; cuius ſapientiæ & doctrinæ nullus poterat reſiſtere, & qui ſtātem uidit filium ad dexterā patris: & dixit: Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meū: lapidibus obruere Iudæi.Et quomodo quoſdam credentium primitias A- 1.Cor.16.e
chaiæ & Aſiæ apoſtolus nominat,ſic & iſti primitiæ fuere martyrum,quos Chriſti poſtea cōfeſſio coronauit.Et hoc notandū,quod uitulus totus offertur holocauſtum & craſſitudo corporis eius diuino igne conſumitur.Et ſi enim noueramus Chriſtum ſecundum carnem:ſed iam nunc non nouimus eum ſecundū carnem. Iacobus aūt & Stephanus qui ſecūda die oblati ſunt, ſiue hircus qui iuxta Hebraicum narratur oblatus: offertur quidem in uictima:ſed holocauſtum præſentiæ domini reſeruatur. Quod autem tollitur ſanguis, de quo loquitur Petrus, 1. Pet.1.c
redempti ſumus de uana noſtra conuerſatione paternæ 1.Cor.7.d
traditionis precioſo ſanguine Chriſti, & Paulus apoſtolus docet:Precio redempti eſtis:& in alio loco: Pacem fa- Col.1.e
ciens per ſanguinem crucis ſuæ, ſiue in terra ſiue ſuper cœlos: illud ſignificat, quod ſanguine ſaluatoris, quatuor cornua purificentur altaris, id eſt quatuor mundi plagæ: aſpergiturq; corona propiciatorij ſiue baſes per circuitum, ut uniuerſa purgentur, & firma ſit propiciatio.Propterea autē in ſecunda die,uel duo hœdi, de quibus ſupra diximus, uel hircus aſſumitur: quia animal eſt ſemper ad excelſa feſtinans, & nihil periculi ſuſtinēs in præcipitijs,& ibi inuenit uiam,ubi cæteris animanti-

A bus interitus est. Vnde & Græco sermone caprarum & hircorum grex, sublimium conuersatio dicitur: hoc est ἀιπόλιον, quasi ἀιποπόμον siquidem ἄιπος excelsum πόμον conuersationem significat. Porrò altare Christi expiatur sanguine, ut orationes sanctorum mundæ permeent ad deum. Hoc quoq; notandum, quod iuxta Hebraicum ipse Ezechiel, quasi sacerdos uitulum iubetur assumere & holocaustum facere, & sanguinem eius in circuitu aspergere, tam altaris quàm angulorū & coronæ siue basis Septuaginta autem interpretes alios sacerdotes hoc facere demonstrāt: de quibus dictum est: Dabis sacerdotibus leuitis qui sunt ex semine Sadoch, qui accedunt ad me.

a ¶ Cumq; compleueris expians illud, offeres uitulum de armento immaculatum: & arietem de grege immacu. &c.]

B Postquàm altare & mensuræ eius in mōtis uertice demonstratæ sunt: rursumque expiatio & consecratio illius prophetæ ostensa est, per unum uitulum immaculatum & hircum siue duos hœdos: quorum primum ad dominum saluatorem duo sequentia ad apostolos ministroscq; retulimus: ne in consecratione spiritalis altaris & proprie ad ecclesiam pertinentis, lex & prophetæ uiderentur excluſi: propterea consecrato altari, uitulus immaculatus assumitur & aries, & offertur in conspectu domini, & filij Sadoch, hoc est iustorum sacerdotes aspergunt super capita eorum sal, ut & lex & prophetæ sapore euangelij condiantur. Nec ullum est sacrificium iuxta legis imperium & interpretationē Apostoli, qui ait: Sermo uester sit sale cōditus, quod sale careat. Vtrunq; autē offertur holocaustum domino, ut corpus pinguis literæ, quod significatur in lege, & prophetiæ nubilum, igne domini, hoc est spiritusancto, de quo dicit Paulus: Spiritu feruentes, in spiritualem & tenuem substantiā conuertantur. Volumus scire apertius qui sit uitulus de armento immaculatus, & aries de ouibus purissimo uellere. Intelligamus Moysen & Heliam: quorū prior mansuetissimus fuit inter omnes homines qui uersabantur in terra: alter ardore fidei similis Moysi. Vnde & audebat dicere: Ego relictus sum solus. Quod autem in Hebraico scriptum est: Offeres uitulū, in Lxx. offerēt sacerdotes, nulla sit quæstio. Et ipse enim Ezechiel cui hæc dicuntur, de numero sacerdotum est, plenæ ætatis atq; perfectæ, & sacerdotalem gradum prophetiæ auxit gratia. Et Moyses & Helias uidentur in monte cum domino, id est lex & prophetæ, qui ei nunciabāt quæ Hierosolymis passurus esset. Expiato autem altari: septem diebus offertur hircus siue hœdus pro peccato quotidie, & uitulus de armento, & aries de pecoribus immaculatus, ut per hæc sacrificia septem dierū ad perfectum expietur altare. In septem diebus sabbatismus ostēditur: qui iuxta Apostolum populo dei reseruatur: in quibus æternam ueramq; speramus requiē: & nequaq; seruile opus faciamus peccatorum. In hirco autē & uitulo & ariete: tria generalia delicta monstrantur: quibus omne mortalium subiacet genus. Aut enim cogitatiōibus, aut sermone, aut opere peccamus. Cogitatio refertur ad arietē, quæ prima est omnium peccatorū, & ex q̄ alia duo peccata nascuntur. Hœdus autē siue hircus, ad eloquium siue sermonem, qui semper de excelsioribus disputat. Opera uero proprie uitulo deputantur: quoniam uomeri & labori & terrenis operibus mancipatus est. Hæc igitur immaculata per septem dies ueri sabbati atq; perfecti deo offerre debemus & expiare altare, ut oratio nostra munda perueniat ad deum. Quod aūt infertur: Et mundabūt illud & implebunt manum eius: quod & Hebraicum & cæteri interpretes transtulerunt: illud significat, quod ipsius quoq; altaris: pro cuius expiatione offertur sacrificium, donacomplenda sint, sicut offertur pro sacerdotibus & populo atq; pōtifice: ne quid uacuum stetisse uideatur in conspectu domini. Pro quo posuere Septuaginta. Et mundabunt illud, & implebunt manus suas, ut subaudiatur sacerdotes: qui cum pleni fuerint bonis operibus, hoc enim plenæ significant manus, transacto sabbato, ueniāt ad diē resurrectionis octauam, & dicant cum Apostolo: Resurreximus cum Christo: & ultra octauā tendant ad cœlestia, & offerant pro nobis holocausta: siue quæ pro pace peccatorū nostrorum, & salute sunt nostra, ut per ignem spiritussancti, omnia quæ cogitamus, loquimur & facimus, in spiritualem substantiam conuertātur: & huiuscemodi dominus delectatus sacrificijs nobis placabilis fiat. Cap. XLIIII

Et con-

HEB. Et tolles uitulum qui oblatus fuerit pro peccato: & cōbures illum in seperato loco domus extra sanctuarium. Et in die secunda offeres hircum caprarum immaculatū pro peccato: & expiabunt altare sicut expiauerunt in uitulo. Cumq; compleueris expians illud: offeres uitulum de armento immaculatum: & arietem de grege immaculatum. Et offeres eos in conspectu domini, & mittent sacerdotes super eos sal: & offerent eos holocaustū domino. Septē diebus facies hircū pro peccato quotidie: & uitulū de armēto & arietem de pecoribꝰ immaculatos offerent. Septem diebus expiabunt altare & mundabunt illud & implebunt manum eius. Expletis diebus, in die octauo & ultra facient sacerdotes sup altare holocausta uestra & quæ pro pace offerunt, & placatus ero uobis, ait dominus deus.

Cap.

SEPTVAGINTA, Et tollent uitulum pro peccato & comburetur in loco seperato domus extra sancta. Et die secunda tollent hœdos duos de capris immaculatos pro peccato, & expiabunt altare sicut expiauerunt in uitulo. Et cum cōpleueris expiationem: offerent uitulum de bobus immaculatum, & arietem de ouibus immaculatum: & offeretis coram domino, & aspergent sacerdotes super ea sal, & offerent ea holocausta domino. Septem diebus facies hœdū pro peccato quotidie, & uitulum ex bobus, & arietem de ouibus immaculatum facient septem diebus. Et expiabunt altare & mundabunt illud & implebunt manus eorum & consummabunt dies. Et erit à die octauo & ultra, facient sacerdotes super altare holocausta uestra & pro salute uestra, & suscipiam uos, dicit dominus deus.

XLIIII.

Et con-

Leu.4.a

Ezech.44.a

Rom.12.c

Num.12.a

3.Reg.19.b

D

Rom.6.d

Colos.3.d

ET conuertit me ad uiam portæ sanctuarij exterioris quæ respiciebat &c. eritq; clausa principi &c.] Pro eo quod in Hebraico scriptum est: erit clausa principi: Septuaginta transtulerunt, erit clausa, quia dux ipse sedebit in ea. Multæ sunt portæ quas in descriptione tẽpli Ezechielis scriptura cõmemorat, tã intus q; foris. Altaris quoque figurã, & cõsecrationẽ & sacrificia sermo præteritus percurrit. Quo finito, uenit ad portã sanctuarij exteriorẽ quæ respiciebat ad oriẽtẽ & erat clausa: statimq; uir ille q erat ductor prophetæ, & ei omia demõstrabat: locutꝰ est ad eũ: Porta hæc quam respicis clausam, semper clausa erit & nõ aperietur: nullusq; uirorũ transibit per eã. Et reddit causam cur clausa sit semper: quoniã dñs deus Israel ingressus est uel ingredietur per eã: eritq; clausa iuxta Hebraicũ principi, quem ducem Lxx. transtulerunt. Qui princeps & dux, id est נָשִׂיא sedebit in ea, ut comedat panem corã dño: & per uiam uestibuli portæ ingredietur, & per ipsam egredietur. Quæ nam ista porta est, quæ semper clausa est, & solus dominus deus Israel ingreditur per eã? Nempe illa de qua salMatt.23.b uator loquitur in euãgelio: Væ uobis scribæ & PharisæiLuc.11.g hypocritæ, & uæ uobis doctoribus legis: qui tollitis clauB uem scientiæ: ipsi nõ ingredimini, & intrantes prohibetis. De hac sub nomine libri scribit & Esaias: Erunt uerEsa.29.d ba libri istius sicut uerba libri signati: quẽ cum dederis homini nescienti literas, & dixeris ei, lege: respõdebit tibi, nescio literas. Et dabunt illum homini scienti literas, dicentes, lege: & dicet, non possum legere, quia signatus est. Iste autẽ liber est: cuiꝰ nemo potest soluere & aperire signacula: neq; in cœlo, neq; in terra, neq; sub terra: nisi Apo.5.a ille de quo in Apocalypsi Ioannis dicitur: Ecce uicit leo de tribu Iuda, radix & genus Dauid: ut aperiat librum Phil.2.a & soluat signacula eius. Prius enim q; saluator humanũ corpus assumeret, & humiliaret se formã serui accipiens clausa erat lex & prophetæ & omnis scientia scripturarũ: clausus erat paradisus. Postq; aũt ille pepẽdit in cruce, Luc.23.f & locutꝰ est ad latronẽ: Hodie mecũ eris in paradiso: sitim uelum templi scissum est, & aperta sunt omnia: ablato q; uelamine dicimꝰ: nos aũt omnes reuelata facie gloz.Cor.3.d riam dñi contẽplantes, in eandẽ imaginem transformamur à gloria in gloriã. Sinautẽ reuelata sunt omnia, in Christo enim iuxta sermonẽ Pauli omnia reuelant, quomodo porta clausa erit & nõ aperietur: & uir non transibit per eã? Ex quibus discimus, quãuis ad summã scientiam uenerimus, cõparatione diuinæ scientiæ, nunc ex 2.Cor.13.c parte nos scire & ex parte cognoscere, quando aũt uenerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est destruetur. Vnde & in alio loco ipse apostolus imperfectum se Philip.3.c esse loquitur, rursumq; perfectũ. Quod si interpretationẽ caret, uidetur esse contrariũ. Dicit enim: Non quia iã accepi, aut quia iam perfectus sum. Fratres ego me non arbitror cõprehendisse: Vnum uero, posteriora obliuiscens & ad priora me extẽdens, statutum persequor ad brauium supernæ uocatiõis dei. Cumq; putaremus eũ secundum professionem suam non esse iam perfectum: & magis quærere q; inuenisse quod uerum: non solum se sed & alios dicit esse perfectos: Quotquot ergo perfecti sumus hoc sapiamꝰ. Est autem sensus huius loci. Ad comparationem hominum cæterorum, qui curam non habent noticiæ scripturarum nec mysteriorum dei, perfectum esse me fateor: quantum autem ad scientiam diuinæ maiestatis, nunc in ænigmate uideo & per nubilũ & caliginem: & dico cum propheta: Mirabilis facta est C scientia tua ex me: confortata est & non potero ad eam. Psal.138.a Hæc igitur porta, quæ omnibus clausa est (uir enim non transibit per eam) erit clausa principi siue duci, & illius aduentu reserabitur, qui sedebit in ea ut comedat panẽ coram domino: de quo ipse in euangelio profitetur dicens: Meus cibus est ut faciam uoluntatem eiꝰ qui me misit, & compleam opus eiꝰ. Ipse est princeps & pontifex secundum ordinem Melchisedec, & hostia & sacerdos: q in cõspectu patris nobiscum cœlestem comedit panem & uinum bibit, de quo loquitur in euangelio. Ioan.4.c

ET cõuertit me ad uiam portæ sanctuarij exterioris quæ respiciebat ad orientẽ, & erat clausa. Et dixit dominus ad me: Porta hæc clausa erit & non aperietur, & uir non transibit per eam: quoniam dominus deus Israel ingressus est (siue ingredietur) per eam, eritq; clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panẽ coram domino. Per uiam uestibuli, id est Ælam, portæ ingredietur, & per uiam eius egredietur. Et adduxit me per uiam portæ aquilonis in conspectu domus, & uidi, & ecce

Non bibam de genimine uitis huiꝰ, nisi cum bibero illud nouum in regno patris mei: in illo uidelicet regno, Matt.26.e de quo & ipse alibi ait: Regnum dei intra uos est. Clausaq; erit porta. Nemo enim potest passionis domini corLuc.17.c porisq; eius & sanguinis pro maiestate rei sacramenta cognoscere. Tantæq; bonitatis est & clemẽtiæ princeps noster: ut cum solus sedeat in porta quæ clausa est, & panem coram domino comedat, uelit mensæ suæ atq; conA po.3.d uiuij plures habere consortes, & dicat: Ecce ego sto ad ostiũ & pulso, si quis aperuerit mihi, ingrediar ad eũ & cœnabo cũ illo, & ipse mecũ. Solꝰ autẽ panem comedit D coram domino: quia substantia eius diuinaq; natura, à cunctis creaturarum substantijs separata est. Ipse per eãdem uestibuli portam ingreditur & egreditur: quia & intus & foris, hoc est infusus & circumfusus omnibus: ingrediensq; per portam, ut secum introducat eos qui absq; doctrina & eius auxilio intrare non possunt, & egrediẽs, ut rursum alios introducat, & loquatur eis qui difficiliora non capiunt. Quod autem porta orientalis extra terminos mundi semper clausa sit, & humano nequaquam pateat aspectui, Ioannis euangelium probat, dicentis: Deum nemo uidit unquam: unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Quasi alijs uerbis Ioan.1.b dixerit: Eritq; clausa principi. Princeps solus sedebit in ea, ut comedat panem, perfectæ & consummatæ scientiæ. Nemo enim nouit filium nisi pater, & nemo nouit Matt.11.d patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Pulchre quidam portam clausam, per quam solus dominus deus Israel ingreditur, & dux cui porta clausa est, Mariam uirginem intelligunt: quæ & ante partum & post partũ uirgo permansit. Etenim tempore quo angelus loquebatur: Spiritus sanctus ueniet super te, & uirtus altissimi Lub.1.d obumbrabit te: quod autem nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei, & quando natus est, uirgo permansit æterna: ad confundendos eos qui arbitrantur eam Mar.3.d post natiuitatem saluatoris habuisse de Ioseph filios, ex occasione fratrum eius qui uocantur in euangelio. Super qua quæstiuncula, Romæ aduersum Heluidium illius temporis hæreticum, in adolescentia non grandem librum scripsisse me noui. b ¶ Et adduxit me per uiã portæ aquilonis in cõspectu domus, & uidi & ecce &c.] Vir qui ductor prophetæ est, & quo cuncta in templo monstrante cognoscit, postquam clausam ei ostenderat portam nunquam reserandam, & tamen apertam ei qui clausis ingressus est ostijs, ducit prophetam ad uiã portæ aquilonis, quæ tamen & ipsa esset in cõspectu domus, haud dubium quin templum significet. Cumq; propheta è regiõe uidisset plenam domum domini gloria domini, eandem uidelicet quam in aquilonis plaga positus contra cernebat, statim cecidit in faciem suam, maiestatẽ gloriæ domini ferre non sustinens. Vnde quia

A fuerat humilitate deiectus dicit ad eum nequaq̃ uir sed dominus: Fili hominis pone cor tuum, & reliqua. In cõsummatione tabernaculi & ædificij templi quod à Salomone constructum est, apparuit gloria domini: quæ postea euangelicæ gloriæ comparatione destructa est: dicente Apostolo: Etenim

2.Cor.3.c non est glorificatum, quod glorificatũ est in hac parte propter excellẽtem gloriam. Si enim quod destruitur, per gloriam est: multo magis quod manet, in gloria est. Cauendumq̃ ne destructionem prioris gloriæ abolitionẽ putemus: sed sic sentiendum, quod postq̃ uenerit quod perfectũ est: id quod ex parte fuerat destruetur: uelut si solis radijs lampadem cõpares, aut lampadis lumen lucernæ. Quamobrem & de Ioanne baptista dicitur: Ille erat lucerna lucens in domo. Postq̃ autẽ uenit sol

Ibi.3.d iusticiæ, lucernæ nomen absconditum est: dicente ipso

Ioan.5.f propheta atq̃ baptista: Illum oportet crescere, me autẽ

B minui. Cecidit autem in faciem suam propheta: ne dum plus cernere cupit quàm potest humana fragilitas intueri: etiam ipsum oculorum lumen amitteret. Vnde familiarius eum uocat dominus, filium hominis, præcipitq̃ ut ponat cor suum, & uideat oculis, & auribus audiat. Primum enim ad intelligendum quod dicitur aperiendus est animus: Secundo cordis intelligendum oculis: de quibus dicitur ad Abraham: Leua oculos tuos &

Gen.15.b uide stellas cœli: Tertio his auribus audiendum, de qui-

Luc.8.a bus saluator ait: Qui habet aures audiendi, audiat: ut possit cunctas templi ceremonias & legitima eius intelligere, & ad extremum ponere cor suum in ijs templi: quia diuersi ad eum introijt̃ sunt. Siue per uias templi, ceremoniarum ordinem significat, & exitus sanctuarij Proœmium igitur est & præparatio prophetæ, ad intelligẽda quæ postea super templi ordine cogniturus est. Et hoc notandum, quod in mundi huius plaga qui in maligno positus est, & in aquilonis frigore constitutus: cœlestis nobis ceremoniarum ordo monstratur. a ¶ Et dices ad exasperantem &c.] Quãdo dicit, sufficiant uobis omnia scelera siue iniquitates uestræ: ad priorũ peccatorũ hortatur pœnitentiã, ne augeamus peccata peccatis: & materiã futuro paremus incendio, sed audiam⁹

Esa.5.c illud quod Esaias loquitur: Væ his qui attrahunt pecca-

ta sicut funiculo longo & sicut iugo corrigiæ uituli iniquitates. Primumq̃ peccatum est, quod inducunt filios alienos siue alienigenas incircũcisos corde & incircũcisos carne: ut sint in sanctuario dei & polluãt domũ dei.

1.Cor.5.b Modicum enim fermentum totũ massam corrũpit, & in quibusdã exemplaribus fertur prouerbiorũ: Ne introducas impium in tabernacula iustorum. Vrgent nos in hoc loco Iudæi & Hebionitæ, qui circũcisionem carnis accipiunt: quomodo possimus præsentem locum exponere incircũcisos corde & incircuncisos carne: quo uidelicet post spiritualem intelligentiam, etiam carnis incircuncisionem suscipere debeamus. Sed qui legim⁹ Pau-

Gal.5.a lum dicentem: Contestor autem omnem hominem qui circunciditur: quoniã si circũcidamini, Christus uobis

Hiere.6.b nihil proderit. Et illud Hieremiæ: Ecce incircũcisi aures uestras, & noluistis audire. Et in exodo locutus est Moyses in conspectu domini dicens: Ecce filij Israel non au- C

dierunt me, & quomodo audiet me Pharao? ego autem Exod.6.b
sũm tardi sermõis: pro quo Lxx. dixere, ἐγὼ δὲ ἄλογός εἰμι, quod melius habetur in Hebræo: Ego autem incircunci sus sum labijs: Interrogemus eos imò cogamus circũcidere aures, & labia desecare, ut scripturã implere uideantur: Sin autem cœperint circũcisionem auriũ interpretari, quando nihil turpe & inhonestum audire nos patimur, & circuncisionẽ labiorum, quando nihil indecens loquimur: dicamus eis, eãdem expositionem etiam in corde & in carne seruare debetis. Cor circũcidim⁹ cultello dei, & auferatur de corde nostro præputium: quando turpes cogitationes nequaq̃ exeunt de corde nostro: nec de nobis dicitur. Impin-

Act.28.f guatum est cor populi huius, & auribus

& ecce impleuerat gloria domini domum domini, & cecidi ante faciem meam. Et dixit ad me dominus: Fili hominis: pone cor tuum, & uide oculis tuis & auribus tuis audi omnia quæ ego loquor ad te de uniuersis ceremonijs domus domini, & de cunctis legibus eius, & pones cor tuum in ijs templi per omnes exitus sanctuarij. Et dices ad exasperãtem me domum Israel: hæc dicit dominus deus: Sufficiant uobis omnia scelera uestra domus Israel, eo quod inducitis filios alienos (siue alienigenas) incircuncisos corde, & incircuncisos carne, ut sint in sanctuario meo & polluant domum meam, & offertis panes meos, adipem & sanguinem: & dissoluistis (siue præteristis) pactum meum in omnibus sceleribus uestris: & non seruastis præcepta sanctuarij mei: & posuistis custodes obseruationum mearum in sanctuario meo uobismetipsis.

Hæc

suis grauiter audierunt. Ergo & caro similiter circunciditur: ut nequaq̃ faciamus terrena opera, quæ pro necessitate corporis facere compellimur: cibum capere, & D potum, & somnum, & uti uestibus: quæ tunc circuncidimus: si nõ ad delicias & ad luxuriam & ad inertiam, sed ad necessitatem naturæ & corporis istius sustẽtaculum cuncta faciamus. Qui bibit uinum modicum propter 1.Tim.5.d
stomachum & frequentes infirmitates, & odit ebrietatẽ, circuncidit carnem suam. Qui dormit quantum natura patitur, audiet à salomõe: Si sederis absq̃ timore eris. Si dormieris, suauiter dormies, & nõ timebis pauorem Prouer.3.c
superuenientem tibi: neq̃ impetus impiorum superuenientes. Et qui fugit fornicationẽ, & uxori debitum reddit, reuertens ad ipsum ne tentet eum satanas: audiet cũ 2.Cor.7.a
populo Israel: In hac die abstuli opprobrium Aegypti à uobis. Vestibus quoq̃ utetur quæ frigus repellant, non quæ tenuitate sui, corpora nuda demonstrent. Attenuata ieiunijs caro & circuncisa cõtinentia: fugit opprobriũ Iosue.5.c
Aegyptiorum qui sunt magnis carnibus, & illud potest dicere quod in plerisque iuxta æditionem Lxx. legitur: Quomodo cõtabuit caro mea: in terra deserta, inuia & Psal.62.a
inaquosa sic in sancto apparui tibi. Si quando ergo alienigenas introducere uoluerimus in templum dei, circũcidam⁹ aures eorum & labia, & cor & omnem carnem: oculosq̃, gustum & odoratum, ut omnia cum dei timore & ratione faciamus. Audiant hoc episcopi atq̃ presbyteri & omnis ordo ecclesiasticus: ut non inducant filios alienos incircuncisos corde & incircuncisos carne: ne sint in sanctuario dei, & polluant domum eius. Si ẽm hoc fecerint aptabitur illis quod sequitur: Et offertis panes meos, panes uidelicet propositiõis in cunctis ecclesijs & orbe terrarum, de uno pane pululantes, & non solum panes, sed adipem quoq̃, de quo scriptum est: Ex Psal.147.a
adipe frumenti saturauit eos, & sanguinem qui in Christi passione effusus est. Legendumq̃ ita: & sic lectionis ordo reddendus. Cum filios alienigenas incircuncisos corde & corpore inducatis in sanctuarium meũ, & polluatis domum meam: audetis offerre panes & adipem & sanguinem, mystica sacramenta, & non intelligitis quod solueritis & prætergressi sitis pactum meum in omnibus sceleribus & impietatibus uestris, & non seruaueritis præcepta sanctuarij mei: neque posueritis custo-

des

A des ceremoniarum mearum in ſanctuario meo. Omnis autem aduerſus eos eſt comminatio: qui nō audierunt Apoſtolū
1.Tim.5.d præmonentem: Manus cito nemini impoſueris: neq; cōmunices peccatis alienis. Vel certe ſic intelligendum: Diſſoluiſtis pactum meum in omnibus ſceleribus ueſtris, & non ſeruaſtis præcepta ſanctuarij mei, & audetis indignos alienosq; cuſtodes ponere in obſeruatione ſanctuarij mei uobiſmetipſis: ut ſubaudiatur, non mihi. Et eſt ſenſus: Qui uobis in carnalibus ſeruiant ac miniſtrēt: & ob ueſtra refrigeria meū polluant ſanctuarium. a ¶ Hæc dicit dominus deus: Omnis alienigena incircunciſus corde & & incircunciſus carne non ingredietur
B ſanctuarium meum &c.] Iuxta utranque ædītionem poſui teſtimonium: ut ex cōparatiōe earum quid Septuaginta ſenſerint: quid hebraicū teneat, ſcire ualeam⁹. Septuaginta hoc ſignificant, quod alienigenæ incircunciſi corde & carne qui habitant in medio filiorū Iſrael, ingredi non debeāt ſanctuarium dei: Leuitæ autē, hoc eſt, ſacerdotalis gradus, qui longe receſſerunt à domino in errore filiorum Iſrael & errauerūt poſt idola ſua, poſtquàm receperint iniquitatē ſuā, ſtēt in ſanctuario domini æditui & ianitores miniſtriq; dom⁹: & mactēt holocauſta & uictimas populi: & iſti ſint in conſpectu eorum ut miniſtrent eis: eo quod miniſtrauerint illis in conſpectu idolorum ſuorū, & facti ſunt domui Iſrael in tormētum iniquitatis: & Idcirco manum leuaſſe ſe dicit ſuper eos dom⁹ deus, ut non accedāt

HEBR. Hæc dicit dōminus deus: Omnis alienigena incircunciſus corde & incircunciſus carne, non ingredietur ſanctuarium meum: omnis filius alienus qui eſt in medio filiorum Iſrael. Sed & leuitæ qui longe receſſerunt à me in errore filiorum Iſrael, & errauerunt à me poſt idola ſua, portabunt iniquitatem ſuam, qui erant in ſanctuario meo æditui & ianitores portarū domus et miniſtri domus: ipſiq; mactabant holocauſta & uictimas populi, & ibi ſtabāt ante eos ut miniſtrarent pro illis. Pro eo ergo quod miniſtrauerūt pro eis in cōſpectu idolorum ſuorum, & facti ſunt domui Iſrael in offendiculum iniquitatis: Idcirco leuaui manum meam ſuper eos dicit dominus deus, & portauerunt iniquitatem ſuam. Et non appropinquabunt ad me: ut ſacerdotio fungantur mihi: neq; accedēt ad omne ſanctuarium meum iuxta ſancta ſanctorum: ſed portabunt confuſionem ſuam & ſcelera ſua quæ fecerūt. Et dabo eos ianitores domus in omni miniſterio eius, & uniuerſis quę fiunt in ea. Sacerdotes autem leuitæ filij Sadoch qui cuſtodierūt ceremonias ſanctuarij mei cum errarent filij Iſrael à me: ipſi accedent ad me ut miniſtrent mihi: & ſtabunt in conſpectu meo ut offerant mihi adipem & ſanguinem, ait dominus deus: Ipſi ingredientur in ſanctuarium meum

SEP. Propterea hæc dicit dominus: Omnis filius alienigena incircunciſus corde & incircunciſus carne, non ingredietur in ſancta mea in omnibus filijs alienigenarum qui ſunt in medio domus Iſrael. Sed & leuitæ qui longe receſſerunt à me cum erraret Iſrael à me poſt cogitationes ſuas: & accipient iniquitatē ſuam, & erunt in ſanctis meis miniſtrantes, oſtiarij in portis domus, & miniſtri domus. Iſti immolabunt holocauſta & uictimas populo, & iſti ſtabūt ante populū ut miniſtrent eis. Pro eo quod miniſtrauerunt eis ante faciem idolorum ſuorum, & factum eſt domui Iſrael in tormētum iniquitatis: propterea leuaui manum meam ſuper eos, dicit dominus deus, & accipient iniquitatem ſuam: & non accedēt ad me ut ſacerdotio fungantur mihi: neq; ut offerant ad omnia ſancta filiorum Iſrael: nec ad ſancta ſanctorum meorum: & ſuſcipient ignominiam ſuam in errore, quo erauerunt. Et ponent eos ut ſeruent cuſtodias domus in omnia opera eius: & in uniuerſa quæ fecerunt in eo. Sacerdotes leuitæ filij Sadduc: qui cuſtodierūt cuſtodias ſanctorum meorum cum erraret domus Iſrael à me: iſti accedent ad me ut miniſtrent mihi, & ſtabunt ante faciem meam ut offerant mihi hoſtiam, adipem & ſanguinē, dicit dominus deus. Iſti ingredientur in ſancta mea

ad eum & ſacerdotio C
fungantur illi: neque offerant illi in ſancta ſanctorum: portētq; ignominiā ſuā in errore quo errauerunt: ut ſcilicet ponātur in obſeruatione cuſtodiarum domus in omnia opera eius, & in uniuerſa quæ fiūt in domo. Quod ſi ita eſt, quomō ſtare poterit, ut leuitæ qui longe receſſerunt à deo in errore filiorum Iſrael, & errauerunt ab eo poſt idola ſua: ipſi miniſtrent in domo & mactent holocauſta & uictimas populi, & ipſi ſtent in conſpectu eorum ut miniſtrent eis? Quid ēn amplius facturi ſunt ſacerdotes filij Sadoch qui cuſtodierūt ceremonias ſanctuarij dei, de quibus dicit: Ipſi accedent ad me ut miniſtrent mihi, & ſtabunt in conſpectu meo ut offerāt mihi adipem. & reli-
qua? Hebraicum au- D
tem hunc habet ſenſum. Omnis alienigena incircunciſus corde & carne, nō ingredietur ſanctuarium meum, licet cum populo Iſrael eſſe uideatur: Leuitæ autē, hoc eſt ſacerdotalis gradus, qui longe receſſerunt à me in errore filiorum Iſrael, & ſecuti ſunt idola, portabūt iniquitatem ſuā, eo quod fuerint in ſanctuario meo miniſtrātes in officio portarū domus, & miniſtri eius. Ipſi enim offerebant holocauſtum & uictimas populi, & ipſi ſtabant in cōſpectu eorū ut miniſtrarent pro eis. Quia ergo miniſtrauerūt pro illis in conſpectu idolorum ſuorum, & fuerunt domui Iſrael offendiculum iniquitatis: propterea leuaui manum meam ſuper eos, dicit dominus deus, & portauerunt iniquitatem ſuam, & non appropinquabūt ad me ut ſacerdotio fungantur mihi:

A nec accedent ad omne sanctuarium meum iuxta sancta sanctorum: sed portabunt confusionem suam & sceleratura sua quæ fecerunt. Pro sacerdotali enim officio, qui holocaustum & uictimas omnecq; sacrificium offerre cõsueuerant, redigentur in ultimum gradum, & erunt ianitores domus in ignominiam sempiternam, ut ab uniuerso populo uideantur intrante & exeunte, de qua sublimi dignitate ad quem ultimũ gradũ peruenerint. Sacerdotes autẽ, inquit, id est leuitæ qui sunt filij Sadoch: hoc est iustorum siue iusti dei, & qui tẽpore erroris uniuersi Israelis, custodierunt ceremonias sanctuarij mei: ipsi accedent ad me ut ministrent mihi, & stent in conspectu meo, & offerant mihi adipem, hoc est pinguissimam hostiã & sanguinem, uiuam scilicet & placentem hostiam deo, & ipsi ingredientur sanctuarium meum & accedent ad mensam me-
B am, ut accendant thymiama mihi, & omnem ritum sacrificij custodiant. Si autem hoc ita est, & qui in tempore erroris & persecutiõis idola sunt secuti quæ de suo corde cõfinxerant, & non solum uoce, sed & subscriptione manus asseruerunt dei filium creaturã, & seruierunt creaturæ magis cq; creatori qui est benedictus in secula: quomodo sibi sacerdotale & pontificale assumunt fastigium, & audent offerre uictimas deo cultores quõdã idolorum? Sed ut ardentissimus poeta testatur, quicquid à multis peccatur, inultum est: multitudo peccantium impetrabiliorem fecit impijs ueniam, ut qui redacti in laicos pristina sacrilegij sui debuerant scelera deplorare: nunc resupini in pontificali solio sedeant, & ructent nobis simulatæ fidei nauseas, imò apertæ perfidiæ aperta compendia. Audiant igitur saltem sero, & obseruent præcepta omnipotentis dei. Omnis alienigena incircuncisus corde & incircuncisus carne, non ingredietur sanctuarium meum. Licet ille sit filius: licet cognatione sociatus: licet antiqua nobis hæreat necessitudine: si incircuncisus corde uel carne est, non introducatur in sanctuarium dei: ne ministros Christi, nostros faciamus ministros, & pro carnalibus refrigerijs, altaria domini poluamus. Pro eo quod nos posuimus: Et dabo eos ianitores dom⁹ in omni ministerio eius, & uniuersis quæ fiũt in ea, eos uidelicet leuitarum qui lõge recesserunt à deo in errore filiorum Israel, & secuti sunt idola quibus uictimas immolauerunt: Symmachus ordinem lectionis sensumq; considerans: rectius interpretatus est dicens: Posuerã enim eos custodes ianuarum domus uniuersi ministerij eius & cunctorũ quæ fiunt in ea, ut nõ ad eos pertineat qui futuri sunt in tẽplo, sed ad eos qui fuerũt.

¶ Cumq; ingrediẽtur portas atrij interioris ue. &c.] Primum historiæ uerba pãdenda sunt. Inter cætera quæ sacerdotibus præcipit sermo dominicus, hoc quoq; obseruandum iubet: ut in ipsis portis interioris atrij: uestibus, id est stolis lineis induantur: nec utantur laneis indumẽtis tam in portis atrij interioris quàm intrinsecus hoc est, in adytis sanctisq; sanctorum: Vittæ quoq; siue cidares lineæ sint in capitibus eorum, & fœminalia linea in lumbis. Quodq; sequitur iuxta Septuaginta: Et non accingentur uiolenter: pro quo Aquila & Symmachus transtulerunt, in sudorẽ: Theodotio ipsum uerbũ Hebraicũ exprimens posuit in יזעו Aquilæ secũda æditio, Buza: per quod significat non eos uiolenter, arcte atque constricte instar uinctorum esse cingẽdos: ne in ministerijs sacerdotalibus atque leuiticis inhabiles fiant, & tenere & cædere uictimas, attrahere quoque nequeant atq; discurrere. Et qa semel præceperat quibus uestibus uti deberẽt sacerdotes quãdo intrinsecus in ministerijs essent, rursum iubet ut egrediẽtes in gazophylacijs siue in exedris sanctorum, exuant se pristinis uestibus & induantur alijs: ne si sanctas uestes habuerint, sanctificent populum foris positũ, qui necdũ fuerit sanctificatus, nec se præparauerit in sactificationem templi, ut sit domini Nazaræus. Per quæ discimus, nõ quotidianis & quibuslibet pro usu uitæ communis pollutis uestibus nos ingredi debere in sancta sanctorum, sed munda conscientia & mundis uestibus tenere domini sacramenta. Quod autem sequitur: Caput autem suum non radent neq; comam nutrient, sed tondentes attondebunt capita sua: perspicue demonstratur, nec rasis capitibus sicut sacerdotes cultoresq; Isidis atq; Serapis nos esse debere: nec rursum comã dimittere, quod ꝓprie luxurioſorum est, barbarorumq; & militantium, sed ut honestus habitus sacerdotum facie demonstretur. Pro quo dixere Septuaginta. Capita sua non radent, & comas suas ad pressum non tondebunt: sed operientes operiẽt capita sua. Iuxta quod dicimus, nec caluitium nouacula esse faciendum: nec ita ad pressum tondendum caput, ut rasorum similes esse uideamur, sed intãtum capillos demittendos, ut operta sit cutis. Vel certe sacerdotes semper operire capita sua debent, iuxta illud Vergilianum: Purpureo uelare comas adopertus amictu. Sed hæc uiolenta interpretatio est. Vinum autem non solum in ministerio sacerdotes non bibent atq; leuitæ: sed ne ingressuri quidẽ sancta sanctorum: ne opprimatur mens & sensus crassior fiat. Vnde & Apostolus: Bonum est, inquit, uinũ nõ bibere, & carnem non manducare. Et in alio loco. Et uinum in quo est luxuria. Manducauit enim populus & bibit, & surrexeruut ludere. Quodq; cõcedit Timotheo ut uini paululum bibat: perspicue demõstrabat cur hoc concesserit: propter stomachum, inquit, & frequẽtes infirmitates. Vestibus lineis utuntur Aegyptij sacerdotes, non solum intrinsecus, sed & extrinsecus. Porrò religio diuina alterum habitum habet in ministerio: alterũ in usu uitaq; communi. Fœminalia recte assumũtur: ut honestas decorq; seruetur: ne scilicet ascendentes altaris gradus

HEBR. meum: & ipsi accedent ad mensam meã ut ministrent mihi, & custodiãt ceremonias meas.

SEPTVAG. mea, & isti accedent ad mensam meam ut ministrent mihi, & obseruẽt custodias meas.

C

D

Rom. 14. d
Ephe. 5. d
1. Cor. 10. b
1. Tim. 5. d

A gradus & in ministerio discurrentes, reuelent turpitudi
nē. Rasa capita habet superstitio gētilis. Vinum aūt quā
tum ad me pertinet, nō reor aliquē se abstinere gentiliū.
Quæ uniuersa quid iuxta sensum indicent spiritualē, se
quentia uerba mōstrabunt. Esse indumēta sancta & spi
ritualia docet & Apo
stolus dicēs: Induimi
Rom.13.d ni dīm Iesum Chri
stum. Et in alio loco:
Coloss.3.b Induite uos uiscera
misericordiæ: bonita
tis, humilitatis, man
suetudinis, & patien
tiæ. Et iterū: Expolia
ti uetere homine cū
operibꝰ eius, & indu
ti nouo qui renouat
in scientiā iuxta ima
ginē creatoris, quod
& illud significare pu
1.Cor.15.g to: Oportet enim corruptiuū hoc indui incorruptionē,
& mortale hoc indui immortalitatē. Cum autem corru
ptiuū hoc indutū fuerit incorruptionē: & mortale hoc
immortalitatē, tūc fiet sermo qui scriptus est. & reliqua.
De sacerdotalibus uestibus in Exodo plenius scriptum
est: & nos olim ædidimus librū, ad cuius interpretatio
nem diligēs mittendus est lector. Neq; ei im possumus
latam materiā breui sermone comprehendere. Hæc ue
stimēta proprio nobis labore cōficimus, quæ texta sunt
Ioan.18.d desuper: qualem & dīs habebat tunicā quæ scindi non
potuit: quibus induimur, quando secreta dīi & arcana
cognoscimus, & habemus spiritum qui scrutatur etiam
alta & profunda dei, quæ nō sunt monstrāda uulgo, nec
proferenda ad populum qui non est sanctificatus, nec
B domini sanctitudini præparatus: ne si maiora se audie
rint, maiestatem scientiæ ferre nō possint: & quasi solido
suffocent cibo, qui adhuc lacte infantiæ nutriendi sunt.
Esse aūt econtrario pessima uestimenta, docet scriptura
diuina, ut est illud quod in psalmis de Iuda proditore
Psal.108.c cantatur: Indutus est maledictione sicut uestimento. Et
post paululum: Fiat ei sicut uestimentū quo circūdatur,
& sicut zona qua semper accingitur. Vnde & dominus
qui pro nobis doluit, & nostra peccata portauit: In Za
charia sordida habere dicitur uestimēta, de quibus scri
Zach.3.b ptum est: Et Iesus erat indutus uestibus sordidis: quæ
postea deponit, scriptura dicente: Auferte ab eo uestimē
ta sordida: & induite eum podere. & reliqua. Quod au
tem sequitur. Vittæ siue cidares lineæ erūt in capitibus
eorum: puto coronam ostendere gratiarum, de qua scri
ptum est: Coronam enim gratiarum suscipiet tuus uer
tex. Nec illud nobis de operto & nudo capite faciat quæ
1.Cor.11.b stionem, quod Apostolus loquitur: Mulier debet uela
men habere super caput propter angelos. Si enim non
uelatur mulier, attondeatur. Sin autem turpe est mulie
ri tonderi aut radi, operiatur. Vir enim non debet ope
rire caput, cum sit imago & gloria dei: Mulier autem glo
ria uiri est. Si enim uirorum est non operire caput: ui
detur esse contrarium quomodo nunc sacerdotes capi
ta uittis uel cidare operire iubeantur. Sed si legamus di
ligētius, ex prioribus soluentur præsentia. Supra enim
dicitur: Quando ministrant in portis atrij interioris &
intrinsecus. Si enim ingrediamur ad sancta & stemus
Psal.142.a in conspectu domini: capita nostra operire debemus:
Gen.8.d Quia non iustificabitur in conspectu domini omnis ui
uens: Et ab infantia cor hominis appositum est ad ma
liciam. Deniq; & fœminalibus intrinsecus utimur: ne
ulla in conspectu dei pollutæ conscientiæ & operis nu
ptialis appareat turpitudo. Quibus fœminalibus ac
Luc.12.e cingi uult saluator apostolos dicens: Sint lumbi uestri
accincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris. Et A
Ephe.7.e postolus credētibus loquitur: State ergo accincti lūbos
uestros in ueritate. Et imitatores Christi audiunt illud

ingressurus est atrium interius. Viduam & repudiatam (siue electam) non accipient uxores, sed uirginem de se
mine domus Israel. Sed & uiduam quæ fuerit uidua à
sacerdote accipient, & populum meum docebunt quid
sit inter sanctum & pollutum, & inter mundum & im
mundum ostendent eis. Et cum fuerit controuersia
(ut in Septuaginta additum est sanguinis) stabunt
in iudicijs meis, & iudicabunt: leges meas & præ
cepta in omnibus solemnitatibus meis custodient. Et

quod de eo scriptum est: Erit iustitia accinctus lumbos, C
& ueritate circundatus latera. Et hac ipsa zona qui san Isa.11.c
ctus est & ad uirtutum culmen ascenderit nequaquam
uiolenter astringitur: ne inuitus bonum cōtinentiæ ob
seruare uideatur, & in sudore uultus sui comedere panē,
sed præceptum do
mini facere uolunta
te. Deniq; quando fo
ras egredit & miscet
se populo: sacerdota
lia uestimenta depo
nit in gazophylacio,
in quo dominicæ di
uitiæ conseruātur: &
alijs utūtur uestibus
sacerdotes aliaq; do
ctrina ad uulgꝰ igno
bile, ne sanctificetur
populus in stolis eo
rum. Graue est multi
tudini onus ultra uires suscipere, dicente Salomone: La Eccl.7.d
queus est uiri, cito quid de suis sanctificare: cum enim
uōtum fecerit, surrepit pœnitentia. Deniq; & Nazaræi
sponte se offerunt, & quicunq; aliquid uouerit & nō im
pleuerit: uoti reus est. Vnde & de uiduis dicitur: Cum
luxuriatæ fuerint, in Christo nubere uolunt, habentes 1.Tim.5.b
damnationem, quia primam fidem irritam fecerūt. Me
lius est enim non promittere, q̄ promittere & non face
re. Anna obtulit Samuelem qui in æterna sanctitate per 1.Reg.1.d
mansit: & Manue obtulit Samson filium, sed sanctifica
tionem capillorum eius Dalilæ libido turpauit. Deniq; Iudic 13.c
dominus recessit ab eo, & cæcitate damnatus est: nisi q̄
postea crescentibus capillis, prisinum robur accepit, &
in typo Christi multo plures alienigenarum mortuus
quam uiuus occidit. Vult autem dominus sacerdotes
suos capillos sanctificationis habere perpetuos, & operi D
ri capita eorum, non aliquo extrinsecus uelamento, sed
sua naturaliq; cæsarie: non ad ornatum atq; luxuriam,
sed ad honestatem. Vnde & capilli capitis apostolorum
numerati sunt, dicente saluatore: Vestri autem capilli Mat.10.b
capitis numerati sunt. Illius capitis de quo in Ecclesia
ste scriptum est: Sapientis oculi in capite eius. Caput au
tem uiri Christus est: quod peccator conculcat & despi 1.Cor.11.a
cit, & ut ita loquar radit nouacula, & aufert eius pulchri
tudinem. Quod & filij Ammon fecerunt his quos Da 2.Reg.10.a
uid legatos miserat. Sin autem legis præuaricatio in
honorat deum: consequenter qui legis præcepta con
seruat honorat eum, ut impleatur quod scriptum est.
Vt omnes honorificent filium sicut honorificāt patrem. Ioan.5.d
Porrò quod sequitur: Vt omnis sacerdos quando in
gressurus est atrium interius uinum non bibat: perspi
cuum est ebrietate & sicera statum mentis euerti: & non
plene nos sapere, quando uini satietate animus occu
patur. Ebrietas autem non solum in potione uini, sed
in omnibus rebus ostenditur: quibus & in contracti
bus & in negocijs seculi & damnis ac lucris, amore &
& odio mens inebriatur & fluctuat, & statum suum te
nere non potest. Et quia fragili carne circundamur, &
cogimur pro uictu atque uestitu & necessarijs quæ ad
corpus pertinent aliqua facere, quæ facere non debe
mus: saltem hoc à nobis exigitur, ut quando in nos re
uertimur & scimus cur nati sumus, & interiora atq; ady
ta templi ingredimur, recedamus à uitijs seculi, & ne mi
nima quidē peccata faciamus. Per quæ ostēditur & pec
care nos pro necessitatibus carnis peccata leuia: & rur
sum esse tēpus quando atriū ingrediētes interius, ab o
ni ebrietate mūdi atq; alieni esse debemus. a ¶ Viduā
& repudiatam &c.] Omnis hic locus præcepta cōtinet
sacerdotum: qui post multa quæ supra exposuimus: iu
bentur uiduam & repudiatam siue electam nō accipere
uxores. Vidua & repudiata est synagoga: id est cōgrega
tio Iudæorum quæ dīm non recepit. Vnde electa recte

A dicitur siue uidua synagoga. Electa uero hæreticorum frequentia: qui exierunt à nobis, quia non erant ex nobis. Sed uirginem, inquit, de semine domus Israel, quæ nutrita est in domo dei: in lege & prophetis, de qua &
2.Cor.11.a Apostolus loquitur: Volo omnes uos uirginem sanctã exhibere Christo. Ista est uirgo de qua & alibi dicit sermo di
Prou.4.a uinus: Ama illam & seruabit te: circunda illam, & exaltabit te: honora eam ut te amplexetur. Quæ sit autem uirgo quæ amanda sit & suum custodiat amatorem: sciet
Sapi.8.a qui illud legerit. Hãc dilexi & quæsiui ab adolescentia mea, & quæsiui sponsam ducere mihi: & amator fui decoris eius. Et iterum: Et omnium dominus dilexit eã. Nõ solum aũt uirginem, sed & uiduã debẽt sacerdotes ducere, quæ tamẽ alterius sacerdotis uxor fuerit: sciẽtiam uidelicet quam alius dei cultor inuenerit. Neq; enim noua tantum contenti debemus esse doctrina: sed & ueterem excolere, & nostro iungere comitatui, si tamen in sacro cultu fuerit erudita. Sacerdotis quoq; officium est docere populum quid inter sanctũ & pollu
B tum, inter mundum & immundum sit, ut prius refera-
Psal.18.d mus ad dogmata, secundum ad opera quæ per carnem efficiuntur. Delicta enim quis intelligit? Et cum fuerit controuersia de omni re, siue ut Lxx. transtulerunt, sanguinis: hoc est quod ad mortale pertinet crimen: stabũt sacerdotes in iudicijs meis, ut non iudicent secundum honorem, nec accipiant personam pauperis siue diuitis in iudicio, sed stent in iudicijs dei & recordentur illius
Psal.81.a psalmi: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autẽ deos dijudicat: Deos appellans qui habent iudicandi de homnibus potestatem: qui in quo iudicio iudicaue-
Mat.7.a rint, iudicabitur de eis. Leges, inquit meas & præcepta mea in omnibus solẽnitatibus meis custodient, ũt sciãt quomodo nobis Christus pascha sit immolatꝰ: quomodo septem hebdomadas implere debeamus gaudij atque læticiæ; & humiliare animas nostras in ieiunio: clãgoremq; tubarum intelligere & scenopegias spiritua-
Psal.38.c les, in quibus dicimus: Aduena sum ego & peregrinus sicut omnes patres mei. Hæ sunt ueræ solennitates dei, quas cõsequentius quis Pentateuchum disserens interpretabitur. Prima uirtus est sacerdotis, non tantum docere quæ nouerit, sed omnes dei festiuitates custodire: ut possit alijs custodiẽda præcipere quæ & ipse obserua uerit. Sacerdotũ aũt officium esse legis habere noticiã,
Malach.2.b & in Malachia discimus, qui ait: Labia sacerdotis custodient scientiã, & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. a ¶ Et sabbata mea sancti ficabunt &c.] Adhuc sacerdotibus præcipitur. In quibus obseruandũ, quod non dixerit absolute: & sabbata
Isa.1.d sanctificabunt, uel iuxta Esaiã: Neomenias & sabbata ue
Mat.12.a stra odit anima mea, sed cũ distinctiõe sabbata mea. Vnde & in euangelio scriptum est: Sacerdotes in tẽplo sabbatum uiolant & absq; culpa sunt: non sabbatũ dei, sed sabbatum literæ, sabbatum Iudæorum: quod recte uiolant qui sunt genus electum, regale, sacerdotale. Porrò sabbatum quod sanctificatum est: illud intelligamꝰ qđ
Psal.94.b & Apostolus docet relictum esse populo dei, de quo dicitur: Si intrabunt in requiẽ meam: quod Hebraice sabbatum nominatur. Sãctificat autem sabbatum dei, qui nõ portat onus peccati in sabbato: nec dicit: Sicut onus

Et sabbatâ mea sanctificabunt, & ad mortuum hominem non ingredientur ne polluantur (pro quo Lxx. trãstulerunt, & super animã hominis non ingredientur ne polluantur) nisi ad patrem, inquit, & matrem: filium & filiam: fratrem & sororem quæ uirum non habuit, contaminabuntur. Et postquàm fuerit mundatus, septem dies numerabuntur ei, & in die introitus sui in sanctuarium & ad atrium interius ut ministret mihi in sanctuario: offeret pro peccato suo domino deo (siue offeret placationem.) Non erit autem eis hæreditas: ego hæreditas eorum, & possessiones non dabitis eis in Israel: ego possessio eorũ. Victimãm & pro peccato & pro delicto (siue pro ignorantia) ipsi comedent: & omne uotum

graue grauatæ sunt super me. Qui talis est, nõ colligit li- C
gna in sabbato: nec superædificat fundamẽto Iesu Chri 1.Cor.3.c
sti, ligna, fœnum, & stipulã: nec accendit ignem qui inutilem consumat materiam, & die sabbati in uno permanet loco: nec foras egreditur, sed quasi columna in templo dei positꝰ permanet, super quo Ioannes scribit in Apocalypsi: Qui uicerit, Apo.3.a faciã illum columnã in templo dei mei, & foras non egredietur amplius. Quodq; sequitur: Et ad mortuũ hominem non ingredientur ne polluantur: proprie sacerdotalis officij est, morticina non tangere, ut qui pro aliorũ uitijs deprecatur, ipse ad altare mũdus accedat. De quibus mortuis & saluator loquitur in euãgelio: Dimitte mortuos ut sepeliant Mat.8.c mortuos suos. Isti contaminantur in patre mortuo, quãdo relinquunt creatorem suum: & in matre mortua, de ecclesia recedentes: in filio quoq; & filia, quod aliud ad cogitationes, aliud ad opera pertinet, quod significantius Græce dicitur: τὰ νοητὰ ἢ αἰσθητά. Fratrem quoq; & D
sororem, qui eodem renatus est spiritu, si putauerit mortuum, contaminatur in eo: ita duntaxat si soror uirgo permanserit: nec ullius uiri fuerit maculata complexu. Ex quibus intelligimus priuilegium uirginale, quod cuiuslibet uiri contactus, perfectam auferat puritatẽ, quæ utrum recte perperam ne dicta sint: lectoris arbitrio relinquamus. Naturæ quoque super hoc probatur affectus, ut ordine charitatis, iuxta quod scriptum est: Or- Cãt.2.d
dinate in me charitatem: post rerum parentem deum, carnis quoque pater diligatur & mater: filius & filia: frater & soror: ita duntaxat si de domo non exierit: nec in alterius transierit potestatem. Postquàm autem sacerdos fuerit emundatus purificationis ordine quæ in Mosaica lege conscripta est: septem dies numerabuntur ei, uel perfectus numerus pœnitudinis, uel post cosummationem mundi, quando ad ueram transimus ogdoadẽ, ut introeat sancta sanctorum, hoc est enim interiꝰ atriũ, & possit ministrare in sanctuario: & semper offerre pro peccato conscientiæ uictimam: nec ullum tempus sit quo non recordetur maculatum se fuisse super patre & matre, filio & filia, fratre & sorore. Multa quippe facere compellimur in seculi huius angustijs constituti: uel cõditione carnis uel fragilitate naturæ. Qui autem talis extiterit, ut ministret in sanctuario, & atrium ingrediatur interius, & offerat semper deo sacrificium, ita ut uerus sacerdos sit, imò imitator eius, de quo scriptum est: Tu Psal.106.d
es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec: iste nullam habebit hæreditatem, nisi deum qui est hæreditas eius: nec accipiet possessionem in Israel, hoc est inter uulgus ignobile, sed sacerdotalem, ut dicat de eo dominus: Ego sum hæreditas & ego possessio eorum. Quẽ cum inuenerint, loquẽtur ac dicent: Tenebo eũ & Psal.72.d
& non dimittã illum, & psallent cũ propheta: Pars mea dominus. b ¶ Victimam & pro peccato &c.] Pro uictima & sacrificio, quod Hebraice dicitur מִנְחָה Aquila & Symmachus interpretati sunt donum. Rursum pro uoto quod Septuaginta ἀφόρισμα, hoc est separationem trãstulerunt: Aquila & Symmachus & Theodotio ἀνάθημα interpretati sunt, quod Hebraice dicitur חֵרֶם Et considerandum quod omnia quæ nunc per prophetam dominus loquitur: per Moysen ante iam dixerit.

Quæren

tum (siue separatio) in Israel ipsorum erit. Et primitiua omnium primogenitorum & omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur, sacerdotum erunt, & primitiua ciborum uestrorum dabitis sacerdoti, ut reponat benedictionem domui suæ (siue ut ponat benedictiones super domos uestras.) Omnẽ morticinum & captũ à bestia de auibus, & de pecoribus, non comedent sacerdotes.

Cap. XLV.

CVmq; cœperitis terram diuidere in possessionẽ, separate primitias domino sanctificatũ de terra longitudinis uigintiquinq; milia, & latitudinis decem milia: sanctificatũ erit in omni termino eius per circuitũ. Et erit

A Quærendumq; cur eadem quæ dicta sunt repetat: Vt uidelicet quæ in mentibus hominum sunt uel legendi negligẽtia, uel audiendi contemptu & obliuione delecta uiua uoce innouentur: quæ non sit scripta calamo & atramento, sed spiritu & uerbo dei. Vnde & saluator nullum uolumen doctrinæ suæ proprium dereliquit, quod in plerisq; apocryphorum delyramenta confingũt: sed patris & suo spiritu quotidie loquitur in corde credentium. Et hæc erit responsio aduersum eos qui calumniantur prophetas, cur quæ in Pentateucho continentur, in suis uoluminibus replicent. Victimã igitur & pro peccato & pro delicto siue ignorantia comedent sacerdotes, de quibus scriptum est: Peccata populi mei comedent. Nec tantum
Osee 4.b gaudendum est ad oblationem munerum: quantum timendum ad honoris cõdemnationem, si eo abutamur indigne. Primitiua iuxta literam sunt animantium & in animantium quæ prima nascuntur & quæ primum terra gignit. Primitiæ quoq; ciborum nostrorum sacerdotibus offeruntur, ut nihil gustemus nouarum frugum,
B nisi sacerdos ante gustauerit. Hoc autem facimus, ut reponat sacerdos benedictionem & oblationem nostram in domo sua: siue ut ad imprecationem suam, dominus benedicat domibus nostris. Grandis dignitas sacerdotum: sed grandis ruina eorum si peccant. Lætemur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudij excelsa tenuisse, quanti mœroris de sublimioribus corruisse. Neq; enim solum pro nostris delictis reddemus rationem: sed pro omnium quorum abutimur donis, & nequaquàm sumus de eorum salute soliciti.

a ¶ Omne morticinum & captum à bestia, de auibus &c.] Et iuxta literam, omni generi electo, regali & sacerdotali, quod proprie ad Christianos refertur, qui uncti sunt oleo spirituali, de quo scriptum est: Vnxit te deus,
Psal.44.b deꝰ tuus oleo exultatiõis præ participibꝰ tuis: hæc præcepta conueniunt, ut morticinum non comedat tam de auibus quàm de pecoribus, cuius nequaquàm sanguis
Act.15.d effusus est, quod in Actibus apostolorum dicitur suffocatum: & quæ necessario obseruanda, apostolorum de Hierusalem epistola monet: & captum à bestia, quia & ipsum similiter suffocatum est: & condemnat sacerdotes qui in turdis, ficedulis, gliribus & cæteris huiuscemodi hæc auiditate gulæ non custodiunt. Possumus autem iuxta Anagogen morticinũ dicere, in quo animæ sanguis
1.Reg.25.f emortuus est, & imitatur Nabal Carmeliũ qui interpretatur stultus: & audita ira Dauid pauore contremuit, & mortuũ est cor eius in eo. Captus autem à bestijs, quarũ ne morsibus lanietur, propheta suspirat dicens. Ne tra-
Psal.73.d das bestijs animam confitentem tibi: ille dicendus est qui aduersarij leonis morsibus deuoratur: & pardi qui non non mutat uarietatẽ suã, & ursæ quæ raptis sæuit catulis, & luporũ Arabiæ & reliquarũ bestiarũ: quas in uarietate dæmonũ accipimus. Aues aũt illas esse dicimus, quæ ponunt in cœlum os suum: & illa pecora, quæ prona in terramq; uergentia, uentri tantum & his quæ sub uentre sunt seruiunt.

Cap. XLV.

CVmq; cœperitis terram diuidere in possessionem: separate primitias domino &c.] Post ceremonias sacerdotum, cultumq; eorum & cibum: quæ debeant sumere, quæ uitare: nũc terræ sanctæ facit descriptionem & anteqũ omnem in tribus diuidat, de cunctis tribubus C iubet eligi locũ, qui in lõgitudine habeat uigintiquinq; milia, & in latitudine decem milia. Et quia nõ est positũ cubitorum siue pedũ aut ulnarum: subintelligi datur si gnificare calamũ qui erat in manu uiri, & habebat mensuræ sex cubitos & sextã partem unius cubiti: id est παλαιστῶν. Diligẽs supputet lector quot calami mille passus faciant, & quã multa milia in longitudine fuerint & latitudine. Post quam descriptionẽ, rursꝰ præcipit ut de sanctificata terra quæ electa est ex omnibus tribubꝰ Israel: id est uiginti quinq; miliũ calamorum in lõgitudine, & decẽ miliũ in latitudine: eligatur ad ædificandum sanctuariũ, id est, templum dñi, alia intrinsecus terra, quingentorũ calamorum per circuitum: hoc est duũm miliũ. Et ne forsitan ædificio templi ædes aliæ iungerẽtur: præcipit ut quinquaginta cubitis per circuitum terra sit uacua in suburbana: uel ut Symmachus & Theodotio & Lxx. transtulerũt in termi nũ & separationẽ & spaciũ. Hac descriptione finita: alia ex integro separãdæ sanctificationis mensura præcipit, ut uigintiquinq; miliũ calamorũ in lõgitudine, & latitu D dine decem miliũ, post superiorẽ mensurã terra alia metiatur: in qua nequaq̃ sit tẽplum: id est sanctum, sed sanctum sanctũq; sanctorũ, & habitẽt in ea sacerdotes, qui accedũt ad ministerium dñi. Habitent aũt eo tẽpore, qñ sacerdotali funguntur officio, & sit ipsa ut diximus possessio uigintiquinq; milium calamorum in longitudine & decem milium in latitudine. Porrò leuitæ qui sacerdotibus seruiunt & habent propria ministeria, accipient locum ad ædificanda uiginti gazophylacia: iuxta Aquilam, exedras: iuxta Symmachũ, thalamos: iuxta Theodotionem, gazeras: siue ut Septuaginta transtulerũt, ciuitatenꝫ. Per quod intelligimus, separatum quendam locum ad habitationẽ leuitarũ, urbis uocabulo nũcupari: qui locus quinq; milia habeat calamorũ in latitudine, & uigintiquinq; milia in lõgitudine. Hæc aũt omnia: id est sanctuariũ, & alterũ sanctuariũ, sanctũq; sanctorũ, & habitacula sacerdotũ, & domus leuitarũ qui ministrãt sacerdotibus, appellãtur loca separata & consecrata in ministerium & in sanctificationẽ domui Israel. Post quadruplicẽ terræ sanctæ descriptionẽ: ponitur quinta diuisio. Princeps siue dux populi accipiat hinc & inde: hoc est ex utraq; parte sanctuarij in possessionẽ suã, & in urbe uersetur: respiciatq; eius possessio ad separatum templo locum & faciem urbis: sitq; à latere maris: hoc est ab occidente usque ad alterum latus maris: latitudinem habens, quam inferius in descriptione tribuum singularum propheta describit. Denique sequitur: In longitudine autem iuxta unamquamque partem quam singulæ tribus accipiunt, à termino occidentali, id est maris, usque ad terminum orientalem: qui ubi finiatur, in tribuum descriptione noscemus. Et hæc erit possessio ducis siue principis in terra Israel. Hæc interim dicta sint, ut simplex historiæ sermo noscatur. Cæterum si uoluerimus comparare spiritualibus spiritualia, & iuxta quosdam interpretes ad altiora conscendere, qui asserunt figuram futurorum esse præsentia, & omnia quæ dicũtur pertinere ad cœlestem Hierusalem, quæ est mater omnium nostrum & ecclesiam primitiuorum: non quidem difficile erit dicere quæ dicta sunt ab

alijs

Et erit ex hoc ſanctificatum, quingentos per quingentos quadrifariam per circuitum, & quinquaginta cubitis ſuburbana eius per gyrum. Et à menſura iſta menſurabis longitudinem uigintiquinq; milium, & latitudinem decem milium, & in ipſo erit templum (ſiue ſanctificatio) ſanctumq; ſanctorum. Sanctificatum de terra, erit ſacerdotibus miniſtris ſanctuarij qui accedunt ad miniſterium domini: & erit eis locus in domos, & in ſanctuarium ſanctitatis. Vigintiquinq; milia lõgitudinis, & decem milia latitudinis. Leuitæ autem qui miniſtrãt domui: ipſi poſſidebunt uiginti gazophylacia (pro quibus Septuaginta tranſtulerunt: ipſi tenebunt ciuitatem ut habitent.) Et poſſeſſionem ciuitatis dabitis quinq; milibus latitudinis, & longitudinis uigintiquinq; milibus ſecũdum ſeparationem ſanctuarij omni domui Iſrael. Principi quoq; hinc & inde de ſeparatione (uel primitijs ſanctuarij in poſſeſſionem ciuitatis contra faciem ſeparationis ſanctuarij, & contra faciem poſſeſſionis urbis à latere maris uſque ad mare, & à latere orientis uſque ad orientem, longitudinis autem iuxta unamquanque partem à termino occidentali uſque ad terminum orientalem, terræ erit ei poſſeſſio in Iſrael: & non populabuntur (ſiue uaſtabunt) ultra principes populũ meum: & terram dabunt domui Iſrael ſecũdum tribus eorum. Hæc dicit dominus deus: Sufficiat uobis principes Iſrael: iniquitatem & rapinas intermittite: & iudicium & iuſticiam facite: ſeparate confinia ueſtra à populo meo, ait dominus deus.

A aliijs: ſed ueremur ne huiuſmodi expoſitionem prudens lector nequaquàm recipiat. Vnde ad præſens tempus & ad eccleſiam quæ nunc laborat in mundo & ad cœleſtia ire feſtinat referenda ſunt omnia, ut de uniuerſo mũdo eligantur: aliĳ in poſſeſſionem dei qui ſanctum poſſideant: aliĳ qui ad maiora profecerint teneant ſancta ſanctorũ. In miniſtris quoque ordo diuerſus eſt ſacerdotum & leuitarum: quorum aliĳ orationibus ſuis atq; uirtutibus quotidie ſacrificia offerunt deo: aliĳ in ſecũdo & minori gradu ſunt ut eis miniſtrẽt, & per eos qui ad uirtutum culmina conſcenderunt, & ad extremum ſit dux ſiue princeps, qui tãtum poſſit: ut cõtra unam tribum poſſeſſionem accipiat: uniuſq; meritum compenſet merita plurimorum: & primum dum uerſatur in ſeculo, de mari uſq; ad mare latitu
B dinem poſſideat: deinde ab occidente ſiue à mari uſque ad orientem: ut præſentia derelinquens ad futura feſtinet: & habeat certam poſſeſſionem ſuam, & nequaquàm principes aliena deſiderent, & una quæque tribus ſuam partẽ teneat: Quod ꝓprie ad epiſcopos & presbyteros referri poteſt: quibus dicitur: ut non uaſtent atq; depopulẽtur ultra populum dei: nec terram Iſrael hæreditate poſſideant: ſed unuſquiſq; habeat poſſeſſionem ſuam quæ gradui illius cõſtituta eſt. Vigintiquinque autem milia referuntur ad ſenſus, quæ quater poſita ſunt. Porrò decem milia ad perfectam ſciẽtiam: ut in altero ſimplex tantum teneatur hiſtoria: in altero etiam de theologia & ſupernis uirtutibus diſputetur: quia denarius perfectus eſt numerus. Illud quoq; conſiderãdum, quod ſacerdotes qui in maiori gradu ſunt conſtituti, uigintiquinq; milia poſſideant in lõgitudine, & decem milia in latitudine. Leuitæ autem, id eſt inferior gradus, eundem quidem numerum habeat in longitudine hoc eſt uigintiquinq; milia: ſed latitudo ipſorum quinario numero finiatur. Vnde & uiginti tantum tenent gazophylacia: in quo numero offeruntur munera Eſau. Princeps uero qui uere princeps in populo eſt, & meretur ducis nomen accipere, hinc inde accipit poſſeſſionẽ ſanctuarij: ex omnibus uidelicet qui ei uoluntate ſubiecti ſunt: & urbis habitator eſt: multorumq; ſalutem, ſuã mercedem facit. In priori templo, quod dicitur ſanctuarium, quingenti per ſingula latera calami deſcribũtur: & rurſum quinquaginta cubiti, quibus omnis ſacerdotum poſſeſſio ſeparatur. In ſecundo autẽ ſanctuario, ubi ſunt ſancta ſanctorum, latitudo templi & ſpacium non deſcribitur, ſed incertus numerus eſt. Quod quidẽ & in poſſeſſione principis inuenimus, qui abſq; ullo numero habet poſſeſſionem in populo Iſrael, dum profectus uniuerſorum redundat ad principem: & diſcipulorum ſalus, præmium magiſtrorum eſt. C

a ¶ Hæc dicit dominus deus: Sufficiat uobis principes Iſrael: iniquitatem & rapinas intermittite: & iudicium & iuſticiam facite: ſeparate confinia ueſtra à &c.] Pro rapinis Septuaginta miſeriam tranſtulerunt: pro cõfinijs, oppreſſionem. Eſt autẽ ſenſus. Quia accepiſtis partem ueſtrã ò principes, ſcriptura dicente: Principi quoq; hinc inde in ſeparationem ſanctuarij poſſeſſionem ciuitatis, ſubauditur dabitis: & tãta eſt ueſtra potentia, ut unis tribus partem acceperit ueſtra poſſeſſio: idcirco præcipio atq; cõmoneo, ut ſufficiat hucuſq; iniquitatem feciſſe & rapinas, dũ aliena inuaditis atq; diripitis. Et quia ſcriptũ eſt: Dimitte malum & fac bonum: e contrario, iudicium facite atq; iuſticiam, iudicantes pupillo & iuſtificantes uiduam ſeparate ueſtra confinia à populo meo: ne uidelicet terminos transferatis. Et quia ipſa uicinia lædit humiliorem, qui ſupercilium maioris & potentioris non poteſt ſuſtinere. Hoc interim dictum ſit ad illius temporis populum. Cæterum & noſtris principibus præceptum poterit coaptari, qui in morem Pharaonis & Aegyptiorum opprimunt filios Iſrael per potentiam: nec meminerunt ſcriptum: Ducem te conſtituerũt, ne eleueris: ſed eſto inter eos quaſi unus ex ipſis. Et illud quod in euãgelio κατὰ λουκᾶν dominus loquitur: Si autem dixerit ſeruus ille in corde ſuo, moratur dominꝰ meus uenire, & cœperit percutere ſeruos & ancillas, comedere & bibere, & inebriari: ueniet dominus ſerui illius in die qua non putat, & hora qua neſcit, & diuidet eum, & partem eius ponet cum infidelibus. Diſcipulos quoq; ſuos in euangelio ſecundum Matthæum his præceptis erudit: Scitis quoniam principes gentium dominantur eorum: & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos? Non ſic erit inter uos: ſed qui uoluerit in uobis magnus eſſe, fiat miniſter: & qui uoluerit eſſe primus, ſit omnium ſeruus: ſicut filius hominis non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare: & dare animam ſuam redemptionem pro pluribus. Multa ſunt ſi uoluero de ſacris ſcripturis reuoluere: ubi maiorum ſuperbia coercetur, & ad humilitatem omnes domini prouocantur dicentis: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.

D Pſal.45.c

E Eſaiæ

Eccl.32.d

Luc.12.f

Mat.20.d

Mat.11.d

Commentarij decimitertij in Ezechielem prophetam finis.

Diui

ADIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVARTVM DECIMVM commentariorum Ezechielis ad Eustochium proœmium.

QVod in principio templi Ezechielis debui dicere, nunc præpostero ordine in fine dicturus sum, illius uersiculi memor: Hic labor ille domus, & inextricabilis error. De quo & in alio loco idem poeta decantat: Vt quondam Creta fertur labyrinthus in alta Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq; Mille uĩs habuisse dolum: qua signa sequendi Falleret indeprensus & irremeabilis error. Ita & ego istarum scripturarum ingressus oceanum & mysteriorum dei, ut sic loquar labyrinthum: de quo scriptum est: Posuit tenebras latibulum suum, & nubes in circuitu eius: perfectam quidem scientiam ueritatis mihi uendicare non audeo, sed nosse cupiẽtibus aliqua doctrinæ indicia præbuisse, non meis uiribus, sed Christi misericordia: qui errantibus nobis ipse dolos tecti ambagesq; resoluit: cæca regens spiritu sancto uestigia: quem sequentes, ad portum explanationum prophetæ Ezechielis peruenire poterimus: in quem extremus, id est quartusdecimus liber est. Quem si orante te uirgo Christi Eustochium ad finem usque perduxero: & dominus uitæ huius concesserit spacium, trãsibo ad Hieremiam, qui unus nobis remanet prophetarum: cuius interpretatio, mei quidem laboris & tuarum orationum, sed proprie Christi erit clementiæ.

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam lib er decimusquartus.

STathera iusta &c.] Hic locus iuxta Lxx. nõ cohæret, & penitus intelligi non potest: dum non solũ numeros mensurarum, sed etiam nomina cõmutarũt. Pro ephi enim interpretati sunt mẽsurã, generale nomẽ pro speciali: & pro bato chœnica: pro homer quoq; Hebraico qui Græce dicitur κόρος transtulerũt gomor: rursumq; pro bato chœnica. Dicamus ergo iuxta Hebraicum & literam: & quid nobis uideatur, in singulis apertius explicemus. Stathera quæ Hebraice dicitur mozene, מאזני in his intelligitur quæ appendũtur. Epha autem quæ in Græco sermone corrupte dicitur ὶφι, ad mensuram petinet uariarũ frugum. Verbi gratia, tritici, hordei, leguminum. Porrò batus, qui Hebraice dicitur bath בת eadem mensura est quæ & ephi: & in speciebus tãtum liquidis, uini & olei, & istiusmodi. Corus triginta habet modios: & in utraq; mensura, hoc est tam aridarum quàm liquentium tenet principium. Decima pars cori in his quæ modio mensurantur, appellatur epha, id est tres modij, & decima pars cori in speciebus liquidis, uocatur batus siue uadus: ut eiusdem mensuræ sit epha & batus. Porrò siclus qui Græce dicitur ταλαντον, uiginti habet obolos. Mina uero quæ appellatur mna, habet siclos sexaginta: qui faciunt obolos mille ducẽtos. Quod autem dicitur, uiginti sicli & uigintiquinq; sicli, & quindecim sicli minã faciunt: lectorem turbare nõ debet. Idcirco enim difficultas in numeris ponitur ut intentum animũ faciat auditoris. Vnde & multa dicuntur in parabolis & ænigmatibus: ut qui habet aures audiẽdi, audiat. Omnisq; prophetia in obscuritate continet ueritatem, ut discipuli intrinsecus audiant: uulgus ignobile & foris positum, nesciat quid dicatur. Præcipit ergo scriptura diuina, ut iusta sint pondera, dicens: Non erit in marsupio tuo mensura grandis & minor: stathera uera & iusta erit uobis, & mensura uera & iusta erit uobis. Et in Prouerbijs dicitur: Stathera grãdis & minor, abominabile est utrunq; in conspectu dei. Quod quidem non solum in cõmercijs & in usu quotidianæ uitæ nobis est obseruãdum, sed in omnibus custodiẽda iusticia: dicente scriptura: Sermonibus tuis facies stathera & appendiculũ: ut & in uerbis & in opere & cogitationibus, omnia pondere & ratione faciamus. Obolum autem hoc est uicesimam partẽ sicli siue statheris esse minimam portiuncula, in alio loco legimus: Eius qui fidelis

Leui.19.g
Prou.11.a
D
Eccl.28.d

B

STathera iusta & ephi iustum & batus iustus erit uobis. Ephi & batus æqualis, & unius mensuræ erunt: ut capiat decimã partẽ cori batus, & decimam partẽ cori ephi, iuxta mensurã cori erit æqua libratio eorũ. Siclus autem uiginti obolos habet. Porrò uiginti sicli & uigintiquinq; sicli,, & qndecim sicli minã faciunt. Et hæ sũt primitiæ quas tolletis: sextã partem

STathera iusta & mensura iusta & chœnix iustus erit uobis ad mensuram: & chœnix similiter unus erit ad accipiendum, Decima pars gomor chœnix, & decima pars gomor ephi. Gomor erit æquum ad pondus uiginti oboli. Viginti sicli: quinq; & uigĩnti sicli, & quindecim sicli: mina erit uobis. Et hæ sunt primitiæ quas separabitis. Sextam partem

est, totus mundus diuitiarum: illius autem qui infidelis est, neq; obolus. Quasi alijs uerbis dixerit: Infidelis nihil in mundo possidet: sed etiam minima indiget portione. De quo alijs uerbis in euãgelio dicitur: Non egredietur inde, nisi reddat nouissimum quadrantẽ, hoc est etiam extremum nũmum & minutum. Legimꝰ decem mnas singulis seruis ad negociãdum traditas: & in alia parabola inter seruos talenta diuisa: & debitorem quingẽtorũ denariorũ & quinquaginta: & operarios uineæ qui singulos accipiunt denarios: & mulierẽ uiduã quæ drachmã perdiderat, & uix eã lucernæ accensione reperit. Quæ omnia quẽ sensum habeant, non est huius temporis differere. b ¶ Et hæ sunt &c.] Et hic mutatis nominibus mẽsurarũ in Lxx. æditione cõfusa sunt omnia: ut quid dicat, nõ possit intelligi. Qui em̃ supra pro ephi mensurã, & pro bato chœnica dixerant: & pro coro gomor: pro siclo appẽdiculũ: & hic pro ephi posuere mensurã: pro coro nũc gomor nũc ipsum corũ: & in mẽsura olei pro bato κοτύλην, id est cyathum. Dicamus igitur primum

Mat.5.d
Luc.19.b
Mat.25.b
Luc.7.f
Mat.20.a
Luc.15.b

A mum iuxta literam: δεκάτα, hoc eſt decimam partem omnium frugum, Leuiticæ tribui populus ex lege debebat. Rurſum ex ipſis decimis, Leuitæ, hoc eſt inferior miniſtrorum gradus, decimas dabat ſacerdotibus: & hæc eſt quæ appellatur δευτεροδεκάτη. Erant quoq; & aliæ decimæ, quas unuſquiſque de populo Iſrael in ſuis horreis ſeparabat, ut comederet eas cũ iret ad templũ in urbe Hieruſalẽ & in ueſtibulo tẽpli: & ſacerdotes ac leuitas in uitarent ad cõuiuia. Erant aũt & aliæ decimæ, quas pauperib⁹ recõdebãt: quæ Græco ſermone appellantur πτωχοδεκάται. At uero primitiua quæ de frugibus offerebant, non erant ſpeciali numero definita, ſed offerentiũ arbitrio derelicta. Traditionẽq; accepimus Hebræorum non lege præceptã, ſed magiſtrorũ arbitrio inolitã: qui plurimũ, quadrageſimã partẽ dabat ſacerdotibus: qui minimum, ſexageſimam: inter quadrageſimã & ſexageſimã licebat offerri quodcunq; uoluiſſent. Quod igitur in pentateucho dubiũ derelictum eſt, hic ſpecialiter definitur propter ſacerdotũ auariciã, ne amplius à populo exigant in primitijs deferẽdis, id eſt, ut ſexageſimã partem offerant eorũ quæ gignuntur è terra. Si enim corus qui Hebraice appellatur חֹמֶר & à Lxx. dicit gomor, triginta habet modios: tã in aridis ſpeciebus, q̃ in liquẽtibus, Epha quoq; & batus iuxta quod ſupra diximus, decima pars eſt cori: præciputurq; ut ſexta pars tã ephi q̃ bati detur ſacerdotibus in primitijs offerendis, quæ de tribus modijs dimidiũ facit modium: perſpicue ſupputatur, ſexageſimã partẽ primitiarũ ſacerdotes accipere debere. Hæc interim iuxta literã, & iuxta Hebraicam ueritatẽ, & ſenſiſſe, & audiſſe ſufficiat. Nunc reuertamur ad intelligentiã ſpiritualẽ: in qua primũ quærẽdũ, quo-
Prouer.3.b modo dicatur: Honora dñm de tuis iuſtis laboribus: & da ei de fructibus iuſticiæ tuæ: ut impleãtur cellaria tua frumento, & uino torcularia tua redundẽt: ut poſtq̃ obtuleris primitias laborũ tuorũ atq; uirtutũ, & dixeris:
Deut.28.a Ecce nũc ego attuli tibi primitias frugũ terræ, quas dediſti mihi dñe, merearis audire: Benedictus tu in ciuitate, & benedictus tu in agro: benedicti filij uteri tui, & gemina terræ tuæ, & fructus iumentorũ tuorũ, & cætera: &
Ephe.1.a poſſideas (iuxta Apoſtolũ) omnem benedictionẽ ſpiritualiũ in cœleſtibus in Chriſto: dũ quicquid habes, nõ tuæ putas eſſe uirtutis, ſed eius miſericordiæ, qui fruges dedit. Et ſi quidem tantã habuerimus ſcientiã ſcripturarũ, ut myſtica quæq; pãdamus: & doceamus homines, id eſt rationale animal: damus primitias frumẽti noſtri. Si aũt poſt Anagogen, purã tantũ ſequamur hiſtoriam, quæ ſimplices nutrire poteſt: iuxta illud quod ſcriptũ
Pſal.35.b eſt: Homines & iumenta ſaluos facies dñe: damus primitias hordei noſtri: quod hordeũ ſeuit Iſaac, ſed in terra alienigenarũ: & ortũ eſt ei centuplũ. Qui hordei dat primitias, poteſt dicere: Dñs paſcit me, & nihil mihi deerit:
Pſal.22 in loco paſcuæ ibi me collocauit: ſuper aquas refectiõis educauit me. Qui aũt rationalia paſcit animantia: uertit ſententiã, & dicit: Præparaſti in cõſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. Et poſtq̃ olei & uini obtulerit primitias, iungit & loquitur: Impinguáſti in oleo caput meũ: & calix tuus inebrians q̃ præclarus eſt: illo oleo quod abſq; fece mundiſſimum, ad lucernã domini præparat. Quod qui præparauerit, exhilaratur facies eius in oleo, oleo exultatiõis quo unct⁹ eſt Chriſtus præparticipibus ſuis: & effectus oliua, cũ propheta cãtabit: Ego autẽ ſicut oliua fructifera in domo dei. Et illo uino Pſal.51.b quod de ueræ uite redundat in torculariis ſaluatoris, dicẽte dño: Ego ſũ uitis, uos autẽ propagines: pater me⁹ agricola. De Ioan.15.a his torcularibus tres pſalmos legim⁹: octauum, & octogeſimũ, & octogeſimũ tertiũ: qui oẽs ad eccleſiæ ſacramẽta referuntur. Et in ueteri quidẽ lege, abſq; mẽſura erãt & numero primitiæ: nõ enim ad menſurã Ioan.3.d deus ſpiritum dabat. In ſecunda aũt ædificatione templi, quod Ezechielis prophetia cõtinet, certa menſura eſt, id eſt ſexagenarius numer⁹, quo mundus expletur: &

HEB. tẽ ephi de coro frumenti: & ſextam partem ephi de coro hordei. Menſura quoq; olei: batus olei, decima pars cori eſt: & decem bati corũ faciunt: quia decem bati implẽt corum. Et arietẽ unũ de grege ducentorũ de his quæ nutrit Iſrael in ſacrificiũ, & in holocauſtũ, & in pacifica ad expiandum pro eis, ait dñs deus: Omnis populus terræ tenebitur primitijs his principi in Iſrael. Et ſuper principe erũt holocauſta, & ſacrificium & libamina, in ſolẽnitatibus, & in calendis, & in ſabbatis, & in uniuerſis ſolẽnitatibus domus Iſrael. Ipſe faciet pro peccato ſacrificium, & holocauſtum & pacifica, ad expiandum pro domo Iſrael

SEPTVAG. tem menſuræ de gomor tritici: & ſextam partem ephi de coro hordei: & præceptum olei cotylem, id eſt, cyathũ, olei decẽ cotyles: quia decẽ cotyles ſunt gomor.

dicitur nobis: In qua menſura menſi fueritis, remetietur uobis. 4 Et arietem unũ &c.] Supra dixit quota pars corũ quæ appenduntur, menſuræ quoq; tam aridarum ſpecierũ q̃ liquentiũ debeat offerri principi: nũc eundẽ primitiarum in animantibus ordinẽ tenet: ut unum de grege ducentorũ arietũ iubeat offerri, quos nutrit Iſrael in ſacrificiũ, & in holocauſtum, & in pacifica, ad expiandũ pro populo Iſrael, ait dñs deus. Quod nos interpretati ſumus, de his quæ nutrit Iſrael: In Hebraico ſcriptũ eſt מִמַּשְׁקֵה quod Aquila & Symmachus interpretantur ἀπὸ τῶν ὑδάτων: Lxx. & Theodotio ἀπὸ τοῦ ποτηρίου: quorũ alterũ de irriguis, alterum de canalib⁹ ſiue piſcinis ſonãt: ut uidelicet primitiæ principis, non alibi niſi in irrigũis nutriantur. Et quomodo in ſuperioribus legimus ſexageſimam partẽ debere offerri principi de his quæ appenduntur, & quæ mẽſuræ ſubiacent: ſic nunc ducenteſima pars animantiũ iubetur offerri: & huiuſcemodi legis præceptis, omnẽ populum eſſe ſubiectũ: ut offerat duci ſiue principi, quod uidelicet per illum holocauſta, & ſacrificia, & libamina, in ſingulis ſolẽnitatibus offerantur pro populo, & expietur domus dei. Ex quo animaduertendũ, q̃ quomodo populus debitor eſt primitiarũ offerendarum principi, ſic princeps debitor eſt populi offerre pro eo uictimas: quẽ iuxta tropologiã nõ aliũ intelligere poſſum⁹, niſi dñm ſaluatorẽ. Iſte eſt q̃ de ducentis animantibus ſuſcipit arietẽ: ſiue ut ſignificantius Hebraicus ſermo demõſtrat ἔδεσμα, quod ad cuncta animantia, & nõ proprie ad arietẽ referri poteſt: & ſuſcipit animal uel arietẽ, qui nutritus eſt in locis irriguis, ſanctarũ uidelicet ſcripturarũ: & poteſt dicere: Dñs paſcit me & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit: ſuper aquas refectiõis educauit me. Hæc erant irri- Gen.30.f
gua, imò hi canales: ad quos & Iacob ducebat pecora ſua, ut in ipſis biberent atq; cõciperent: & iuxta uirgarũ colorẽ, fœtus ædirent dño. Pro ſacrificio, hoc eſt, θυσία, Aquila & Symmachus donũ interpretant: quod in Hebraico dicitur מִנְחָה & proprie nõ pertinet ad hoſtiã, ſed ad ea quæ ex ſimila, & polenta, & oleo offeruntur in ſacrificio. Holocauſtũ uero eſt, quod totũ offertur deo: & ſacro igne conſumitur. Pacifica, quando reconciliamur deo: & pro nobis Apoſtolus loquitur: Precamur pro 2.Cor.5.d
Chriſto, reconciliamini deo. Et in alio loco, Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi. Iſte autem princeps

A ceps,cui primitiæ de animantibus offeruntur, ipſe eſt & rex:ut in crucis quoq; titulo demonſtratur, Hebraicis & Græcis literis ac Latinis. Nitentibusq; Iudæis,ut deponeretur titulus triumphalis,gentium in Pilato turba reſpondit:Quod ſcripſi,ſcripſi. Sub principe,inquit, eruit. Pulchre ſacerdotalis dignitas cõmonetur,cui ſubiecta ſit officio:ut ſciat ſe ſacrificiũ & libamina quæ offerunt ex uino, pro populo offerre debere in cunctis ſolennitatib⁹: tam uidelicet in kalẽdis,id eſt,neomenijs, q̃ in ſabbatis:q̃ tenebris cũcta operiẽtibus, lunaris exordiũ luminis eſt, & in requie ſabbatorum:ut faciat uidelicet pro peccato ad expiandum pro domo Iſrael, quæ eſt eccleſia dei uiuentis,columna & firmamẽtum ueritatis. Iſta eſt em̃ domus dei uiuẽtis & domus Iſrael, quæ expiatione ſuorũ indiget peccatorum.

Ioan.19.d

Iſrael. Hæc dicit dñs dẽus: In primo menſe, una menſis ſumes uitulum de armento immaculatum, & expiabis ſanctuarium. Et tollet ſacerdos de ſanguine quod erit pro peccato,& ponet in poſtibus domus,& in quatuor angulis crepidinis altaris,& in poſtibus portæ atrij interioris. Et ſic facies in ſeptimo menſis pro unoquoq; qui ignorauerit & errore deceptus eſt,& expiabitis pro domo. In primo menſe, quartadecima die menſis, erit uobis paſchæ ſolennitas,ſeptem diebus azyma comedẽt. Et faciet princeps in die illa pro ſe,& pro uniuerſo populo terræ uitulum pro peccato. Et in ſeptem dierum ſolennitate faciet holocauſtum domino: ſeptem uitulos, & ſeptẽ arietes immaculatos quotidie ſeptem diebus, & pro peccato hircum caprarũ quotidie. Et ſacrificium ephi per uitulum,& ephi per arietem faciet, & olei hinc per ſingula ephi. Septimo menſe,quintadecima die mẽſis in ſolennitate,faciet ſicut ſupra dicta ſunt per ſeptem dies,tam pro peccato,quàm pro holocauſto & in ſacrificio,& in oleo.

a ¶ Hæc dicit dñs &c.] Totum capitulũ poſui, ne diuiſum per ſingula legentis animum conturbaret. Et primũ de interpretationis uarietate dicẽdum eſt. Vbi nos interpretati ſumus,in quatuor angulis crepidinis altaris: Lxx. tranſtulerunt, & ſuper quatuor angulos templi, & ſuper altare. Et ubi nos diximus,pro unoquoque qui ignorauit & errore deceptus eſt:illi poſuerunt,pro ignorante & pro paruulo. In eo quoq; ubi nos diximus,& ſacrificium ephi per uitulum,& ephi per arietem faciet, & olei hin per ſingula ephi:illorũ æditio tenet,& ſacrificium & coctionem uitulo,& coctionem arieti dabis,& olei hin coctiõis. In extremo quoq; uerſiculo,ubi nos diximus:in ſacrificio & in oleo:illi dixerunt,ſicut in manaa,ſicut in oleo. In primo, inquit,menſe & prima die menſis:haud dubium, quin niſan ſignificet:ſumes uitulum de armento,non qui domi nutritus ſit,ſed qui in armẽto,hoc eſt,de grege & numero plurimorũ. In ſeptima quoq; eiuſdem menſis die, quæ duæ ſolẽnitates,hoc eſt, primi mẽſis prima dies,& eiuſdem ſeptima,in lege Moſaica non habentur. Quartumdecimũ autem diem menſis,quo paſcha celebrat,& Moyſes præcepit obſeruandum, q̃ ſeptem diebus azyma comedimus. Quartã uero ſolennitatẽ de qua dicit: ſeptimo menſe,quintadecima die menſis in ſolennitate, & cætera: uidetur mihi ſignificare ſcenopegiã, quã hic ſine nomine poſuit. Curramus ergo ad ſingula, & quid nobis uideat,breuiter diſſeramus. Eſſe ſolẽnitates ſpirituales,& Apoſtol⁹ docet: Ne ergo quis nos iudicet in cibo & potu,aut in parte ſolennitatis,aut neomeniæ, aut ſabbatorum,quæ ſunt umbra futurorũ. Et ſic per Eſaiã loquitur deus:Neomenias ueſtras,& ſabbata ueſtra, & diem magnum non ſuſcipio:ieiuniũ,& ferias, & neomenias,& ſolẽnitates ueſtras odit anima mea. Manifeſtum eſt,q̃ qui ſolennitates oderit Iudæorũ,ſuas diligat, ſabbatum uidelicet quod relictum eſt populo dei: ut uideamus quæ à deo donata ſunt nobis, & loquamur, nõ in doctis humanæ ſapientiæ uerbis,ſed in doctrina ſpirit⁹, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. In præſenti enim ſeculo quod in maligno poſitum eſt,dies bonos uidere nõ poſſumus,ſed in nouo:de quibus diebus in carmine Moſaico ſpiritus ſanctus canit:Memento dierũ antiquitatis, intellige annos generationis generationum. De quibus & ſanctus loquebatur in pſalmo: Nocte in corde meo meditabar. Et iterum: Et annos æternos in mente habui,& meditat⁹ ſum. Qui iſtum non ſuſcipit intellectum, reſpõdeat qũo illud poſsit exponere q̃d Eſaias de futuro & nouo ſeculo uaticinat: Erit menſis in mẽſe, & ſabbatum ex ſabbato,& ueniet omnis caro adorare dñm, q̃ ueri adoratores nequaq; adorabũt in monte Garizim, nec in Hieruſalem,ſed in ſpiritu & ueritate,q̃ erit cœlum nouũ, & terra noua:& liberabitur omnis creatura à ſeruitute corruptionis, in libertatẽ filiorum dei,& ſol ſepties tantũ lumẽ accipiet, & luna ſoli cõparabitur. Acceſsimus em̃ ad mõtem Sion, qui interpretat ſpecula, & ad ciuitatẽ dei uiuẽtis Hieruſalem cœleſtem,& ad milia angelorũ ſolennitates. De qua ſolennitate loquitur & alius propheta: Quid facietis in diebus congregationis, & in diebus ſolẽnitatis dñi? Hoc eſt illud q̃d & alibi dicit. Celebra Iuda feſtiuitates tuas,redde uota tua. Si ergo didicimus ſolẽnitates ſpũales,cõſequenter docebimur & uictimas ſpũales. Aſſumit uitulus de armẽto,ſiue taur⁹ ut interpretat⁹ eſt Symmach⁹,liber & nullo preſſus iugo, hoc eſt onere peccatorũ:& immaculatus, q peccatũ nõ fecit,nec dol⁹ inuẽtus eſt in ore eius:uitul⁹ nouellus,cornua efferẽs & ungulas,ut in ipſo mundet & expiet ſanctuariũ. Et tollet,inqt,ſacerdos de ſanguine eius q̃d erit p peccato oĩm: q alijs uerbis agn⁹ appellat in Exodo & in Euãgelio, baptiſta Ioanne dicẽte: Ecce agnus dei, qui tollit peccatũ mundi. Sanguis aũt ipſe eſt precioſus, in quo redimimur in paſsione dñi ſaluatoris,cuius carnibus alimur,& cruore potamur:quo tanguntur quatuor anguli crepidinis altaris:quod Theodotio ipſum uerbũ Hebraicũ poſuit עֲזָרָה ſiue ἐξόδου, id eſt,templi,ut Lxx. tranſtulerunt,ut ſanctificetur domus & altare. Vniuerſa enim mundi elemẽta hoc ſanguine ſanctificant: ut cum quis expiatus fuerit atq; mundatus, ingrediat portam atrij interioris,& poſsit dñi arcana cognoſcere,& conſequenter uenire ad ſeptimã diem menſis primi, & conſequi requiẽ,& dño offerre ſacrificiũ tã pro ignorantia, de qua Dauid loquit: Delicta iuuẽtutis meæ,& ignorantiæ meæ ne memineris: q̃ pro puulo q cũ ad pfecti uiri mẽſurã peruenerit,deſtruet ea quæ puuli ſunt,& loquit cõfidenter: Dũ eſſem puulus,quaſi puulus loquebar, quaſi paruulus ſapiebã. Siue pro eo qui errore deceptus eſt,& non tã uoluntate,q̃ boni opiniõe peccauit. Cõpletis autẽ duabus ſolennitatibus primi menſis, hoc eſt, primæ diei & ſeptimæ eius,uenit ad quartũdecimũ diem menſis in quo paſchæ ſolennitas eſt,de qua ſcriptũ eſt: Etem̃ paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Tunc comedimus ſeptẽ diebus azyma in requie & ſecuritate rerum omniũ,q̃ fermentum maliciæ & nequitiæ deſtruentes, manducamus azyma ſynceritatis & ueritatis: principe noſtro

Deu.32.d
Pſal.76.b
Eſa.66.g
Ioan.4.c
Eſa.65.c
Rom.8.d
Pſal.24.b
1.Cor.15.e
1.Cor.5.b
Ioan.1.d
Exod.12.e
Col.2.c
Eſa.1.d
Oſee.9.d
Naum.1.d

A noſtro cũcta hæc pro nobis offerente,& primum pro ſe ipſo. Suſcepit enim corpus humanũ,& per peccatũ deſtruxit peccatum: qui pro nobis dolet & portat infirmitates noſtras, deinde pro domo ſua, quod in Lxx. ſcriptum eſt, ſed in Hebraico non habetur, id eſt, pro eccleſia,& pro omni populo terræ, uniuerſo uidelicet humano genere. Saluator eſt enim omnium hominũ,& maxime fidelium,& ipſe eſt propiciatio p peccatis noſtris,& nõ ſolũ pro noſtris, ſed pro omni mũdo. Oblato aũt uitulo pro uniuerſo populo terræ, in ſeptẽ diebus reliquis dñicæ paſſionis ſeptem uituli & ſeptẽ arietes immaculati offerũtur quotidie, ut holocauſto & igne dñico cõcrementur. Septem aũt uituli & ſeptẽ arietes ſunt, qui cõfigurantur dñicæ paſſioni: ut imitẽtur uerum uitulum,& uerum arietẽ,& ſanguine martyrũ per ſeptẽ dies totius mũdi peccata purgentur. Hircus quoque caprarum offertur pro peccato quotidie, ſeptem uidelicet diebus. Attendendumq; diligentius, q in ſacrificio ephi per uitulum, & ephi per arietem & olei hin offeruntur quæ lege præce-
B pta ſunt. In oblatione autẽ hirci, nec ephi, nec (ut Lxx. tranſtulerunt) coctio ponitur, qui pro ephi, πίμμα, hoc eſt, coctionem interpretati ſunt. Hin uero quæ olei certa menſura eſt, de qua ante iam diximus, aſſumitur in ſacrificio uituli & arietis, ut fomẽtum luminis ſempiterni, & requiem laboris,& laſſitudinis ſanitatem, poſt placationem peccatorum accipe poſſimus. In ſeptimo quoq; menſe, quintadecima menſis die, hoc eſt, ſcenopegiarũ, idem oblationis & ſacrificiorum ordo ſeruãdus eſt, tam pro peccato q̃ pro holocauſto,& in ſacrificio & in oleo: ut feſtiuitatem domini fugatis tenebris & orto lumine olei conſequamur: clarioresq; habeamus ſolennitates, in quibus nobis omnia peccata donãtur. Cap. XLVI.

HAec dicit dominus deus: Porta &c. & ſacrificiũ ephi per arietem &c.] Vbi nos interpretati ſumus ephi, quæ eſt decima pars cori: Lxx. tranſtulerũt πίμμα, q̃d in noſtra lingua coctionẽ ſonat. Et ubi nos diximus, ſacrificiũ, illi ipſum Hebraicum poſuere uerbum מִנְחָה quod Aquila, donum uel ſacrificium: Theodotio, ſacrificium tranſtulit. Et interim priuſquã quid iſta ſignificẽt, diſſeramus: ipſa ſcripturæ παραφραστικῶς uerba pandenda ſunt. Porta, inquit, atrij interioris ſex diebus, de quibus ſcriptũ eſt: Sex diebus operaberis, & facies omĩa opera tua: erit clauſa, nec quælibet porta, ſed quæ reſpicit ad Orientem, unde oritur ſol iuſticiæ. Porrò die ſabbati, id eſt, ſeptimo, in quo requies eſt, aperiet̃ per ſingulas hebdomadas,& rurſum cõpletis diebꝰ triginta, q̃ alterius menſis finis,& alterius exordiũ eſt, id eſt, neomenia, die uidelicet kalendarum aperietur, ut quod priuilegiũ habet ſeptimus dies in hebdomada, hoc habeat priuilegiũ menſis exordium. Cur aũt aperiat̃ die ſeptimo & die kalendarũ porta interioris atrij quæ reſpicit ad Oriẽtem, ſequens ſermo monſtrabit. Et intrabit, inquit, princeps per uiã portæ deforis atrij uidelicet exterioris, & ſtabit in limine portæ interioris atrij, quæ reſpicit ad Orientem, nec ingredietur atriũ interius, ſed illo ſtante, alij ſacerdotes facient pro ipſo holocauſtum, quã oblationem C interpretatus eſt Symmachus, & pacifica, ſiue quæ ad ſalutẽ pertinent, ut poſtq̃ hoſtia principis, ſacro igne fuerit concremata, & dux recõciliatus deo, tũc adorare poſsit ſuper limen portæ interioris atrij in quo ſteterit & egrediatur. Quid igitur? Poſt egreſsionem principis ſtatim porta claudetur? Neq̃, ſed aperta erit uſq; ad ueſperam, ut poſt principem, oĩs populus terræ adoret cõtra oſtium portæ illius, adoret autẽ in ſabbatis & in kalẽdis q̃ aperitur porta. Et quia ſupra dixerat: Facient ſacerdotes holocauſtum eius & pacifica eius, nec ſignificauerat holocauſtorum numerũ, nũc infert: Holocauſtum autẽ hoc offeret princeps dño in die ſabbati. Offeret autẽ nõ per ſe, ſed per ſacerdotes, de quibus ſcriptum eſt: Et facient ſacerdotes holocauſtũ eius & pacifica eius:

Hæc dicit dñs deus: Portã atrij interioris quæ reſpicit ad Orientem, erit clauſa ſex diebus, in quibus opus fit: die autem ſabbati aperiet̃, ſed & in die kalendarum aperietur. Et intrabit princeps per uiã ueſtibuli portæ deforis, & ſtabit in limine portæ, & facient ſacerdotes holocauſtum eius & pacifica eius, & adorabit ſuper limen portæ & egredietur: porta aũt nõ claudetur uſq; ad ueſperã. Et adorabit populus terræ ad oſtium portæ illius in ſabbatis & in kalendis coram dño. Holocauſtum aũt hoc offeret princeps dño in die ſabbati: ſex agnos immaculatos,& arietem immaculatum, & ſacrificium ephi per arietem: agnis autem ſacrificiũ quod dederit manus eius,& olei hin per ſingula ephi. In die autem kalendarum uitulum de armẽto immaculatum, & ſex anni et arietes immaculati erũt. Et ephi per uitulum: ephi quoq; per arietem faciet ſacrificiũ: agnis autem ſicut inuenerit manus eius, & olei hin per ſingula ephi.

Cumq; ſex, inquit, agnos immaculatos, & arietem immaculatum, ita ut ſacrificium arietis menſura ephi ſit, quæ Hebraice appellatur אֵיפָה Sex autem agnis ſit ſacrificium quod offerre potuerit manus eius qui offert: & per ſingula ephi, erit olei menſura quæ appellatur hin. Kalendarum autem, hoc eſt, neomeniarum dies, hoc habe D bit priuilegium amplius à die ſabbati, ut uitulus immoletur de armento, ſiue taurus immaculatus. Cætera autem, hoc eſt, ſex agni immaculati & aries immaculatus & ſacrificia eorum, ritum ſabbati poſsidebunt, ita duntaxat ut ſicut in ariete ephi offertur ſacrificij, id eſt, ſimilæ & hin olei, ita offeratur & in uitulo. Hæc perſpicuitatis cauſa ſint poſita, nunc ſpiritualem ſenſum domino donante referemus. Sex diebus quibus operamur in mundo, porta orientalis atrij interioris clauſa nobis eſt. Poſtquam autem uenerimus ad diem ſeptimum, id eſt, ad diem ſabbati in quo æterna requies eſt, ſiue ad diem kalendarum, quando poſt cæcam noctem,& horribiles tenebras, lucis exordium eſt, aperitur nobis porta orientalis,& ſi quis noſtrum per merita uirtutum, ducis nomen & dignitatem fuerit cõſequutus: per uiam ueſtibuli portæ deforis, hoc eſt per mundi huius labores,& portam eccleſiæ, quæ adhuc in terrenis finibus poſita eſt, ingredietur, non interius atrium: hoc enim in præſenti loco ſcribitur, ſed ad limen portæ interioris, & ſtabit in ea. Sin autem princeps in præſenti ſcriptura non ingreditur atriũ interius, ſed ſtat in limine eius: nulli dubium eſt nunc ex parte nos uidere,& ex parte cognoſcere, & necdum reuelata facie gloriam domini cõtemplari. Denique ſtante principe in limine portæ atrij interioris, cæteri ſacerdotes, quibus hoc officium delegatũ eſt, quos poſſumus intelligere uirtutes angelicas, faciẽt pro ipſo holocauſtum & pacifica. Indigemus enim miſericordia dei,& omnis creatura ad comparationem creatoris im- Iſa. 6.b
munda eſt,& diuino igne purganda, quo & Eſaiæ prophetæ purgata ſunt labia: ut poſtquam per ſacrificium pacẽ receperit, tunc in limine conſtitutus, adoret omnipotentiam dei,& ſe atrij interioris ingreſſu fateatur indignum,& ſtatim ingrediatur. Poſtquam autem qui primus eſt, fuerit egreſſus, non claudetur uſq; ad ueſperam

huius

Cumq; ingrediatur princeps, per uiam uestibuli portæ ingrediatur, & per eandem uiam exeat. Et cum intrabit populus terræ in conspectu domini in solennitatibus: qui ingreditur per portam Aquilonis ut adoret, egrediatur per uiam portæ meridianæ, & qui ingreditur per uiam portæ meridianæ, egrediatur per uiam portæ Aquilonis. Non reuertetur per uiam portæ, per quam ingressus est, sed è regione illius egredietur. Princeps autem in medio eorum, cum ingredientibus ingredietur, & cum egredientibus egredietur. Et in nundinis, & in solennitatibus erit sacrificium ephi per uitulum, & ephi per arietem. Agnis autem erit sacrificium sicut inuenerit manus eius, & olei hin per singula ephi. Cum autem fecerit princeps spontaneum holocaustum, aut pacifica

A huius seculi ipsa porta interioris atrij, sed aperta erit: ut populus quoque terræ sit ad ostium, & adoret ad eum, nequaquam omni tempore, sed quando requieuerit à peccatis, & fugatis tenebris fidei, & scientiæ lumen acceperit. Hoc autem ipsum holocaustum quod offert princeps per sacerdotes in die sabbati, sex agnorũ immaculatorũ numero terminatur, pro sex uidelicet diebus in quib⁹ operamur in mundo, & arietẽ immaculatum qui princeps gregis est: ita ut per singulos arietes offeratur in sacrificio ephi, id est, decima pars cori. In agnorum autẽ sex sacrificio, certa mensura non ponitur, sed quantumcũq; dederit manus eius qui offert, hoc est, pro operum qualitate atque mensura. Olei autem hin offeret per singula ephi, hoc est, oleum

Matth.25.a quod sibi quinq; uirgines præpararunt, ut ungat similam siue commisceat, & omnis oblatio dei plena sit lumine ueritatis, & exhilaretur facies offerentis oleum. Die autem kalendarum, hoc est die tricesimo, quando primogenita & leuitæ numerantur in lege præter omnem Israel, de quibus supra diximus: offertur uitulus immaculatus de armento: super quo plenius in priori capitulo differuimus, & agni sex, & arietes immaculati, & cæte

B ra quæ offeruntur in sabbatis, ut æternam requiem consequamur, & mereamur audire: Euge serue bone, quia in paucis fidelis fuisti, super multa te constituam, intra in requiem domini tui: & non solum ad portam interioris atrij peruenire, sed etiam penetralia eius intrare

Psal.91.c possimus, & illud opere possidere: Plantati in domo domini, in atrijs dei nostri florebunt. a ¶ Cumq; ingreditur princeps, per uiam uestibuli portæ ingrediatur, & per &c.] Princeps ille de quo supra dictũ est: Et intrabit princeps per uiam uestibuli portæ deforis, per eandem portã ingrediatur & per eãdem egrediatur: liberi em̃ arbitrij est, & potestatem habet ponendi animam suam, & rursum resumendi eam: tamq; ad nos uentẽs, quàm ad cœlestia conscendens, eadem maiestatis suæ utitur libertate. Denicq; non quærit nundinas, nec solennitates, nec differẽtiam ullam obseruat dierum, quia omne tempus, ei festiuitas est. Populus autem in nundinis tantum & in solennitatibus ingreditur & egreditur, & non per eandem uiam, sed per alteram atq; alteram. Scriptum est enim: Et cum intrabit populus terræ in conspectu domini in solennitatibus: qui ingreditur per portam Aquilonis ut adoret, egrediatur per uiam portæ meridianæ, & qui ingreditur per uiam portæ meridianæ, egrediatur per uiam portæ Aquilonis: non reuertetur per uiã portæ per quam ingressus est, sed è regiõe illius egredietur.

Gen.19.d Quod nõ solum his præcipitur qui egrediuntur de Sodomis, & dicitur eis: Ne respicias retrorsum: neque illis

Luc.9.g qui manum mittunt ad aratrum, ut non respiciant ea quæ post tergum sunt: sed in domo quoq; domini constitutis, iubetur ne post terga respiciant, & reuertantur ad egena & infirma elementa, & incipientes spiritu, carne consumentur, sed ut de spiritualibus quoq; ad maio-

Philip.3.c ra procedant, & dicant cum Apostolo: Præteritorum obliuiscens, & in priora me extendens: ut nequaquam ex parte prophetent, sed ueniant ad perfectum: iuxta eam tamen perfectionem quam potest capere humana natura, ut intelligamus illud euangelicum: Et uos cum C omnia feceritis, dicite: serui inutiles sumus, quod debui Luc.17.c mus facere, fecimus. Vnde & Apostolus in eadem epistola de duabus loquitur perfectionibus, quasi imperfectus enim scribit: Non quia iã accepi, aut quasi iam per Phil.3.c fectus sim: persequor aũt si apprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo. Statimq; quasi perfectus loquitur: Vnum autem, posteriorum obliuiscẽs, ad ea quæ in priora sunt mẽ extẽdens, iuxta propositum persequor ad brauium supernæ uocationis. Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus. Quomodo em̃ potest stare sententia, ut qui dixerat, non quia iam accepi, aut quia iam perfect⁹ sum, aũdeat dicere: Quotquot ergo perfecti sum⁹, hoc sapiamus? Ex quo prospicuum est om̃em hominem, & uniuersam creaturam, quamuis ad perfectionem uenerit, tamen indigere misericordia dei, & plenam perfectionem ex gratia, non ex merito possidere. Præcipitur itaq; populo terræ, ut si ingreditur per portã Aquilonis ut adoret, egrediatur per uiam portæ meridianæ. Quis est iste populus cui hoc præcipitur? Nempe gentilium: ut qui derelinquens portam Aquilonis, à quo exardescunt mala super terram, D ingressus fuerit templum, non egrediatur nisi per uiam portæ meridianæ, ad portam luminis, ad portam calo-

ris, ad portã in qua sponsus cubat in meridie. Denique Cantic.4.d dicitur in eodem Canticocanticorum: Surge Aquilo, & ueni Auster. Qui uero ingreditur per uiam portæ meridianæ, egrediatur per uiã portæ Aquilonis. Quis nam ille est populus? scilicet Iudæorũ, qui derelinquens portam uiæ luminis, uadit ad portã Aquilonis, de quo dicitur: Aquilo uentus durissimus. Nam & olla Hieremiæ à Hiere.1.e facie Aquilonis accenditur. Dicamus & aliter: Per portam Aquilonis ingreditur, qui peccata dimittit, & egreditur per portam meridianam, qui uirtutes sequitur. Et econtrario, si iustus lapsus fuerit in peccatis, ingreditur quidem per portam meridianã, sed egreditur per uiam portæ Aquilonis. Princeps autem, inquit, in medio eorum erit, ingredientium scilicet & egredientium, iuxta illud quod scriptum est: Medius inter uos stat, quem uos Ioan.1.d ignoratis. Et Apostolus: An ignoratis quia Christus in 2.Cor.13.b uobis est? Sin autem ignorantibus dicitur, q̃ medius inter eos stet Christus, quanto magis sciẽtibus? Sed cum inter scientes Christus steterit: tunc corpus mortuũ fiet propter peccatum, & spiritus uiuens propter iusticiam. Ingreditur autem princeps cum ingredientibus, & egreditur cum egredientibus, utrorũq; uirtutis atq; peccati testis assistens. In nũdinis ergo & in solennitatibus, sabbatorum uidelicet & kalendarum, & uniuersæ festiuitatis, de qua in anterioribus locuti sumus, tam in uitulo, q̃ in ariete per singula ephi offerẽtur in sacrificio. In agnis uero non erit certus numerus, nec uoluntati dimissum arbitrium, sed uiribus quis utetur & bono conscientiæ: ut quantum potest, non quantum uult offerat, & super omnia olei hin per ephi singula, ut ungatur simila & lucerna accendatur in conspectu domini: & qui eo utitur, Psal.51.b possit dicere: Ego autem sicut oliua fructifera in domo domini. b ¶ Cum autem fecerit princeps spõtaneum holocaustum, aut pacifica uoluntã. &c.] Vbi nos legi-

A mus,immaculatum:& in Hebraico scriptū est תְּמִימִם Aquila, perfectum interpretatur. Et ubi Lxx. מִנְחָה Theodotio,sacrificium:Aquila & Symmachus,donum transferunt.Pro eo autē quod nos diximus,spontaneū, Septuaginta ἐμολογίαν, id est,confessionem, uerterūt,& pro principe, ducē: hoc enim נָשִׂיא significat. Adhuc autē sermo de principe est, de quo Esaias loqui/
Esa.55.b tur: Ecce testimoniū in gentibus dedi eū, principem & præce/ptorem in gentibus.
Ezech.34.f Et Ezechiel: Et ego dñs ero eis in deum: Et Dauid princeps in medio eorū. Cum igitur iste princeps fe cerit spontaneum,& dixerit:Voluntaria si ue spōtanea oris mei
Psal.118.o beneplacita fac do/mine: Spontaneum autem holocaustum, ut totū se offerat deo, & pacifica uolūtaria, quod in priorib⁹ nō inuenitur,scriptū est enim:Et Faciēt sacer/dotes holocaustum eius, & pacifica eius: Et de spontaneis ac uoluntarijs, quibus nunc dicitur,omni/no reticetur:ut nō ne
B cessitate faciant,sed uoluntate: post holo/caustum offerat pacifica,& reconcilietur deo. Vnde &
1.Cor.7. uirginitas maior est nuptijs,quæ non exigitur nec red/ditur,sed offertur.Pro pacificis,quæ Hebraice dicuntur שְׁלָמִים Lxx.salutaria interpretantur:ut ipsa reconci/liatio pacificorum,salus sit offerentis.Cum ergo fecerit princeps,aperietur ei porta,uel iuxta Lxx. aperiet sibi portam quæ respicit ad Orientem:illam uidelicēt por/
Psal.117.e tam,de qua scriptum est:Hæc porta domini,iusti intra/bunt per eā,& unde oritur sol iusticiæ. Et faciet, inquit, holocaustum suum & pacifica sua,de quibus nunc dixi mus.Faciet aūt quia spontaneum sacrificium est,& non alij pro eo facient sacerdotes,uidelicet sicut fieri solet in die sabbati.Ergo omni tempore holocaustum & pacifi/cum quod offertur uoluntarie,reseratam habet portam domini,nec obseruat sabbatum,sed omnes dies ei repu tantur in requiem.Deniq; postquā obtulerint holocau/stum & pacifica,statim egreditur & clauditur post eum ianua,siue claudit ianuam,ut seruetur principi priuile/giū suum,nec sacrificia eius populo misceantur.Et quia generaliter dixerat,spontaneum holocaustum aut paci/fica uoluntaria domino,nec apposuerat taurum siue ui tulum,& arietem uel ouem,hircumq; pro peccato, do/cet quod sit ipsum holocaustum:Agnum, inquiens, an/niculum immaculatum faciet holocaustum, & non cer/tis diebus,sed q̄tidie: nec qualibet hora,sed mane, ma/ne faciet illum:per singula uidelicet mane, qñ orto sole
Psal.5.a lucis exordiū est. De quo mane Dauid loquitur in psal/mo:Mane exaudies uocē meam,mane astabo tibi & ui/
Ibid.29.b debo.Et in alio loco:Ad uesperum demorabitur fletus,
Ibid.62.a & in matutino lætitia.Et iterum:Deus deus meus,ad te de luce uigilo.Qui sit autem iste agnus immaculatus,si/ue perfectus & anniculus,Esaias plenius docet, dicens:
Esa.53.a Sicut ouis ad uictimam ductus est,& sicut agnus in cō/spectu tondentis se sine uoce,& non aperuit os suum. Et Hieremias:Ego autem sicut agnus innocens ductus ad C
uictimam,nō cognoui.Et Ioannes baptista: Ecce agnus Hiere.11.d
dei,qui tollit peccata mundi.Iste est agnus qui immola/ Ioan.1.d
tur in Aegypto:de cuius sanguine armātur postes fidei, Exod.12.d
& exterminator excluditur.Anniculus autē, quia præ/dicauit annū dñi ac/ceptabilem,& diē re/tributionis. Nec mi/retur lector,si idem & princeps est & sa/cerdos,& uitulus & aries,& agnus: cū in scripturis sanctis pro uarietate causarū le/gamus eū dominū,& deum, & hominē, & prophetam,& uirgā, & radicē,& florem,& principem,& iudicē, & regē,iustum,& iu/sticiam,apostolum,& episcopum, brachiū, seruum,unigenitum, pastorē,filium,& pue rum,unigenitū & pri mogenitum, ostium, uiam,angelum, sagit tam,& sapientiam,& multa alia: quorum omnium, si uoluero testimonia dicere,,p/rio libro indigēt. In holocausto itaq; istiꝰ agni immaculati & anniculi q̄ mane sem
D per offertur, faciet ipse princeps sacrifi/cium, siue manaa: &

cifica uoluntaria domino,aperietur ei porta quæ respi/cit ad Orientem,& faciet holocaustum suum & pacifi/ca sua,sicuti fieri solet in die sabbati,& egredietur clau/deturq; porta post quàm exierit.Et agnum anniculum immaculatum faciet holocaustum quotidie domino, mane & mane faciet illud. Et sacrificium (siue manaa) faciet super eo mane,mane, sextam partem ephi (siue mensuræ),& de oleo tertiam partem hin,& misceatur (siue iuxta Symmachum, aspergatur) similæ sacrificiū, (siue manaa) domino legitimum,iuge atq; perpetuum. Facietis agnum & sacrificium,& oleum mane,mane,ho locaustum sempiternum.Hæc dicit dominus dēus: Si dederit princeps (siue dux) donum alicui de filijs suis, hæreditas eius filiorum suorum erit, possidebunt eam hæreditarie.Sin autem dederit legatum de hæreditate sua uni seruorum suorum, erit illius usque ad annum re missionis(pro quo Theodotio ipsum uerbum Hebrai cum posuit דְּרוֹר) sed reuertetur ad principem:hære/ditas autem eius filijs eius erit.Et non accipiet princeps de hæreditate populi per uiolentiam,& de possessione eorum,sed de possessione sua hæreditatem dabit filijs suis

similam,siue donum mane,mane sextam partem ephi, subauditur,similæ.Sexta autē pars ephi, dimidius mo/dius est.Si enim ephi, decima pars cori est, id est, tres modij:nulli dubium quin sexta pars ephi, dimidiū fa/ciat modium.De oleo quoq; mensuræ hin,tertia pars of fertur:ut misceatur, siue aspergatur similæ sacrificium deo, legitimum,iuge atque perpetuum: quod nulla in/termittitur die:sed omni tempore orto sole semper offer tur,ut impleatur q̄d in fine capituli huius ponit: Faciet agnum in sacrificiū,& oleum mane,mane holocaustum sempiternum. a ¶ Hæc dicit dominus &c.] Hucusque sermo de principe,nūc de hæredibus eius præcepta tri buuntur:imò de donis,hæreditate atq; legatis, quibus dare debeat,& quorum sit,uel ad tēpus,uel æterna pos/sessio.Si,inquit,filijs suis dederit uel donum,uel hæredi tatem,ipsi possidebūt eam:quia eis successionis iure de betur,& de alio ad alium non potest transire possessio. Sin autē dederit uni seruorum suorum legati nomine, tamdiu habebit possessionē,q̄s diu uel septimus annus remissiōis qui dicitur דְּרוֹר: uel iubileus,hoc est,quin Leui.25.d
quagesimus adueniat:qñ omnis emptio, atq; donatio reuertitur ad priores dominos, ita ut seruus usum ha/beat pro tempore,& proprietatē possessionis filij princi pis.Quod autem sequitur:Et non accipiet princeps de hæreditate populi per uiolentiam,siue ut Lxx.transtule runt,ut opprimat eos:uel ut Aquila & Symmachus, ut affligat eos atq; contristet,sed de possessione sua hæredi tatē dabit filijs suis:Sugillat non solum illius temporis sacerdotes & principes, sed nostri quoq; qui ditiores fi/unt sacerdotes dignitate,& præter ea quæ sibi dñi dispo sitione debentur,tollunt à pauperibus per uiolentiam, uel sub honoris nomine diuites spoliant:ut ipsis quoq; filijs suis quibus paterna debetur hæreditas nil debeāt derelinquere,nisi quod sibi à parētibus derelictum est.

Ergo

A Ergo qui ditior est sacerdos q̃ uenit ad sacerdotiũ, quic quid plus habuerit, nõ filijs debet dare, sed pauperibus & sanctis fratribus, & domesticis fidei, qui uincunt me rita liberorum: ut reddat ea quæ dñi sunt, dño suo, qui Matth.25.d loquitur in euangelio: Quicquid uni istorum feciſtis, mihi feciſtis. Ipse enim in pauperibus susci pitur hospitio, uisitatur in carcere, nudus tegitur, sitiens bibit, saturatur esuriẽs. Vt non dispergatur, inquit, populus meus à possessiõe sua. Si em licentiam habuerit princeps, uel accipere, uel rapere, uel sub figura honoris tenere, quæ nõ sunt sua & liberis derelinquere: populus qui in nomine dei fuerat congregatus, dispergetur in partes atq; lacerabit: siue iuxta legem, ne paulatim alterius hæreditas transeat ad alium, & pereat funiculus diuisionis, per quẽ sorte ad unumquenq; uenit hæreditas. Dispergitergo populũ dei, & aufert ab eo possessionem fidei sempiternã: qui alie na dona uel bona, uel B rapina, uel adulatione, uel blanditijs, uel prætextu religionis, filijs fratribusq; & cõ sanguineis derelinquit. a ¶ Et introduxit me &c. Et dixit, inquit, &c.] Hoc em̃ Hebraice significat וַיְבִא. Vir qui calamum tenebat manu & funiculum cementarij, quo ædificium metiretur. Introduxit, inquit, me per ingressum qui erat ex latere portæ, uel post tergum portæ. Nec posuit cuius portæ, Orietalis, australis, aut alterius plagæ, sed reliquit incertum: ut irem ad locum sanctuarij, & in gazophylacia, siue in cubicula sacerdotum, quæ respiciebant ad Aquilonẽ & ad mare, ad Septẽtrionem uidelicet & ad Occidentẽ, hanc habente scriptura sacra consuetudinẽ: ut pro situ terræ Iudææ, semper mare Occidentem uocet. Et cõsiderandum q̃ locus sacerdotum ubi pro delicto, siue ignorantia & pro peccato coquunt̃ sacrificia, ne cruda offerantur, in atriũ exterius ad Aquilonem & Occidentem positus sit: unde uentus frigidissimus orit̃, & ubi solis lumen occumbit. Ex quo ostendit̃, quicquid ad eduliũ pertinet: uel pro errore esse, uel pro peccato. Sin aũt & pro ignorantia offert̃ sacrificiũ, quanto magis pro delicti conscientia? Vnde & Iob offerebat Iob.1.a mane quotidie hostiam pro filijs suis, timẽs ne per ignorantiam deliquissent. Quod aũt sequitur: Vt non efferãt in atriũ exterius, & sanctificetur populus qui sanctificationi non fuerat præparatus: illud significat, ne facile nõ sanctificatis sancta tribuamus, nec mittamus (iuxta Euãgelium) margaritas ante porcos, nec demus sanctum canibus. Deniq; Moyses tribus diebus ab omni immũdi- Matth.7.a cia, & ab uxorum cõplexu uult populum sanctificari, ut Exod.19.c accedat ad montem Sina, & sanctificatus sancta susci piat. Si autem accessuri ad audienda & suscipienda uerba dei sanctificari iubent̃ ab uxorib⁹ manifestum est in 1.Cor.7.a lege illud apostolicũ contineri: Nolite fraudare inuicẽ, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi, & ex consensu abstinentium ab uxoribus, ut uacemus orationi. Post hæc scriptum est: Et eduxit me in atrium exterius, & circunduxit me per quatuor angulos atrij, & ecce atriolum erat in angulo atrij, atriola singula per angulos atrij, in quatuor angulis atrij atriola dispositaIlle uir quem sæpe cõmemorat, eduxit eum de loco sacerdotũ qui uergebat ad Aquilonẽ: siue qui erat separat⁹, ubi coquunt sacerdotes pro delicto, & pro peccato, uel ignorantia, eduxit autem in atrium exterius. Ex quo intelligim⁹ illud atrium de quo egressus est fuisse interius, & multa esse atria in scripturis sanctis, de Psal.134.a quibus legimus: Qui statis in domo dñi, in atrijs domus dei nostri. Et in Ioanne: Et Ioan.10.c alias oues habeo quæ nõ sunt ex hoc atrio, & illas oportet me adducere, & uocẽ meã audient, & fiet unum atrium, & unus pastor, hoc enim Græce αὐλὴ significat: quod Latina simplicitas in ouile transtulit. Quãdo autẽ dicit, ex hoc atrio, ostendit esse & D aliud, quod uel in gẽtium turba ad distinctionem Israel, uel in cœlis ad separationẽ qualitate meritorum superiorum plenius disputatum est. Hoc autem atrium de quo nunc sermo est, per singulos angulos quatuor habebat atriola, quæ Lxx. minora uocãt & nos pro facilitate sensus ὑποκοριστικῶς, atriola diximus. Quadraginta cubitorũ erant per longum, & triginta per latũ. De quibus numeris in hoc eodẽ propheta disputasse me memini, quod aliud ad tribulationes & angustias, aliud ad perfectam Exod.34.d referatur ætatem. Vnde quadraginta diebus Moyses, & 3.Reg.19.b Helias, & dñs atq; saluator in eremo ieiunarunt, & ad sa Matth.4.a cerdotale officiũ, non post uicesimumquintũ ætatis an- Lu.3.c num, sed post tricesimũ accedunt. Quamobrem & dñs triginta annorũ erat, cũ uenit ad baptismũ, & in hoc eodem propheta tricesimus annus ponit̃ in exordio. Vbi igitur cibi, ibi & angustia atq; tentatio, per quæ parãtur cibi. Et ubi in perfecti uiri uenerimus ætatem, ibi calcanda sunt omnia, & dicendum: Habẽtes uictum & uestitũ, 1.Tim.6.b his contenti simus. Et si dederit mihi dñs cibũ ad uescẽ- Gen.28.d dum, & uestem ad operiendũ. Vel certe illud: Esca uẽtri, 1.Cor.6.c & uenter escis, deus aũt & hunc & illa destruet. Neq; em̃ in futuro mãducabimus & bibemus, sed illo uescemur pane qui de cœlo descendit, de quo in psalterio canitur: Panem angelorum manducauit homo. Et: Meus cibus Psal.77.c est, ut faciã uoluntatẽ eius qui misit me. Quod aũt mẽsu Ioan.4.c ra una atriolorũ erat quatuor, quæ atrij maioris angulos possidebant, quatuor, mundi significat plagas, q̃ in sudore uultus nostri comedamus panem, & omnis labor uẽtri stercoriq; proficiat: quæ quatuor atriola, uel unus paries ambiebat, & culinæ fabricatæ erant subter porticus per gyrũ, uel propinqua habebãt accubita, ut ubi cibi, ibi & mensarũ præparatio. Et ne forsitan igno-

Cap. XLVII.

Et conuerterenti atrij demonstratur, & pro unicuiq; officio atrium delegatum, super quo in anterioribus plenius disputatum est. Hoc autem atrium de quo nunc sermo est, per singulos angulos quatuor habebat atriola, quæ Lxx. minora uocãt & nos pro facilitate sensus ὑποκοριστικῶς, atriola diximus. Quadraginta cubitorũ erant per longum, & triginta per latũ. De quibus numeris in hoc eodẽ propheta disputasse me memini, quod aliud ad tribulationes & angustias, aliud ad perfectam Exod.34.d referatur ætatem. Vnde quadraginta diebus Moyses, & 3.Reg.19.b Helias, & dñs atq; saluator in eremo ieiunarunt, & ad sa Matth.4.a cerdotale officiũ, non post uicesimumquintũ ætatis an- Lu.3.c num, sed post tricesimũ accedunt. Quamobrem & dñs triginta annorũ erat, cũ uenit ad baptismũ, & in hoc eodem propheta tricesimus annus ponit̃ in exordio. Vbi igitur cibi, ibi & angustia atq; tentatio, per quæ parãtur cibi. Et ubi in perfecti uiri uenerimus ætatem, ibi calcanda sunt omnia, & dicendum: Habẽtes uictum & uestitũ, 1.Tim.6.b his contenti simus. Et si dederit mihi dñs cibũ ad uescẽ- Gen.28.d dum, & uestem ad operiendũ. Vel certe illud: Esca uẽtri, 1.Cor.6.c & uenter escis, deus aũt & hunc & illa destruet. Neq; em̃ in futuro mãducabimus & bibemus, sed illo uescemur pane qui de cœlo descendit, de quo in psalterio canitur: Panem angelorum manducauit homo. Et: Meus cibus Psal.77.c est, ut faciã uoluntatẽ eius qui misit me. Quod aũt mẽsu Ioan.4.c ra una atriolorũ erat quatuor, quæ atrij maioris angulos possidebant, quatuor, mundi significat plagas, q̃ in sudore uultus nostri comedamus panem, & omnis labor uẽtri stercoriq; proficiat: quæ quatuor atriola, uel unus paries ambiebat, & culinæ fabricatæ erant subter porticus per gyrũ, uel propinqua habebãt accubita, ut ubi cibi, ibi & mensarũ præparatio. Et ne forsitan igno-

A raret ꝓpheta ꝙd eſſent quæ cerneret, dixit ad eũ: Hæc eſt dom⁹ culinarũ, in qua coquũt miniſtri dñi uictimas populi. Populi quidẽ uictimæ quæ offerũtur ꝓ delicto ſiue peccato & ignorantia, ſunt alimenta & refrigeria ſacerdotũ: ut meminerint nihil aliud debere appetere, cum etiã in templo carnes ad eorum refrigeria præparatæ ſint.

Cap. XLVII.

ET cõuerti me &c. Et menſus eſt mille, torrentẽ &c.] Pro quo Lxx. tranſtulerunt: Et mẽſus eſt mille, & non poterat per trãſire, qm̃ ferebatur aqua inſtar præcipitis torrentis, qui tranſiri non poteſt. Aquæ iſtæ quæ egrediebantur ſubter limen domus, id eſt templi, nõ ferebantur ad Aquilonẽ & ad Occidentẽ, ſed ad Oriẽtem, & in latere tẽpli dextro, id eſt, ad meridiem: ipſamq; meridiẽ nõ cuiuslibet loci, ſed altaris. Ex quo perſpicuum fit ſacras eſſe aquas, & ſaluatoris noſtri ſignificare doctrinam, iuxta illud ꝙd ſcriptum eſt: De Sion egredietur lex, & uerbũ dñi de Hieruſalem. Et in alio loco: Repleta ſunt omnia ſciẽtia dñi, ſicut aqua multa operiẽs mare. De his aquis & Zacharias ꝓpheta uaticinatus eſt, dicens: In die illo egredietur aqua uiuẽs de Hieruſalem, & medium eius in mare primũ: medium autem illius in mare nouiſſimum. De his aquis & ad Samaritanã dominus loquebatur. Si ſcires quis eſt qui dicit tibi da mihi bibere: tu forſitan petiſſes eũ, & dediſſet tibi aquam uiuentẽ. Et iterũ: Omnis qui bibit de aqua iſta, ſitiet denuo: qui autem biberit ex aqua quã ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Et in tẽplo clamabat atq; dicebat: Si quis ſitit, ueniat ad me & bibat. Qui credit in me (ſicut dicit ſcriptura) flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ: hoc aũt dixit de ſpiritu quẽ accepturi erant credentes in eũ. Iſtæ ſunt aquæ de quibus propheta loquebatur in pſalmo: Super aquas refectionis educauit me. Et Ezechiel: Aſſumam uos de gentibus & de terris, & aſpergã ſuper uos aquam mundam, & mũdabimini ex omnibus immundicijs ueſtris. Apparuerunt eñ fontes aquarum. Et in nonageſimoſecũdo pſalmo canitur: Eleuauerũt flumina dñe, eleuauerũt flumina uoces ſuas à uocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris. Iſtæ ſunt aquæ Siloe quæ uadunt cũ ſilentio, de quibus loquitur Eſaias: Hauritis aquas de fontibus ſaluatoris. Et pſalmiſta: Benedicite domino de fontibus Iſrael. Et idem Eſaias de domino ſaluatore: Iſte, ait, habitabit in excelſa ſpelunca petræ fortiſsimæ. Panis ei dabitur, & aqua illius fidelis. Erupit enim in deſerto aqua, & uallis in terra ſitienti. Diciturq; credentibus: Noli timere, quoniam redemi te, meus es tu, & ſi tranſieris per aquã, tecum ego ſum. Et rurſum: Qui ſititis, ite ad aquam. Et per Hieremiã loqtur deus: Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt ſibi lacus, qui aquam continere non poſſunt. Sicut igitur legimus in bonam partẽ aquas quæ egrediuntur de limine templi, & referuntur ad doctrinã eccleſiæ, ſic ſunt aquæ amaræ, & aquæ peſsimæ: ad quas Hieremias ꝓpheta nos ꝓhibet accedere, dicens: Quid uobis & uiæ Aegypti, ut bibatis de aquis Geon? quæ Hebraice dicunt גיחון, id eſt, turbidæ atq; cœnoſæ. De quib⁹ iratus ſuper hæreticis loquit̃ deus: Ecce ego cibabo eos

ET cõuerti mẽ ad portã domus, & ẽcce aquæ egrediebantur ſubter limen domus ad Orientem, Facies enim domus reſpiciebat ad Orientem. Aquæ autem deſcendebant in latus templi dextrum ad Meridiem altaris. Et eduxit me per uiã portæ Aquilonis: & cõuertit me ad uiã foras portã exteriorem, uiã quæ reſpiciebat ad Orientẽ: & ecce aquæ redundantes à latere dextro cum egrederetur uir ad Oriẽtem, qui habebat funiculũ in manu ſua: & menſus eſt mille cubitos: & tranſduxit me per aquã uſq; ad talos: (ſiue trãſiuit in aqua aquã remiſſionis). Rurſumq; mẽſus eſt mille: & tranſduxit me per aquam uſq; ad genua (ſiue tranſiuit in aqua, aquam uſq; ad fœmina). Et menſus eſt mille, & traduxit me per aquam uſq; ad renes: (ſiue & tranſiuit aquã uſq; ad lumbos). Et menſus eſt mille torrentem, quem non po-

C
ſupra.29.d
c.25.c
Pſal.68.d
ſ
Ibid.22.g
in Cantico canticorũ: Aqua multa nõ poterit reſtinguere charitatẽ, & flumina non demergent eã. Iſta eſt aqua de qua dicit Oſee: Contẽpſit me Galaad ciuitas quæ operatæ uanitates conturbans aquã, & fortitudo eius uiri piratæ. Quæ aqua alio noĩe uocat̃ marah, hoc eſt, amaritudo: in qua lignum crucis mittitur, & amara uertũtur in dulcia. Conſidera legem Moyſi, ſi intelligat̃ iuxta ſenſum carneũ ludæorũ: qũo amara ſit, effodiẽs oculũ pro oculo, dentẽ pro dente: uide in Thamar fornicationẽ, & Oſee iũctum fornicariæ, Hieremiæ περίσσωμα, Moyſi uxorẽ Aethiopiſſam, & interfectionẽ Aegyptij, & mille alia: quæ ſi intelligamus iuxta occidentẽ literã, & non iuxta ſpiritũ uiuificantẽ, amara ſunt, & lectorẽ ſuum non tam ædificant q; deſtruunt. Iſtæ igitur aquæ, quæ egrediuntur de templo dñi, & pergũt ad Orientẽ, & deſcendunt in latus templi dextrum ad altaris meridiem, ubi ſponſus cõuiuas ſuos paſcit & accubat. Quod autẽ ſequitur: Et eduxit me per uiam portæ Aquilonis, & conuertit ad uiam foras portam exteriorẽ, uiam quæ reſpiciebat ad Orientem: illud latenter oſtendit, q; ſtatim ad portam Orientalem peruenire non poſſumus, niſi per uiã portæ Aquilonis longo circuitu perueniamus ad eam. Niſi enim uentum frigidiſsimũ uicerimus calore fidei, & calcauerimus regiones eius, ut impleat̃ in nobis illud Apoſtolicum: Deus autẽ conteret ſatanam ſub pedibus ueſtris uelociter: portam per quam egrediuntur aquæ, & ſunt à latere dextro, ingredi nõ ualebim⁹. Et nota quòd aquæ iſtæ quæ egrediuntur per portam Orientis: intantum leuas partes fugiunt, ut à dextris altaris ad meridiẽ pergere deſcribãtur. Vir autem, inquit, ille qui habebat funiculum in manu, cum me duxiſſet per portam Aquilonis forinſecus ad uiam, quæ reſpiciebat Orientem: & ipſe quoq; eſſet in eodem loco, mẽſus eſt eiuſdem aquæ mille cubitos, & tranſduxit me per aquam uſque ad talos: quos Aquila & Symmachus & Theodotio ἀσυρικοὺς interpretati ſunt, pro quibus Lxx. tranſtulerunt: & tranſiuit in aqua, aquã remiſsionis: quod intelligere poſſumus prima hominũ ſignificare peccata, quæ ingredientibus nobis aquas domini dimittũtur, & baptiſmi oſtendunt gratiã ſalutarem, & initia ſunt profectuum, tamen ipſa ſublimia. Deniq; ad talos uſq; pertingunt, qui plantæ calcaneoq; uicini ſunt: qui patet morſib⁹ colubri, dicente dño: Tu eius obſeruabis caput, & ipſe obſeruabit

Eſa.4.a
Ibid.11.c
Zach.24.b
B
Ioan.4.b
Ioan.7.f
Pſal.22.a
Supra.36.e
Eſa.8.b
Ibid.12.a
Pſal.67.f
Eſa.33.a
Eſa.43.a
Eſa.55.a
Hiere.2.c
Ibid.9.c
Rom.16.d
Gen.3.c

tuum

A tuum calcaneũ. Et in psalterio de Iuda dicitur prodito/
Psal.40.c re: Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationẽ siue calcaneũ: hoc em̃ Græcũ πτερνα signifi/
cat. Post mille autẽ cubitos qui peruenerũt usq; ad talum, mensus est alios mille cubitos in aqua, & transduxit me usque ad genua. Post remissionẽ siquidem peccatorũ & iter ꝓfectuum, quãdo paulum de terrenis ad altiora conamur ascendere, flectimus dño genua, dicente Apo/
Philip.2.d stolo: Vt omne genu flectatur, cœlestiũ, terrestrium & inferno/rum: & omnis lingua cõfiteatur, quoniam dñs Iesus Christus in gloria est dei patris. Tertio mẽsus est mille alios cubitos: & trãsduxit, inquit, me per aquã usque ad renes. His enim gradib. ad sublimia peruenim⁹: quæ tamẽ ipsa sublimia usq; ad lũbos & renes perueniunt, ut omnis in nobis ignobilis libido trũcetur: & possideamus sanctificationẽ corporis, sine qua nemo uidet deũ. Vnde & in hoc
B eodem propheta: A
Supra.8.a pedibus usq; ad lumbos deus igneus certiẽ. Indigent em̃ igne & purgatione opera lumborũ, dicente iu/
Psal.37.c sto: Quoniam lumbi mei repleti sunt illusionib⁹: per quos nobis & in die, & in noctiũ phantasmate illudit inimicus. A lumbis uero usq; ad caput & uerticẽ, pretiosissimo metallo electri fulgore resplendet: ut nihil in se sordidũ, nihil habeat uilitatis. Vnde nunc quarto dicitur: Et mẽsus est mille, subauditur, cubitos torrẽtẽ: quod Lxx. non trãstulerũt, quem non potui pertrãsire: multo melius q̃ Lxx. qui dixerunt, & non poterat pertransire. Propheta enim & omnis humana natura, post lũbos torrentem cogitationũ, & incẽtiua in corde uitiorũ, non potest pertransiri. Vir autẽ ille qui indutus erat בַּדִּים &
Esa.53.c ductor prophetæ, liquido pertransijt: qui peccatũ nõ fecit, nec dolus inuẽtus est in ore ei⁹. Causas q̃ reddit, cur propheta mille quartos cubitos nõ potuerit pertrãsire: quoniam, inquit, intumuerant aquæ profundæ torrentis, qui non potest trãsuadari. Et quomodo scriptum est,
Psal.123.a gloriãte propheta: Torrentẽ pertransiuit anima nostra: Sed facile soluitur, si sciamus pro hoc scriptũ esse in Hebræo: Torrens pertransijt animã meã. De hoc torrẽte &
Esa.66.d Esaias loquitur: Ecce ego inclino super eos sicuti fluuiũ pacis: & sicut torrentẽ inundantẽ gloriam. Et in tricesimoquinto psalmo de sanctis dicitur: In protectione alarum tuarũ sperabunt. Inebriabũtur ab ubertate domus tuæ: & torrente deliciarũ tuarum potabis eos: quoniam apud te est fons uitæ. Et in cẽtesimo uicesimoquinto: Cõuerte dñe captiuitatẽ nostrã, sicut torrẽs in Austro. Et super saluatore: De torrẽte bibet in uia. Quis enim hominum gloriari potest castũ se habere cor: uel ad cuius mẽtem per oculorũ fenestras, mors cõcupiscẽtiæ nõ introibit: & (ut parum dicã) animi titillatio? Mũdus em̃ in maligno positus est, & à pueritia appositũ est cor hominis ad malũ: ut ne unius q̃dẽ diei à natiuitatis suæ exordio, sine peccato sit humana cõditio. Vnde & Dauid cõfitet in psalmo: Ecce enim in iniquitatib. conceptus sum, & in peccatis cõcepit me mater mea. Nõ in iniquitatibus matris meæ uel certe meis, sed in iniquitatib. humanæ cõditionis. Vnde & Apostolus dicit: Regnauit mors ab Adã usq; ad Moysen, etiã super eos qui non peccauerũt in similitudinem præuaricatiõis Adæ. Quod cubitos genere masculino, & non neutrali, cubita dicimus, iuxta regulam grãmaticorũ: & in superioribus docui, nõ nos ignorantia hoc facere, sed cõsuetudine propter simplices q̃sque & indoctos: quorum in cõgregatione ecclesiæ maior est numerus. 4 ¶ Et dixit ad me &c.] Totũ capitulũ quanquã prolixum sit, simul ponere uolui: ne sensum lectionis ordo diuisus in partes, audientis intelligẽtiã cõturbaret. Primũq; dicendũ, quod pro torrẽte in Hebraico dicitur נַחַל & Græco sermone χειμάῤῥους appellat: Lxx. flumen transtulerũt. Deinde pro Galilæa, quæ Hebraice dicitur גְּלִילָה Aquila στρωὰς interpretatus sit: quod tumulos significat arenarũ, Symmachus μετόριον: quod possumus trãsferre confiniũ. Pro Arabia q̃q; Symmachus, inhabitabilẽ: Aquila, humilia uel plana: Theodotio, Arabas transtulerũt. Dicamus ergo q̃d nobis uideat in singulis. Vir ille q̃ erat ductor Ezechielis, cõmonet prophetã, ut diligẽtius intueatur & uideat, & occulta mysteria oculis mẽtis attẽdat. Vocat autẽ filiũ hominis, uel in figurã dñi saluatoris: etenim Ezechiel interpretatur fortitudo uel imperiũ dei: uel certe ad cõmonitionẽ fragilitatis humanæ, ne obliuiscat cõditiõis suæ, dum ei magna monstrant, & cõmonitũ ducit atq; cõuertit ad rtpã torrẽtis: ut q̃m mediã, pfunditatẽ trãsire nõ potuerat, saltẽ ea quæ i ripis sunt, recognoscat. Cũq; ait, me cõuertissem, siue ille me cõuertisset, q̃ ductor erat & monitor: ecce in ripa torrẽtis, siue fluuij, ligna multa, uel arbores plurimæ nimis ex utraq; parte. Torrẽs iste q̃ pro aquarũ abundãtia fert̃ more torrẽtis: & suscipit de cœlo pluuias, de quo in præterita diximus lectione: ipse à Lxx. appellat̃ fluui⁹, eo q̃d perpetuas aquas habeat: nec de pluuijs hinc inde collectas, sed de uiuo & perpetuo fonte manãtes. De quo fluuio multa in scripturis sanctis legimus, sed in præsentiarũ pauca dicẽda sunt, ac primum illud:
Psal.45.a Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Et in alio loco: Flumen dei repletũ est aquis, præparasti cibum eorum:

non potui pertransire, quoniam intumuerãt aquæ profundæ torrentis, qui non poterat transuadari. Et dixit ad me: Certe uidisti fili hominis, & eduxit me & cõuertit ad ripam torrentis (siue fluminis). Cum q̃q; me cõuertissem (siue cõuertisset), ecce in ripa torrentis (siue fluminis) ligna multa nimis (siue arbores multæ nimis) ex utraq; parte. Et ait ad me: Aquæ istæ quæ egrediuntur ad tumulos sabuli Orientis, & descendũt ad plana deserti, (siue aqua ista quæ egreditur in Galilæã, quæ uergit ad Orientem, & descendit ad Arabiam) intrabunt mare: & exibunt, & sanabuntur aquæ. Et omnis anima uiuens (uel animalium) quæ serpit (siue serpentiũ), quocunque uenerit torrens (siue fluuius) uiuet: & erunt pisces multi satis postquam uenerint illuc aquæ istæ, & sanabuntur, & uiuent omnia ad quæ uenerit torrens (siue fluuius). Et stabunt super illas piscatores ab Engaddi usq; ad Engallim, siccatio sagenarum erit. Plurimæ species erunt piscium eius, sicut pisces maris magni, multitudinis nimiæ. In his autem quæ egrediũtur ripas, & sunt palustria, non sanabũtur, sed in salinas dabunt̃. Et super torrentẽ (siue fluuiũ) orietur in ripis eius ex utraq; parte omne lignũ pomiferũ (siue frugiferum) non defluet folium ex eo (siue non inueterascet ex eo) & non deficiet fructus eius. Per singulos menses afferet primitiua (siue innouabũtur omnia) quia aquæ eius de sanctuario egredientur, & erit fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam, (siue & ascensio eius ad sanitatem.) Hæc

A quia ſic eſt præparatio tua. Rurſumq; pluraliter: Eleuauerunt flumina domine, eleuauerũt flumina uoces ſuas à uocibus aquarũ multarũ: Mirabiles elationes maris.
Eſa.43.c Et in Eſaia: Faciã in deſerto uiam, & in inuio flumina. Et
ibi.44 in alio eiuſdem loco manifeſtius: Apparebit in Sion fluuius decurrens glorioſus in terra ſitiẽti. Super hunc fluuium erant arbores plurimæ ex utraq; parte ripæ, ut inter duo ſcilicet inſtrumenta uetus & nouum, clauſus curreret fluuius. Ligna autem multa uel arbores plurimas & multas nimis, illas arbitror, quas in paradiſo ſcriptura commemorat pomis uariis abũdare: docetq; prophetam ductor præuius & magiſter, & dicit: Aquæ iſtæ quæ egrediuntur uel in Galilæã gentiũ, iuxta Lxx. uel (ut uerius in Hebræo continetur) ad tumulos ſabuli Orientalis, & deſcendunt ad plana deſerti, uel ad Arabiã, intrabũt mare uel ad exitus maris, & ſanabunt aquæ. Aquas uel baptiſmi gratiam, uel euãgelicam ſignificare doctrinam, dudũ diximus. Quæ ſi egrediantur de limine templi domini, & apoſtolicam teneant diſciplinam: tumulos ſabuli, ſteriles prius & infertiles faciunt eſſe frugiferos: & omnia plana atque deſerta ita irrigantur, ut expriment in ſe Hierichontini fluuij ſacramentum: quem He
4.Reg.2.d liſæus euangelico & apoſtolico curauit ſale: intantum ut ubi prius ſterilitas fuerat & mors, ibi ubertas eſſet & uita. Nec ſolum deſerta ſanarunt, ſed intrant mare Orientale: mare uidelicet mortuum, in quo nihil poterat eſſe uitale, & mare amariſsimum: quod Græce λίμνη ἀσφάλτου, id eſt, ſtagnum bituminis uocatur. Mirumq; in modum aquis euangelicis aquæ ſanantur mortuæ: quæ ab eo quod nihil in ſe uitale habeant, nomen mortis ſortitæ
Ioan.14.a ſunt. Non enim nouerant eum qui dicit: Ego ſum uita & ueritas. Et reuera iuxta literã hucuſq; nihil quod ſpiret & poſsit incedere præ amaritudine nimia in hoc mari reperiri poteſt, nec cochleolæ quidẽ paruiq; uermiculi & anguillæ, & cætera animãtiũ ſiue ſerpentiũ genera: quorum magis corpuſcula poſſumus noſſe q; nomina. De
B niq; ſi Iordanis auctus imbribus piſces illuc influens rapuerit, ſtatim moriuntur, & pinguibus aquis ſuperna-tant. Cum hæc itaq; nihil utilitatis habeant, ut ſimplex ſermo teſtatur: etiam ſi facta fuerint, quod ſtulta Iudæorum ſuperſtitio credit: iuxta intelligentiã ſpiritualẽ domini torrente curatæ, habebũt piſces plurimos, & uiuẽt omnia ad quæ torrens iſte peruenerit: ita ut piſcatores ſtent ſuper ripas ab Engaddi, uſq; ad Engallim: quorum עֵין גֶּדִי
עֵין עֶגְלַיִם prius fontẽ ſiue oculũ hœdi, ſequens fontem oculum ue uitulorum ſonat. Engallim enim in principio eſt maris mortui, ibi Iordanis ingreditur. Engaddi uero ubi finitur atq; conſumitur. Mare autẽ mortuũ illud puto eſſe,
Zach.14.b de quo Zacharias loquitur: In die illa egredietur aqua uiuens de Hieruſalẽ, & medium eius in mare primũ. Da
Dan.7.a niel quoq; in hæc uerba cõſentit: Videbam, & ecce quatuor uenti cœli innitebant in mari magno. Et Dauid: Mi
Pſal.92.a rabiles elationes maris. Et ex perſona ſaluatoris in pſalmo: Veni in profundũ maris, & tempeſtas demerſit me. Rex quoq; Aegypti iuxta eundem Ezechielẽ draco appellatur, qui habitat in mari, & uentilat fluminib. quaſi
Pſal.103.c cornibus ſuis. Et iterũ: Hoc mare magnũ & ſpacioſum. Quod quandiu non ſuſceperit in ſe aquas fluminis ſiue torrentis, omne quod in ſe habet, mortificat: ſed dñs, de quo dictum eſt: Percutiet & curabit poſt duos dies, & in die tertio ſurgemus, & uiuemus in cõſpectu eius: ipſe lo-
Oſee.6.a quitur in eodẽ propheta Oſeæ: Ego colligaui Ephraim, ſuſcepi eum in brachio meo: & non cognouerũt, quia ſanaui eos in correptione hominis, qui uulneratus eſt propter peccata noſtra, & infirmatus ꝓ iniquitatib. noſtris
Iſa.53.b Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. Ipſe iſtud mare quod eſt ſalſiſsimũ, & nimia amaritudine mortuũ, ſua morte ſanauit, qui dicit per Eſaiã:
Ibi.61.a Spiritus domini ſuper me, propter quod unxit me, euãgelizare pauperibus miſit me: ſanare eos qui cõtriti ſunt corde. Vnde & per Hieremiã clamitat: Cõuertimini filij
Hiere.3.g conuertentes, & ſanabo cõtritiones ueſtras. Dixit enim populus impatiens, & dolorem uulnerum ſuorum diu C
tiuo ferre non ſuſtinens: Trãſiuit æſtas, pertrãſijt meſsis,
& nos ſaluati non ſumus. Vnde reſpondit ei dñs: Nun- Hiere.8.g
quid reſina non eſt in Galaad: aut medici non ſunt ibi?
Quare non aſcendit ſanatio filiæ populi mei? Et ipſe Hieremias uociferat, & dicit: Sana me domine, & ſanabor:
ſaluum me fac & ſaluus ero. Deniq; angeli qui præſides
erant populi Iudæorum: eo tempore quando clamauit
multitudo inſipiens, & ait: Sanguis eius ſuper nos & ſu- Matth.27.c
per filios noſtros. Et: Velum templi ſciſſum eſt: & omnia
Hebræorũ ſacramenta reſerata, reſponderunt præcipiẽ-
ti domino atque dixerunt: Curauimus Babylonem, & Hiere.51.d
non eſt ſanata: relinquamus eam, urbem uidelicet confuſionis atque uitiorũ. Vnde & Ioſephus in ſua narrat hiſtoria: quod poſtquã dominus crucifixus eſt, & uelũ tẽpli ſciſſum eſt, ſiue liminare templi fractum corruit: audita ſit uox in adytis templi uirtutum cœleſtiũ, tranſeamus ex his ſedibus. Hoc totũ non ſuperfluo, ſed neceſſario dictum ſit: quia mare mortuum, influente in ſe flumine domini, dicitur eſſe curatum. Super hoc mare ab Engaddi oculo & fonte hœdi, qui pro peccato ſemper offertur, uſque ad Engallim fontem uitulorũ, qui mactantur domino: & imitantur uitulum cornua efferentẽ & ungulas, qui in typo ſaluatoris ad altare mactatur, erũt piſca-
tores quibus loquitur dominus Ieſus: Venite ad me, & Matth.4.c
faciam uos piſcatores hominũ, de quibus & Hieremias:
Ecce ego, inquit, mittam piſcatores. Et plurimæ ſpecies, Hiere.16.c
imò genera piſcium erunt in mari quondam mortuo.
Quos piſces ad dexterã partem iubente domino extra- Ioan.21.a
xit Petrus: & erant cẽtum quinquagintatres, ita ut præ multitudine eorum retia rumperentur. Aiunt autẽ qui de animantium ſcripſere naturis & proprietate, qui ἁλιευτικὰ tam Latino, quàm Græco didicere ſermone, de quibus Oppianus Cilix eſt poeta doctiſsimus, centum quinquagintatria eſſe genera piſcium, quæ omnia capta ſunt ab apoſtolis: & nihil remãſit incaptũ, dum & nobiles & ignobiles, diuites & pauperes, & omne genus ho- D
minum de mari huius ſeculi extrahitur ad ſalutẽ. Quod autem ſequitur: In littoribus eius & in paluſtribus, ſiue in his quæ extra littora egrediuntur aquæ non ſanabuntur: illud latenter oſtẽdit, quod qui in Noe arca non fuerit, pereat regnante diluuio, & quos iſte fluuius nõ attigerit, non ſuſcipiãt ſanitatẽ, ſed in ſalinas, inquit, dabunt, iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Peſtilente flagellato, ſtultus Prouer.19.d
ſapientior erit. Erudiũt enim bonos exempla peiorum.
Siue in ſalinas dabuntur, iuxta illud quod in euangelio
ſcriptum eſt: Bonum eſt ſal, ſi autem ſal infatuatũ fuerit, Mar.9.g
in nihil eſt utile, ut in perpetuũ frugibus careãt & uirore.
Quod & urbs poſt ruinã ſale conſperſa demonſtrat. Super torrentem uero ſiue fluuium orietur in ripis eius ex utraq; parte omne lignum pomiferũ: ſiue ut omnes uoce cõſona tranſtulerunt, βρώσιμον, quod cibum & eſcam tribuit, & quod mandi poteſt: appellaturq; lingua Hebraica מַאֲכָל & nihil iuxta Lxx. ueteraſcet in eo: ſed quotidie innouabuntur fruges eius, ſiue non defluet folium ex eo, & nõ deficiet fructus eius, iuxta illud quod in primo pſalmo ſcriptum eſt: Et erit tanq; lignũ quod plantatũ eſt ſecus decurſus aquarũ, quod fructũ ſuũ dabit in tẽpore ſuo, & foliũ eius nõ defluet. Per ſingulos, inquit, menſes afferet primitiua: ſiue ut in Lxx. ſcriptũ eſt:
Fructus eius in renouatione ſui primitiua dabit: ut oẽs credentiũ fructꝰ primitiæ ſint, & ſinguli mẽſes ſingulis apoſtolis deputent. Hoc autẽ eueniet, cũ aquæ eius de ſanctuario egrediẽtur. Ne putemus riparũ eſſe, uel arborũ aut menſiũ tantarũ frugum abundantiã, reddit cauſas
ubertatis, & infert: Quia aquæ eiꝰ de ſanctuario egrediẽ- Rom.9.c
tur: Non ergo uolentis neq; currentis, ſed miſerẽtis dei
eſt. Horum omniũ lignorum principatũ tenet lignũ uitæ: quod intelligitur ſapientia, de qua ſcriptũ eſt: Lignũ Prouer.3.d
uitæ eſt omnibus credentib. in eã. Illudq; quod dicitur:
Et erũt fructus eius in cibum, & foliũ eius ad medicinã,
diuinorum librorum ſacramenta demonſtrat: quorum
alterum

Hæc dicit dominus deus: Hic est terminus in quo possidebitis terrã in duodecim tribubus Israel, quia Ioseph duplicem funiculum habet. Possidebitis autem eam singuli æque ut frater suus, in quam leuaui manum meam ut darem patribus uestris, & cadet terra hęc uobis in possessionem. Hic ẽst autem terminus terræ ad plagam septentrionalem à mari magno uiæ Hethalon ueniẽtibus Sedada, Hemath, Berotha, Sabarim, quæ est inter medium Damasci & confiniũ Hemath: atriũ Thicon, quæ est iuxta terminos Haurã (siue Hauranitidis). Et erit terminus à mari usque ad atrium Enon (siue Seranan) terminus Damasci, & ab aquilone ad aquilonem terminus Hemath plaga septentrionalis. Pórrò plaga orientalis de medio Hauran, & de medio Damasci

A asterum pertinet ad literã, alterum ad spiritum, ut uerba simplicia intelligamus in folijs, in fructib. uero sensum latentem. Sicut enim scientia scripturarũ ducit ad regna
Ioan.6.c cœlorum: & præbet nobis panẽ qui dicit: Ego sum panis qui de cœlo descendi, sic folia eius moralẽ doctrinã continent, & tribuũt sanitatem, ut peccantium curent uulnera. Pro folijs quæ Hebraice dicunt עָלֶה propter uerbi & uocis similitudinem, Septuaginta ascensionẽ transtulerũt: quod & ipsum sic ediseri potest, ut post cibos fructuum, uerborũ monitis ad cœlestia conscẽdamus. a ¶ Hæc dicit dñs deus, &c.] Pro eo quod nos diximus, quia Ioseph duplicem funiculum habet: Lxx. transtulerũt, augmẽtũ funiculi. Etenim Ioseph interpretatur, augmentum, rem intelligẽtes pro nomine, & lectoris animum confundentes. Subtracta enim Leuitica tribu, & templi sacrificijs delegata, remanebãt undecim tribus: quarum tribus Ioseph diuisa est in duas, Ephraim, & Manasse, qui dixerunt ad Iosue
Ios.17.d filium Nun: Quare dedisti mihi possessionẽ sortis & funiculi unius, cum sim tantæ multitudinis, & benedixerit mihi dñs? Quibus respõdit Iosue: Si populus multus
B es, ascende in syluã: & succide tibi spacia in terra Pherezei & Raphaim, quia angusta est tibi possessio montis Ephraim. Et iterum: Dixitq; Iosue ad domũ Ephraim & Manasse: Populus multus es, & magnæ fortitudinis, nõ habebis sortem unam, sed transibis ad montẽ: & succides tibi atq; purgabis ad habitandũ spacia, & poteris ultrà procedere, cum subuerteris Chananæum: quem dicis ferreos habere currus, & esse fortissimum. Hoc propterea dixerim, quia nunc scriptura commemorat Ioseph, hoc est, Ephraim & Manasse duplicem habere funiculum. Singulæ autem tribus iuxta multitudinẽ suã, æqualia accipiunt terræ spacia: nequaquam arbitrio diuidentis, sed sorte quæ in domini potestate cõsistit. De-
Ios.19.d nique & ipse Iosue, qui diuisor terræ fuit, non propriã sibi separauit terram, ne optimã elegisse uideretur, sed accepit à principibus omnium tribuum Thamnathsareh in monte Ephraim. b ¶ Hic est autem terminus terræ ad plagam &c.] Inter descriptionẽ terræ sanctæ duodecim tribuum Iosuæ filij Nun, & quæ nunc per Ezechielẽ fieri imperatur, hoc interest: quod ibi inter tribus sorte terra
Num.34.b diuiditur, hic dñi iubentis arbitrio delegatur. In Numerorũ igitur libro in quo omnis terra repromissionis per quatuor plagas breui sermone diuiditur: ab aqlone, id est, plaga septẽtrionali ista descriptio est. Porrò ad septentrionalem partem à mari magno termini incipient, peruenientes usque ad montem altissimum, à quo ueniens in Hemath, usque ad terminos Sedada: ibuntq; cõfinia usque Zephrona, & uillam Enan, siue Haser Enon: Dicuntq; Hebræi septẽtrionalem plagam incipere à mari magno: quod Palæstinæ, Phœnicis, & Syriæ, quæ appellatur Cœle, Ciliciæq; prætẽditur littoribus, & per Aegyptum tendit ad Libyam. Quod autem dicit: Peruenient termini usque ad montẽ altissimum, idem Hebræi autumant uel Amanum mõtem significari uel Taurũ: quod nobis uidetur uerius. A quo, inquit, ueniens in Hemath, quæ nunc Epiphania nominatur, ab Antiocho crudelissimo tyrãnorum nomine cõmutato: Nam cognomentũ habuit ἐπιφανὴς. Vsq; ad terminos, inquit, Sedada, qui C
locus & in præsenti Ezechielis ponitur lectione: Ibũt cõfinia usque Zephrona: quàm urbẽ hodie Zephyriũ oppidum Ciliciæ uocant. Hoc autẽ quod sequitur: Et uilla Enan: pro quo in Hebraico scriptum est חֲצַר עֵינָן siue Enan, & præsens cõtinet locus. Et interim secundũ historiã breuiter strinxisse sufficiat, & tam Numerorum quã Ezechielis descriptionẽ sibi ex latere copulasse, ut prudens lector intelligat in quib⁹, uel eadem, uel uicina, uel diuersa commemorarint. Nunc interpretatis nominibus singulorũ, sequamur Anagogen: & quid nobis uideatur in singulis, præbẽte dño dissera-
חֶתְלֹן mus. Hethalon interpretatur, in cunabula
צְדָדָה mœroris: Sedada, latus eius, à latere, nõ à latitudine intellige:
חֲמַת Hemath, furor: qui Græce dicitur, χόλος: Berotha, putei:
בְּרוֹתַיִם Sabarim, circuitus montium: Damascus, sanguis sacci,
סִבְרַיִם & osculi siue poculi. Domũ autem siue atrium Thicon,
הַמִּשְׁכָּן Symmachus interpretatur, atrium medium: quod pergit ad terminos Hauran. Igitur Thicon, medium sonat.
הִיכְרֹן Hauran quam Lxx. in Græcum uertere sermonẽ, Hau-
חוֹרָן ranitidis, iracundiã. Haser autẽ Enon quæ est terminus
חֲצַר עֵינָן Damasci, in lingua nostra dicitur atrium fontis. Septentrionalis igitur plaga incipit à mari magno per uiã He-
D thalon, quod interpretatur, incunabula mœroris, & per pœnitentiam uenit ad Sedada, ubi est ex latere declinatio. Intelligimus enim impendẽtem nobis Hemath, hoc est, indignationem dei: siue Hemath ueritate comperta, aperiuntur nobis putei Berotha: quos foderunt principes, Abraham, Isaac, & Iacob: longoq; circuitu peruenimus ad mõtes Sabarim: qui positi sunt inter Damascũ, hoc est, sanguinem cilicij, & confinium Hemath, ut supra diximus, ueritatis. Sicut enim per mœrorẽ declinamus mala impendẽtia, & ex latere deuitamus: sic post sanguinem & ciliciũ uitæ sanguinariæ: antequã ueniamus ad confinia Hemath, circuimus & peruenimus ad montes,
Psal.124.c de quibus scriptum est: Mõtes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui. Qui locus appellatur, atrium Thicon, hoc est, atrium mediũ, ut interpretatus est Symmachus: iuxta terminos Hauran, quod iracundiam sonat, & cum propheta dicamus: Iram domine sustinebo,
Michee.7.b quoniã peccaui ei. Et à mari usq; terminos Damasci, in
Act.9.a quo & apostol⁹ Paulus à furore Iudaico, & effusione ecclesiastici sanguinis, lumen cæcitate conspexit, & assumpto cilicio persecutionis ueteris, euãgelium prædicauit: ut perueniret ad atrium fontis æterni, & in aquilone quondam positus apprehenderet terminum ueritatis.
c ¶ Porrò plaga orientalis de medio Hauran, & de me-
Num.34.b dio Damasci, &c.] Pro quo in Numerorum libro ita scriptum reperi: Inde metientur fines contra orientalem plagam de uilla Enan, hoc est, Haser Enon, usque Sephama: & de Sephama descendent termini Rebla contra fontem: inde perueniẽt contra orientem in mare Cenereth, & tendent usque ad Iordanem, & ad ultimum claudentur mari. Supra dixerat: Et erit terminus à mari usque ad Haser Enon, terminus Damasci. A fine igitur septentrionalis plagæ, hoc est, atrio Enan, tendunt fines iuxta Numerorũ librum usque Sephama, quã Hebræi Apamiam nominant, & de Apamia descendunt

termini

A termini in Rebla, quæ nunc Syriæ uocatur Antiochia. Et ut scias Reblam hanc significare urbẽ, quæ nũc in Syria Cœle nobilissima est, sequitur: Contra fõtem, quem perspicuũ est significari Daphnen: de quo fõte supra dicta urbs, aquis abundantissimis fruitur. Hic autẽ locus à Cneo Pompeio, qui primus Iudææ Romano subegit imperio, militari manu consitus est, & ab eo iuxta fabulam poetarum, Daphnes nomẽ accepit ob lauros & cypariſſos: quæ arbores in ipso loco frequẽtissimæ sunt. Inde, inqt, perueniẽt termini cõtra orientalẽ plagam ad mare Chenereth, usq; ad stagnũ Tyberiadis. Mare autẽ dicitur, cũ habeat dulces aquas, iuxta idioma scripturarũ: quo cõgregationes aquarum appellantur maria. Et tendẽt, inquit, termini usq; Iordanẽ, & ad ultimum claudẽtur mari, uel mari mortuo, uel ut alij putant, lingua maris rubri: in cuius littore Ahila posita est: ubi nunc moratur legio & præsidium Romanorum. Hoc iuxta Numerorũ librũ dictum sit: Iuxta Ezechielẽ uero de medio Hauran, quod est oppidum Damasci in solitudine, & de medio Galaad, qui

B mõs Libani collibus copulatus, cecidit in sortẽ Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, & est à tergo Phœnicis & Arabiæ, ad quem montẽ peruenit de Carris profectus Iacob, & comprehẽsus est à Laban, de quo & Hiere

Gene.31.c

Hiere.22.b

mias loquitur: Galaad tu mihi initiũ Libani, quam cepit de Amorreorum regione Galaad filius Machir, filij Manasse: finisq; huius plagæ, Iordanis fluuius disterminãs & mare orientale: quod in hoc loco mare mortuum, non linguã maris rubri intelligunt. Dicamus iuxta Tropologiam: Post terminos aquilonis lõgo circuitu per Hethalon, & Sedada, & Berotha, Sabarim quoque, Thicon, & Hauran, & Damascum, & atrium Enon, ad Hemath usq; peruenit orientalis plaga, de medio iracundiæ Hauran, & de medio Damasci, sanguine uidelicet pœnitentiæ, & de medio Galaad, quod interpretatur, reuelatio, uel tumulus testimonij, ut post irã & pœnitentiam, spem salutis ostendat: & de medio terræ Israel, quæ uisionem continet pacis, usque ad dulcissima Iordanis fluenta pertingat: quæ longe separato mari lumen orientis consequitur, ita ut fluuio Iordanis, qui interpretatur, riuus iudicij, & orientis termino finiatur. Quod autem in Lxx. ponitur φοινικῶνος, id est, palmeti, in Hebraico nõ habetur: pro quo nos metiemini interpretati sumus: Errorq; manifestus, quod pro תַּמָּרוֹת literæ decepti similitudine ר & ך legerunt תַּמָּרוֹת a ¶ Plaga autem australis

Nume.34.a

meridiana, &c.] Pro quo in Numerorũ libro ita scriptũ est: Incipiet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom, & habebit terminos contra orientẽ mare, qui circuibunt austral em plagam per ascensum scorpionis, ita ut trãseant Senna, & perue nient in meridie usque ad Cades barne: unde egredientur cõfinia ad uillam nomine Addar, & tendẽt usq; ad Asemona: ibitq; per gyrum terminus ab Asemona usque ad torrentem Aegypti, & maris magni littore finietur. Quod breuiter hoc significat, ne per occasionẽ Ezechielis, ad expositionem uideamur Numerorum transisse latissimã. A solitudine Sin, quæ est iuxta Edom, & mari rubro terminũ circuire, & per ascẽsum scorpionis, & per Senna & Cades barne & atriũ Addar: C & ab Asemona peruenire usque ad torrentem Aegypti: qui iuxta urbem Rhinocoruram mari influit. Hic uero terminus plagæ australis, hoc est, meridianæ incipit à Thamar: quæ urbs in solitudine est, quàm & Salomon miris operibus extruxit: & hodie Palmyra nũcupat: Hebræoq; sermone תַּמָּר dicit, quæ in lingua nostra palmã sonat: usq; ad aqs cõtradictiõis Cades, q; in deserto esse nõdubiũ est, & torrẽs ingrediens mare magnũ, hoc quod Aegypti Palestinæq; prætendit littoribus, & hæc est plaga australis ad meridiem. Post plagam ergo aquilonis & orientis, quando ortus nobis fuerit sol iustitiæ, accipimꝰ meridianã plagam, quando totum nobis desuper lumẽ infunditur, & cum Abrahã inimus conuiuiũ, & inebriamur uino, qd' Gene.19.a Psal.103.b

Damasci, & de medio Galaad, & de medio terræ Israel: Iordanis disterminans, ad mare orientale metiemini plagam orientalem. Plaga autẽm australis meridiana à Thamar usque ad aquas cõtradictionis (siue ad aquas Mariboth: hoc enim contradictio siue διαδικασμὸς, hoc est, iurgia sonat). Cades quoque & torrens usque ad mare magnum, hæc est plaga ad meridiem australis. Et plagã maris, mare magnum à confinio per directum, donec uenias Hemath, hæc est plaga maris. Et diuidetis terrã istam uobis per tribus Israel, & metietis eam in hæreditatem uobis & aduenis qui accesserũt ad uos, qui genuerint filios in medio uestri, & erunt uobis sicut indigenæ inter filios Israel, uobiscum diuident possessionem in medio tribuum Israel. In tribu autem quacunque fuerit aduena, ibi dabitis possessionem illi, ait dominus deus.

Cap. XLVIII

Et lætificat cor hominis, cum Ioseph & fratrib. eius. Incipit autem ista possessio, & hi termini à Thamar: à palma uidelicet uictoriaq; uitiorum, usque ad aquas cõtradictionis. Semper enim uirtutibus cõtradicitur. Vnde & prædicationi euangelicæ, Iudæi contra Paulũ differentes, in Act.15.d toto orbe asserunt contradici. Et in euangelio legimus, D Symeone dicente: Hic erit in ruinam & in resurrectionẽ Luc.2.c multorũ, & in signum cui contradicetur. Omnis autem contradictio est sanctitatis, quod interpretatur Cades, dicente Psalmista: Cõcutiet dominus desertum Cades: Psal.28.b quod uidelicet primũ nõ habebat domini sanctitatem, sed concussum est atq; commotũ, ut reciperet hospitem deum qui dicit: Super quem requiescit spiritus meus, Esa.66.a nisi super humilem & quietum & trementẽ uerba mea? Post desertum Cades usque ad mare magnũ in meridie plagæ australis torrens est, de quo supra diximus: qui nõ de terra, sed de cœlo pluuias habet diuersarũ uirtutũ uarietate collectas. b ¶ Et plaga maris, &c.] Hæc est plaga maris de qua manifestius & breuius scribit Numerorũ liber. Plaga autẽ occidẽtalis à mari magno incipiet, & ipso fine concludet, hoc est, de mari usq; ad mare: ad torrẽtẽ uidelicet Rhinocoruræ, qui influit in mare, usq; ad eum locũ qui est contra Hemath urbẽ Syriæ, de qua supra diximus. Occidẽs autẽ iuxta leges Tropologiæ semper in mari est, semper in salo & fluctibus, ubi quotidie naufragia suscitãtur: & miserorũ neces, & diuitiarum & merciũ amissio, & tamen cum hæc omnia patiẽtia frangerimus, uenimus per directũ ad Hemath, hoc est, ad dñi ueritatem. qui uictis persecutionibus, æterna nobis præmia repromisit. c ¶ Et diuidetis &c.] Per hoc capitulũ discimus, & decutitur supercilium Iudæorũ, nihil inter Israel & gentiũ populũ esse diuisum. Si eñ aduenis & alienigenis cum his q̃ sunt de populo Israel, hoc est, indigenis terra diuidit: nulli dubiũ eandem esse hæreditatẽ populi gẽtium & populi Iudæorũ: si tamen cõuersi fuerint ad cultum dei Israel, quod proprie nomẽ possidet Christianũ, habentib. Iudæis legis literã & nobis spiritũ: illis tenentib. mẽbranas, & nobis eum qui scriptus est in mẽbranis. Et apud Moysen sorte terra diuiditur: hic autem, ut diximus, domini iudicio delegat: unaq; possessio est aduenæ & Israeli, & in singulis tribubus datur hæreditas iubente domino deo. Cap. XLVIII

Et hæc

A ET hæc nomina tribuum, à finibus aquilonis iuxta uiam Hethalon pergentibus Hemath atrium, &c.] Descripta terræ sanctæ possessione tam iuxta præsentē Ezechielis prophetiā quā iuxta Numerorū librū, nunc singularum tribuum à plaga oriētali usque ad plagam occidentis, id est, maris possessio describitur, & primum fines accipiunt ab aquilone iuxta uiam Hethalon pergentibus Hemath, atrium siue Haser Enon terminum Damasci ad aquilonem iuxta Hemath, de quibus ante iam diximus. Incipit autē primum tribus Dan: secunda aser: tertia, Neptalim: quarta, Manasse: quinta, Ephraim: sexta, Rubē: septima, Iudæ, hoc est à sinistra parte: & cōpletur numerus septenarius: Deinde primitiæ sacerdotū & leuitarum, & sanctuarium domini in medio, sanctūq; sanctorum. Vrbs quoq; ipsa describitur per singula latera ī quadrū, quatuor milia & qngentos habens cala-
B mos. Suburbana quoque sacerdotū & leuitarum per ordinem describuntur, & possessio principis. Rursumq; à parte dextera succedunt quinq; tribus à plaga similiter orientis, usq; ad plagam occidētis: quarum prima est Beniamin: secūda, Symeon: suam specialiter habens possessionē, & nequaq; ut prius mixtam cum Iuda: tertia, Isachar: quarta, Zabulon: quinta, Gad: portæq; ciuitatis ternæ per singulas plagas, & nomen ipsius ciuitatis, quod in fronte pontificis auri lamina cōtinetur. De quibus uniuersis in suis disseremus locis. Hocq; notandū, quod quadragintaocto ciuitatum
Numer.35.a quæ in Numerorū uolumine tribui leuiticæ dātur ad habitandū cum suburbanis suis, hic silentur nomina, & ciuitates fugitiuorum: quarum tres trans Iordanem, Bosor uidelicet & Ramoth & Gaulon in duabus & dimidia tribu datæ sunt: & tres intra Iordanem, Cades uidelicet, & Sichem, & Cariatharbæ. Neque enim opus erat in descriptione mystica, & habitatione sanctorum & conuersatione perfecta, fugitiuorū describi auxilia: quibus Israel indiguit adhuc in terra positus, & per multos labores atque discrimina ad hanc ciuitatem uenire festinās,
Psal.38.c & in singulis sanctis loquens: Aduena sum atque pere-
Ibi.118.b grinus sicut omnes patres mei. Et in alio loco: Habitaui cum habitātibus Cedar: multum peregrinata est anima mea b ¶ Et super terminum Iuda à plaga orientali usque ad plagam maris &c.] Superfluum est differta differere, & in quibus supra laborauimus, quasi nō sint dicta iterum laborare. Post septem tribuum terminos, ab oriente usque ad occidentem describuntur primitiæ: quarum latitudo teneat uigintiquinq; calamorū: longitudo uero sicuti tenent singulæ tribus ab oriēte usq; ad mare: cuius longitudinis incertus est numerus. Neque enim in singularū descriptione tribuū, mēsura descripta est. Sin autem latitudo habet uigintiquinq; milium cala- C
morum, conijci datur multo maiorē esse numerum longitudinis, quæ semper maior est latitudine. In medio autem sanctuariū ponitur iuxta primitias quæ sunt dño separatæ, lōgitudinis uigintiquinq; miliū calamorū, & latitudinis decē miliū, quæ legens nihil aliud possum dicere, nisi illud Apostoli: O
Rom.11.d profundū diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei, quā inscrutabilia iudicia eius & inuestigabiles uiæ eius. Et
Ephe.3.d in alio loco: Vt possitis comprehēdere cū omnib. sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundū: scire etiā supereminentē scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnē plenitudinem dei. Vigesimumquintum autem numerū referri ad sensus, de quibus dictū est: Sensum diuinum possidebitis, & decem milium ad perfectā cōsummatamq; uirtutē quæ decalogo uetēris instrumenti, ad euangelicū perueniat
D sacramentū, & prius breui sermone perstrinximus, & hic ex parte cōmonebimꝰ. Si enim ab uno ad decēs numero, ad quatuor peruenias, denarium implebis numerū: atq; ita fiet ut & uetus testamentum constringatur in nouo, & nouū in ueteri dilatetur.

c ¶ Hæ autem erunt primitiæ, &c.] Quatuor primitiarum sanctuarij describūtur plagæ, quæ non ad populū, nec ad uulgus ignobile, neq; ad leuitas inferiorem gradum, sed proprie ad cultum pertinēt sacerdotū: aquilonis uidelicet & occidentis, & oriētis, & austri: & per partes profectuum ordo narratur, ut aquilonis frigora relinquentes, ueniamus ad occidentem: quod scilicet occidant nobis uitia atque intereant, & inde transeamus ad orientem: ortoq; nobis sole iustitiæ, ueniamus ad meridiem, in quo clarissimum lumen atque perfectum est, & tam ab aquilone usq; ad mare, quàm ab oriente usq; ad meridiem uigintiquinq; milia lōgitudinis, & latitudinis decem milia sint: ut ubiq; eadē longitudinis & latitudinis mēsura seruetur. Sanctuariū autem, id est, templum domini in medio erit primitiarum sacerdotaliū: & æquo latere ex omni parte uallabitur. Et quod dixerat: Hæ autē erunt primitiæ sanctuarij sacerdotū: ne communi uocabulo omnes sacerdotes uindicarēt sibi huius loci possessionem & ceremonias obseruandas, ponit specialiter inferens: Sacerdotibus sanctuarium erit de filijs Sadoch, qui interpretatur, iustus: de quo dicitur: Iustus צדוק
dominus & iustitias dilexit, æquitatē uidit uultus eius. Psal.10.b
Pro quo Sadoch: Septuaginta scribunt Sadduc. Iste Sadoch loquitur in euangelio: Non enim pater iudicat quen Ioan.5.d
quam, sed omne iudiciū dedit filio. Et de hoc sub nomine Salomonis mystice propheta decātat. Deus iudiciū Psal.71.a
tuum regi da, & iustitiā tuā filio regis. Illi aūt sacerdotes, dūi sanctuariū possidebūt & custodiēt ceremonias eius:

qui

A qui non errauerunt cum errarẽt filij Iſrael atque leuitæ, de quibus in ſuperioribus diſputatum eſt, qui non offerunt uictimas, ſed priuilegio nominis & erroris ſui humilitate contenti, ſemper loquuntur in corde: Iniquitatem meam ego agnoſco, & peccatũ meum contra me eſt ſemper: Audiat hoc ſacerdotalis gradus, & Arianæ perſecutiõis ardore ſuperatus, ac ueræ poſtea fidei ne opibus careat & potẽtia colla ſubmittens, ſufficere ſibi ſi non expellatur ex templo, ſi priſtini nominis umbram quandã & imaginem teneat, & non reſupinus ructãs delicias, quaſi immaculatus & purus de excelſo throno nobis imperitiæ ſuæ, & barbaræ garrulitatis ructet nauſeam. Erunt, inquit, eis primitiæ de primitijs terræ, hoc eſt ſacerdotibus: & qui non errauerũt cũ errarent filij Iſrael & leuitæ. Primitiæ autem de primitijs, ſicut decimarum decimæ, ſanctũq; ſanctorum iuxta terminum leuitarum, ut habeãt

de filijs Sadoch, qui cuſtodierunt ceremonias meas, & non errauerunt cum errarent filij Iſrael, ſicut errauerũt leuitæ. Et erunt primitiæ de primitiuis terræ ſanctum ſanctorum, iuxta terminum leuitarum. Sed & leuitis ſimiliter iuxta fines ſacerdotum uigintiquinque milia longitudinis, & latitudinis decem milia, omnis longitudo uigintiquinq; milium, & latitudo decem milium. Et non uenundabunt ex eo neque mutabunt (ſiue mentientur) nec transferentur primitiæ terræ (ſiue auferentur) quia ſanctificatæ ſunt domino. Quinque milia autem quæ ſuperſunt in latitudine per uigintiquinque milia, prophana erunt urbis in habitaculum, & in ſuburbana, & erit ciuitas in medio eius. Et hæ mẽſuræ eius, ad plagam ſeptentrionalem, quingenti & quatuor milia, & ad plagam meridianam, quingenti & quatuor milia, & ad plagam orientalem, quingenti & quatuor milia, & ad plagam occidentalem, quingẽti & quatuor milia. Erũt autẽ ſuburbana ciuitatis ad aquilonẽ, ducenti quinquaginta: & ad meridiem, ducẽti quinquaginta: & ad orientem, ducenti quinquaginta: & ad mare, ducenti quinqua

B quidem leuitæ conſinia ſacerdotum, ſed umbilicum, id eſt, mediũ eius & ipſam poſſeſsionem tenere non ualeant. a ¶ Sed & leuitis ſimiliter iuxta fines ſacerdotum &c.] Quod nos uertimus in prophanum, pro quo Aquila βέβηλον, Symmachus & Theodotio λαϊκὸν tranſtulerunt, Septuaginta dixere προτείχισμα, quod antemurale poſſum⁹ dicere. Prophanum autem eſt & laicum, id eſt, uulgare, quod omni populo habitare paſsim licet. Illud autẽ quod dixerunt Lxx. nec menſurabitur, nec auferetur, pro eo quod nos diximus: non mutabitur, nec tranſferetur, ſenſum nõ habere, perſpicuum eſt. Deſcribitur quoq; leuitarũ poſſeſſio quæ uicina quidem eſt finibus ſacerdotum, & eadem habet ſpacia in lõgitudine & in latitudine pro multitudine leuitarũ, quæ habet paucitas ſacerdotum, ſed tamẽ proprijs utitur terminis, & intelligit ſe à ſacerdotali gradu eſſe diſiunctam, ad decutiendam ſuperbiã miniſtrorum: qui ignorantes humilitatem ſtatus ſui ultra ſacerdotes, hoc eſt, presbyteros intumeſcunt: & dignitatem non merito, ſed diuitijs exiſtimãt. Certe qui primus fuerit miniſtrorum: quia per ſingula concionatur in populos, & à pontificis latere non recedit, iniuriam putat ſi presbyter ordinetur: & non meminit menſarũ & uiduarum miniſter, in obſequium ſe & miniſterium nõ ſolum ſacerdotum, ſed & uiduarum & pauperum delegatum. Et non uenundabunt, inquit, ex eo neque mutabunt, ut permaneat leuiticæ diſtributionis æterna poſſeſsio, nec uincatur precio meritum dignitatis, nec ab alio tranſferamus ad alium: quia quæ ſanctificata ſunt domino, nõ ſunt eorum quibus data ſunt, ſed eius cuius nomine poſſidentur. Quinque milia autem quæ ſuperſunt in latitudine: per uigintiquinque milia, ſubauditur, longitudinis, prophana erunt urbis, ut cunctis habitare liceat Iſraelitis, omniq; de plebe, non quod immunda ſint, aut aliquid in habitatione terræ ſanctæ contaminatum, putridum putetur & ſordidum: ſed quod præter ſacerdotes omnib. in eis habitare permiſſum ſit. Per quæ intelli-

C gimus cuncta quæ referimus ad ſenſus, hoc eſt, ad corporis uoluptates: quæ uiſu, & auditu, tactu, odore, & ſapore capimus eſſe prophana, & templi ſanctimoniã non habere, nec ſacerdotale eſſe priuilegium, ſed laicæ uilitatis. Ciuitas autem erit in medio, de qua ſcriptum eſt: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Et: Nõ poteſt ciuitas abſcondi ſuper mõtem poſita, de qua dicemus in conſequentibus. προτείχισμα, hoc eſt, antemurale: & διάτημα, id eſt, ſpacium: quod Lxx. pro ſuburbanis interpretati ſunt: quem ſenſum in hoc loco habeãt, ignoramus. b ¶ Et hæ mẽſuræ eius, ad plagam ſeptentrionalẽ, quingenti & quatuor milia, &c.] Quod dicit: Et hæ menſuræ eius, ſubaudiendum eſt, ciuitatis. In fine enim præteriti capituli poſitum eſt: Et erit ciuitas in medio eius, id eſt, terræ. Primumq; à plaga ſeptentrionali incipit, & è regione ponit plagam meridianam. Rurſumq; par reddit pari: ut orientali plagæ econtra- D rio ponat occidentalem, id eſt, mare: ſingulaq; latera ciuitatis habeant quatuor milia & quingentos calamos, qui faciunt ſupputatim undecim milia paſſuum & octogintaquinque, ut ſimul omnis urbs ſicut in fine huius uoluminis ſcribitur, per circuitum habeat decẽ & octo milia calamorum, qui faciunt quadraginta quatuor milia paſſuum & trecentos quadraginta. Vnde & quadrageſimus quartus pſalmus qui inſcribitur, in finẽ pro his qui commutabuntur: & pertinet ad Idida, id eſt, ad amabilem domini, ſiue ut interpretatus eſt Aquila pro lilijs, Symmachus q; pro floribus eccleſiæ, quæ urbs dñi eſt, continet ſacramenta, de qua ſcribitur in eodem pſalmo: Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato circũdata uarietate. Et iterum: Omnis gloria filiæ regis intrinſecus: ut nõ ſit ſimilis ſepulchris forinſecus dealbatis, ſed & intus & foris omnia lauet paropſidis. Cumq; receſſerimus ab aquilone uento frigidiſsimo: trãſimus ad meridiem, & poſt ortũ in nobis lumen ſciẽtiæ, occaſum fortitudinum formidamus, nequaquã præterita ſed futura conſiderantes, nec habentes certam uirtutis poſſeſsionem, ſed quotidie in oratione dicentes: Ne inducas nos in tentationẽ quam ferre non poſſumus. c ¶ Erunt autem ſuburbana ciuitatis ad aquilonẽ, &c.] Pro ſuburbanis quæ Hebraice dicuntur מִגְרָשׁ rurſum Septuagin ta διάτημα, id eſt ſpacium tranſtulerunt. Quod autem dicitur, ducenti quinquaginta per ſingulas plagas, ſubauditur calami, qui ſena cubita habent & unum palmum, & per ſingula latera faciunt paſſus ſexcentos decem & ſeptem paulo minus, & in communi mille calamos: habentes paſſus duo milia quadringentos ſexaginta octo, quæ ſpacia muros per circuitum ambiunt ciuitatis, ut inter urbem & ea quæ reliqua ſunt diuidant. Ex quo oſtenditur nullum de his ſpacijs ad exercendum opera ciuitatis capiendorumq; fructuum habere licẽtiam, ſed uacare ab uſu & opere hominum: ut circũmuralia urbis ſponte naſcentium uirgultorum atque herbarum, & cæterorum

Pſal. 45.d

Mat. 5.b

Mat. 23.d

Mat. 6.b

A cæterorũ quæ terra gignit, habeant amœnitatẽ. a ¶ Qd autem reliquũ &c.] Post urbis ſanctæ deſcriptionem & ſuburbana eius, reliquam partem primitiarũ ſanctuarij decem milia calamorũ in orientem, & alia decẽ milia ad occidentem tendẽtium, delegari his qui opera ciuitatis exercẽt ad uarios uſus, & quibuſcunque urbs indiget: ut ſcilicet ſerãtur, & ex frugibus quæ in hoc terræ naſcuntur ſpacio ueſcãtur operarij, q uel mœnia urbis extruunt: uel interrupta & ruinoſa reſtituunt, ut habeat ciuitas cultũ ſuum, & ſarta tecta, cum popoſcerit neceſſitas, inſtaurentur. Et hæc non ſolũ in Iſrael uel in poſſeſsione terræ ſanctæ ſpirituali/ter eccleſiæ myſterio cõtinetur, ſed in Romano quoq; fieri probam⁹ iperio: ut quæ/dã uillæ ſint pertinẽtes ad iura urbiũ uel regia munificẽtia, uel hæreditatib. & donatione multorũ: ne ſcilicet paulatim ædifi/cia collabant, & ædes publicæ quæ ornamẽto ſunt ciuitati, longa uexent incuria. Ope/

B rarij autẽ, inquit, ſiue qui ſeruiunt in operibus ciuitatis, erunt ex omnibus tribus Iſrael, ut nullus ſe ab opere ciuitatis immunẽ putet, ſed omnes certatim extruãt eccleſiã. Quod in tabernaculo quoq; factũ legimus ut pro uarietate uiriũ, alius aurum & argentũ, coccum, byſſum & purpurã, uariaq; & diuerſa ſubtegmina: alij pelles & caprarum offerãt pilos: & cum eſſent dona diuerſa pro qualitate ſubſtantiæ, unum donantiũ eſſet præmium: imò maius eorum qui parua quidẽ obtulerint, ſed maiora pro uiribus, in exẽplum uiduæ pauperis quæ duo minuta in gazophylacij

Luc.12.d dona mittebat, & dñi eſt iudicio laudata, dicentis: Vere dico uobis quia uidua hæc pauper pluſq; omnes miſit: Nam omnes hi ex abundãtia ſibi miſerunt in munera dei: hæc autem ex eo quod deeſt illi omnẽ uictum ſuum quem habuit miſit. Sicut ergo diximus de operib. ciuitatis: ſic illud breuiter perſtringendũ eſt, quod omnes primitiæ ſanctuarij & poſſeſsio ciuitatis pariter ſupputata per quadrum, contineat milia ducenta quadraginta ſex & partem tertiã. Si enim uigintiquinq; milia calamorũ qui ſenos cubitos habent & palmũ unum, faciũt noſtra, hoc eſt, Romana ſexaginta & unũ milia & ſexcẽtos ſexaginta ſeptẽ paſſus: nulli dubiũ eſt, hæc in quadruplũ ſupputata ſuperiorẽ efficere numerũ. Ex quo perſpicimus oñia intelligẽda ſpiritualiter eccleſiæ poſſeſsionẽ multo latiorẽ eſſe quàm quondã fuit in Iudæa, qui ne accepere quidẽ partes terræ ſanctæ, ſed ex ſingulis tribubus quadraginta octo ciuitatũ, non ex pleno poſſeſsionẽ ſed habitationẽ & hoſpitia ſuſceperunt: ut ipſi quoq; qui uidẽtur laici nec perueniſſe ad ſacerdotalem & leuiticum gradum: tamẽ ſi operent in dñi ciuitate, ueſcantur de ſancta terra, terra mitiũ, terraq; credẽtium: quorũ unus loque/

Pſal.26.d batur: Credo uidere bona domini in terra uiuentium.

b ¶ Quod autem reliquum &c.] De hoc principe ſupra plenius diſputatum eſt, & quod tantum ſolus acciperet quantũ una tribus: Nunc autẽ aliud diſcimus quod ex cunctis tribubus qui quid reliquũ fuerit, hic ſolus acci/ C piat, ut nulla tribus ſit quæ principi dona nõ offerat: nõ aliunde, ſed ex primitijs, quæ tẽplo & ſanctuario & delegatis urbis partib. ſeruiũt. Hoc eſt enim quod dicit: E regione ſiue contra faciem uigintiquinq; milium primitiarum uſq; ad terminũ orientalẽ ſiue uſq; ad terminum maris, ut ſint primitiæ inter ſeptem & quinque tribus, & in ipſis primitijs ciuitas & ſuburbana eius, & in medio ciuitatis ſanctuariũ tẽpli. Sed & de poſſeſſione Leuitarũ & de poſſeſsione ciuitatis quicquid reliquũ eſt, principi deputabit: eritq; pars extrema ſeptẽ tribuum uicina primitijs & ciuitati & templo in tribu Iuda, & pars extrema q nq; tribuum eodem iure quo ſupra in tribu Beniamin, ipſa extrema pars ad principẽ pertinebit. Ex quo ſcripturæ ſanctæ ſacramẽta mirãda ſũt, & cogitanda magis, quàm eloqo proferẽda. In priori em̃ diuiſione terrarum trans Iordanẽ per Moyſen D duabus tribub. Rubẽ & Gad & dimidiæ tribui Manaſſe terra diuiſa eſt, intra Iordanẽ autem per Ioſue filium Nun & Eleazarũ filium Aaron, Iudas poſſedit ab auſtro, & Ephraim & Manaſſe tribus dimidia, ab aquilone. Poſtea uero de Silo miſsis exploratorib. per ſingulas tribus & deſcriptione terræ allata ad Ioſue & Eleazar, Beniamin iuxta Iudam ab auſtro, & iuxta Ephraim & dimidiã tribum Manaſſe accepit poſſeſsionẽ. Secunda tribus Symeon hæreditatẽ accepit in tribu Iuda: ut impleretur quod ſcriptum eſt de Leui & Symeon: Diuidam eos in Iacob & diſperdã eos Gene.49.b in Iſrael. Tertia Zabulon Galilæã accepit in qua eſt mõs Thabor. Quarta Iſachar ubi eſt Iezrael uſque ad Iordanem. Quinta Aſer uſq; ad montẽ Carmelum qui immi/net mari magno Tyrumq; & Sydonẽ. Sexta Neptalim, in Galilæa uſque ad Iordanem, ubi Tyberias quæ olim appellabatur Chenereth. Septima Dan uſq; Ioppẽ: ubi ſunt turres Hailon & Selebi & Emaus, quæ nũc appellatur Nicopolis: licet poſtea legerimus quod ceperint ſibi tranſcẽſis alijs tribubus urbẽ Leſem in tribu Dan, quæ hodie appellatur Paneas. Cũ hæc ſe ita habeant, & inter priorem tribuum deſcriptionẽ, & quæ nũc habetur tãta diuerſitas ſit: hoc cõſyderemus quomodo & in præſenti deſcriptione & præterita inter tribum Iuda & Beniamin urbs & templum collocatum ſit. Et in priori quidem deſcriptiõe Iudas erat ab auſtro, & Beniamin ab aquilone: hic uero econtrario fit, ut Iudas ſit ab aquilone & Beniamin ab auſtro: poſt quem ſecundus eſt Symeon: tertius Iſachar: quartus Zabulon: quintus Gad: quinque uidelicet tribus, ſicut in conſequentibus dicitur: Scriptũ eſt enim. c ¶ Et reliquis tribubus, à plaga &c.] Quod in quinq; & ſeptem tribubus ſemper in fine ponitur una: ſubintelligitur uel pars, uel poſſeſsio uel hæreditas: licet Aquila & Symmachus interpretentur genere neutrali ἀ ὅριον, quod ſignificat terminũ. Illudq; breuiter attendendũ in extrema quinq; tribuum, tribus Gad quæ in

Numer.32
Ioſu.13.a
Ioſ.15.a
Ioſu.18.a

A priori descriptione fuit trans Iordanē, poni in eam partem quam prius Iudas tenuit: ad plagā uidelicet austri in meridiē: & esse terminū de Thamar usq; ad aquas cōtradictionis Cades, hæreditatē cōtra mare magnū. Thamar ipsam de qua iam diximus, quā nunc Palmyrā uocāt, & olim à Salomone constructa est: palma enim Hebræo sermone Thamar appellatur, ab eo quod ibi palmeta sint plurima, quidā putāt hoc fortitā uocabulum. Quodq; sequitur: Vsque ad aquas cōtradictionis cades, hæreditas cōtra mare magnum: pro quo Lxx. transtulerūt de Theman & aqua Marimoth cades, hæreditas usq; ad mare magnum: illud est obseruandum in Hebraico eundem sermonem נַחֲלָה quia ambiguus sit, & hæreditatem sonare, & torrentē, & hic magis torrentem accipi debere q̄ hæreditatē. Iste est enim torrēs qui ingreditur mare magnū Rhinocoruræ: ut ante iā diximus. Cades autem B quæ in libro Iosuæ appellatur Cades Barne: in deserto est qđ extendit̄ usq; ad urbē מְרִיבוֹת Petram: Mariboth uero quod interpretat̄ contradictionis, non uocabulū loci est: ut plæriq; æstimant, sed aquarum, in quibus populus dño cōtradixit, & Moyses Psal.105.e offendit deum, dicēte psalmo: Tentauerūt eum ad aquā contradictionis, & afflictus est Moyses propter eos. Omnisq; terræ sanctæ hæreditas ab australi plaga iuxta terminos Aegypti, Rhinocorura, & torrēte finitur. Et quia גַּד Gad interpretatur tentatio, in possessione eius de palme קָדֵשׁ tis transimus ad aquas contradictionis usq; Cades quæ interpretatur sancta, ut intelligamus nos etiā post uictoriam mundi debere esse sollicitos & semper in metu, & recordari illius uersiculi: Tentatio est uita hominū super terram, & ad sanctitatē aduersarijs impugnantib. peruenire: sicq; obtinere uictoriā ut è uicino torrentē plenum imbriū contemplemur. a ¶ Et egressus ciuitatis &c.] De ambitu ciuitatis quod per latera singula in quadrū quatuor milia quingētos calamos habuerit, præteritus sermo narrauit, qui faciunt decē & octo milia calamorū, ut in præsenti capitulo quoq; positum est, id est, quadraginta quatuor milia passuū, & trecētos quadraginta passus: Nunc scribitur per singula latera, hoc est per undecim milia passuū, & octogintaquinq; passus, ternas fuisse portas: quas Aquila, Symmachus, & Theodotio Διὰ ξόδους, Lxx. Διακοσίας uocāt, nos interpretati sumus, egressus & exitus ciuitatis. Illudq; primū breuiter admonendum, easdē tribus in circuitu tabernaculi ita castrametatas, ut ad orientem fuerit Iudas, Isachar, & Zabulon filij Liæ: & ad meridiē, Ruben, Symeon, Gad, duo filij Liæ & tertius filius Zelphæ ancillæ Liæ. Ad occidentem uero Ephraim & Manasses & Beniamin, duo uidelicet filij Rachelis: quia Ioseph pro tribu Leui quæ sacrificijs deputata est, in duas tribus Ephraim & Manasse diuisa est. C Ad aquilonē autem Dan & Aser & Neptalim: quorū primus & tertius filij sunt Balæ ancillæ Rachelis: secundus filius Zelphæ ancillæ Liæ ignobiles, & ad aquilonē positi: quippe qui ex ancillarū inter se dissidētium stirpe generati sint. Hoc iuxta Numerorū librum & descriptionē tabernaculi quæ iubente deo Moysi ore dictata est. Nostra uero urbs q̄ est ciuitas magni regis, cuius artifex & cōditor est deus, de qua & psalmista canit: Nū quid Sion dicet homo, & homo natꝰ est in ea, & ipse fundauit eam altissimus: aliā habet tribuum in terra sancta descriptionem & mensurā ciuitatis & possessiōis ordinem & plagas tribuum singularū. Primū enim plagæ aquilonis opponūtur tres portæ siue exitus ciuitatis: quorū est primogenitus Ruben, & Iudas regiæ stirpis autor, & Leui super cuius nomine in taber- D naculo & sacrorū descriptione nil dictum est, ut primogenita possidētes quasi genus regale & sacerdotale, aq̄lonis frigora contēnamus. Secundo uero ad orientem est Ioseph, Beniamin, & Dan: ambo filij Rachel, & unus Balæ ancillæ eius. Ad meridiem uero Symeon, Isachar, & Zabulon: qui tres Liæ filij sunt. Porrò ad occidentem Gad, Aser, & Neptalim: quorū priores duo filij Zelphæ sunt ancillæ Liæ: tertius filiꝰ Balæ ācillæ Rachelis. Quis Osee.14.d sapiens & intelliget hæc: intelligēs & cognoscet ea? Quia rectæ uiæ dñi: & iusti ambulabunt in eis: præuaricatores uero corruent in illis. Has duodecim portas siue exitus, pro qualitate meritorū atq; uirtutum singulis tribubus sub apostolicis & patriarcharū nominibus arbitror delegatas: De quibus & in Apocalypsi Ioānis apertius scri Apoc.21.d bitur, & multa diuinarum scripturarū sacramenta tesiātur. Et necesse est, ut talis ciuitas decem & octo milium per circuitum teneat calamorum, sub quo numero & in duodeuigesimo psalmo lex naturalis est scripta, gratiaq; euangelij describitur: quibus ecclesia, id est, urbs saluatoris extructa est. Nomen quoq; ipsius ciuitatis nequaquàm erit ut prius Hierosolyma quæ interpretatur uisio pacis: sed adonai sama, quod in Latinum sermonem יְהוָה שָׁמָּה uertitur dominus ibidem: qui recedat nunquam ab ea ut à priori populo ante discesserit, dicens ad discipulos: Ioan.14.d Surgite, abeamus hinc. Et ad Iudæos: Relinquetur uobis domus uestra deserta: sed æternam habeat possessionem, & sit ei ipse possessio, ijsdem discipulis repromittens: Ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi. Matth.23.d

una. Et contra terminū Beniamin, à plaga orientali usq; ad plagam occidentalem, Symeon una. Et super terminum Symeonis à plaga oriētali usque ad plagam occidentis, Isachar una. Et super terminum Isachar à plaga orientali usque ad plagam occidentalē, Zabulon una. Et super terminum Zabulon à plaga orientali usque ad plagam maris, Gad una. Et super terminum Gad ad plagam austri in meridiem: & erit finis de Thamar usque ad aquas contradictionis Cades, hæreditas contra mare magnum. Hæc est terra quam metiemini tribus Israel, & hæ partitiones earū, ait dñs deus. Et ęgressus ciuitatis à plaga septētrionali quingētos & quatuor milia mensurabis. Et portæ ciuitatis ex nominib. tribuū Israel portæ tres à septētrione. Porta Rubē una, porta Iudæ una, porta Leui una. Et ad plagam orientalē quingētos & quatuor milia, & portę tres. Porta Ioseph una, porta Beniamin una, porta Dan una: Et ad plagā meridianam quingentos & quatuor milia metieris, & portæ tres: Porta Symeonis una, porta Isachar una, porta Zabulon una. Et ad plagam occidentalem: quingentos & quatuor milia, & portę eorū tres. Porta Gad una, porta Aser una, porta Neptalim una, per circuitum decem & octo milia, & nomen ciuitatis ex illa die, dominus ibidem.

FINIS

Commentariorum in Ezechielem finis.